

96

000000

000000

168

BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.

Estante n.º 125

Tabla 6

Número 21

196

10

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

DIREZIONE DELLA BIBLIOTECA
MUSEO CIVICO DI STORIA NATURALE
VIA VENEZIA 109

MILANO

P. CATENA

NO. 1

MUSEO

Prochium

UVA.BHSC

✠

1

DISPUTATIONES IN LI-
BRIS DE GENERATIONE, ANI-
MA, & METAPHISICA

AUTHORE  
R. P. CAIETA-

 **NO,** 
SALZEDO. S. J.

Proemium

tandem ad postremam accedimus philosophiæ partem: postremam inquam, non ad dignitate sed ordine: Nam quod ad dignitatem attinet, tantum hæc pars honoris præstat quantum reliquis. Corporis partibus excellit caput: quantum radices montis cacumen exuperat. Hæc enim verum cacumen est in quod exurgit mirabilis philosophiæ structura: unde rebat esse specula et horrentes ad ima logicæ, saltus et Physiæ amœnitatem paulatim deinde in cœlum surgentem non ingrata lucunditate respiciatis. Jam subtilitate questionum quæ hic agitantur, renunquæ traduntur vilitate magnitudine nobilitate si nam excipias Theologiam, nihil est maius. Quare hæc nervis omnibus consistendum est Auditoribus Charissimis, si in hoc culminis quod in vobis vestro labori superest feliciter euadatis. Id si teneatis stilius inde in Sacram Theologiam euolaturi. Quibus autem de rebus agendum nobis hoc anno sit, paucis accipite. Aristotelis libris de anima et eiusdem

Metaphysicam Communis tradit, atque Statutus omnibus labor. Sed quoniam
libros de Generatione et corruptione in presentem locum veremus, horum tractatio
necessario nobis permittenda est: hos libri de anima exigent, ac demum o-
pus Metaphysica claudet, atque scientia, res maxime abstrusas, et a sensus
consuetudine remotas considerat, eo que ad Divinam Philosophiam propius acce-
dit, postremo loco traditur. Hanc ille cuius opus sepius imploravi, scientia
num Deus, et si quid haecenus comparatum est laudis, in fine ne corrumpatur.
Sed omnia ad finem usque, et eius glorię, et vestre cedant utilitati.

Tractatus 1^{us} in libros de ortu et
Interitu. Sive de Generatione et Cor-
ruptione.

DISPUTATIO 1^a
De alteratione presertim Intensiva
Sectio 1^a
Quid et quotuplex sit alteratio?

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

8

Trattato di Astrologia de orizonti

di Giovanni Antonio Cocchi

1677

Disegno

Di Astrologia di Giovanni Antonio Cocchi

1677

Trattato di Astrologia di Giovanni Antonio Cocchi

Semel huius tractatus exordium a generatione sumere Authores communiter do-
 leant; quia tamen non desunt qui ab alteratione incipiant; quoniam ista illam na-
 turaliter praeit; horum et nos vestigiis inherentes, et naturae ordinem cum ipsis obser-
 vantes, ab eadem affectione, alteratione scilicet, initium capere decrevimus. Sit itaq;

Alteratio multipliciter accipitur 1. latissime, prout comprehendit quamcumque sub-
 iecti mutationem, per quam illud alterum, seu alteratum redditur. Unde in hac ac-
 ceptione quaevis actio siue ad substantiam, siue ad accidens terminata, prout regula-
 riter accidit, alteratio nominatur. 2. minus late accipitur pro solo motu, seu ac-

actione, quae ad accidens, quodcumque illud sit fertur, perquam actionem subiectum alterari dicitur, quia licet idem maneat, alterum tamen est, seu aliter se habet. In hoc sensu aiunt communiter Philosophi cum Porphyrio, accidentis esse facere alterum; differentis vero essentialis aliud constituere. Hic alteratio ex Philosophi doctrina ita defini potest. Motus ad qualitatem sensibilem. In qua definitione vicem generis habet motus; reliqua verba minus diffini obtinent.

3^o et strictè accipitur alteratio pro productione qualitatis in subiecto, quod per aliquod irritans cum illius qualitatis privatione praesent. Quid nomine qualitatis intelligatur dictum a nobis est in logica disp. vii. de praedicamentis. s. 2^a. 4^o et strictius adhuc sumitur pro motu, seu actione, quae ad qualitatem contrarium habentem terminatur. In hoc sensu ab Aristotele 1^o de gen. text. 23. alteratio ita describitur, alteratio est, quando manente subiecto sensibili (id est composito substantiali, quod tametsi generis se totum quid physicum non sit; tamen in ordine ad sensus nostros proprium subiectum sensibile esse videtur) transmutatur in eius passionibus, aut contrariis, aut mediis.

Varie

nes contrariis, quae etiam extremae dicuntur, sunt illae, quae sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subiecto sese mutuo expellunt, ut albedo, nigredo; calor et frigus in gradibus intensis. Passiones vero, seu qualitates mediae sunt illae, quae non maxime distant, sed inter ea, quae sic distant, medium obtinent, ut calor coeruleus, qui candorem inter et nigredinem medium locum possidet. Sed alia definitio clarior alterationis sic habet, alteratio est motus ad qualitatem dispositivam. Porro in hac definitione vicem generis habet motus: per hanc enim particulam conuenit alteratio cum motu quolibet, siue substantiali, siue accidentali pure perfectiuo. Verba illa ad qualitatem dispositivam differentis locum obtinent: quoniam motus substantialis ad substantiam; et motus accidentaliter pure perfectivus ad qualitatem quidem, non tamen disponentem, sed solum perficientem terminatur.

Unde alteratio alia est mere perfectiua; corruptiua alia. 1^a datur dum vi motus acquiritur qualitas, quae contrarium non habet; ita accidit, dum lux in aere producitur: tunc enim illuminationis vi acquiritur lumen, quod certe contrarii expertus est. Corruptiua datur, dum vi motus acquiritur qualitas, quae contrarium habet, et dum producitur frigus, aut calor: etenim istae qualitates, contrarietatem exercent; et quia dum per ipsas tamquam per medium ad proprium compositum itur, alterius corruptio datur, ideo qualitates corruptivae dicuntur.

Itaque altera

4

Alteratio subdividitur 1^o in activam et terminativam. Activa est ipsa formalis actio per quam qualitas aut perfectiva aut corruptiva producit. Terminativa vero est ipsa qualitas producta. Sicut autem utraque alterationis nomine donetur, ut vix tamen sola actio qualitatem inducens alteratio appellari meretur; cum actio sola motus rationem obtineat. sed quoniam vix obtinet, ut alterationis nomine qualitas ipsa intelligatur; et Scholasticis morem geramus et hanc acceptionem alterationem in tensivam et extensivam in sequentibus frequentes accipiemus. Subdividitur 2^o et precipue in alterationem simpliciter talem, intensivam, et extensivam. Est motus quo qualitas 1^o producit in subiecto quod cum illius privatione precedebat: hic enim motus quia et nomine speciali caret, et subiectum alteratum constituit, alteratio simpliciter talis appellatur. Intensio, quae etiam alteratio intensiva dicitur est motus quo in eadem subiecti parte, qualitas augetur. Extensio seu extensiva alteratio est motus, quo in plures subiecti partes qualitas diffunditur. Sectio 2^a modus quo intensio qualitatum efficitur, declaratur.

Sectio 2^a Modus quo intensio qualitatum efficitur, declaratur.

Dari de facto qualitatis intensivam, et remissionem, experientia ipsa testatur. Ceterum evidenti experimento constat, manum quae applicata igni redditur calidam per calorem, si non amoveatur, magis et magis calidam fieri (in intensivam). Sin vero ab igne separetur paulatim tepescere, et minus calidam reddi (in remissionem). ergo vix dubitatur et quidem contentiosissime, quo pacto intensio qualitatis fiat, et in quo ea consistat? De hac sola esse solet controversia, et de ipsa sola in presentibus loquimur: quoniam simili proportionem de remissione philosophari haud difficile erit. In hac autem controversia multiplex est dicendi modus, qui omnes breviter percurrendi et impugnandi sunt, ut ex eorum consuetudine potorem sententiae nostrae (quam etiam in medium producemus) probationem eruiamus.

Primus dicendi modus tribuitur Platoni cum quo. Prodius Augustinianus 2^o de gen. q. 18. ait. calorem v. g. intendi per solam figuram remotionem; et eo subiectum esse calidius, quo magis ab eo figuris recedit; lucem vero et alias qualitates, quae contrario carent per solam remotionem a negatione seu non esse sui

reuera intendi. Sed hic modus dicendi reuocatur 1^o q^a in iusto per bona opera fides
auctas, et gratia augetur ut ex Concilio Tridentino loco inferius allegando constat;
sed hęc intentio in sola contrarii remotione sita non est (quia gratia et charitati nihil
est proprie contrarium nisi peccatum; et fidei sola infidelitas opponitur, et aliunde pecca-
tum et infidelitas in iusto non existunt, ac proinde ab eo remoueri non possunt). Intentio
q^a qualitatis in contrarii abiectione non consistit.

Reuocatur 2^o q^a qualitatis siue contrarium
habens, siue contrarii eorum indivisibiles suggeruntur ab his M. q^a non potest magis
ac magis a subiecto, et a sui non esse recedere: nam quod indivisibile est simul totum
et quantum potest recedit et remouetur. Nulla qualitas poterit magis intendi aut per
maiores remotionem, seu contrarii a communi subiecto, aut per maiorem recessum a sui
non esse, atque adeo intentio in remotione sita non est. Si propter hęc dicant aduer-
sari, quod certe Epicurus intendere videtur, remotionem solum esse conditionem ut supra
intenditur, magis actuet, et informet subiectum, quamquam ipse in se perfectior
non fiat. Inquam id dicent, illorum doctrina nihil a Thomistarum doctrina
diuersum continebit; propterea que ex his, que contra istam statim fere adducemus,
illa etiam impugnari poterit. Plura alia contra modum istum dicendi vti et contra
alios que referemus videri possunt apud E. D. d. 96. Methaph. sect. 1^a.

Secundus
dicendi modus est Durandi in 1^o d. 1. q. 2. et aliorum antiquorum cum ipso;
qui dicunt intensionem fieri per mutationem qualitatis minus perfectę in magis per-
fectam. Unde dicitur M. cum qualitas 1^a calor intendi videtur, iste non perficitur;
sed qui precedebat perit, et loco illius succedit alter perfectior, a quo subiectum ma-
gis calidum redditur. Sed hic dicendi modus reuocatur etiam 1^o ut precedens: quia
dum in iusto gratia intenditur, et augetur, preexistens gratia non destruitur in-
tuitu alterius que de novo adueniat; alias gratia non secus ac peccato gratia opponere-
tur. Quod absonat. Reuocatur 2^o quia intentio qualitatis, huius perfectio dici solet;
et hunc autem opinandi modum, qualitas per intensionem, non tam perficitur, quam
in aliam permutatur. Quo circa intentio potius quam ad perfectionem et amplifica-
tionem qualitatis, ad permutationem pertinebit.

Reuocatur 3^o q^a remouit que inten-
tioni opponitur, non fit per destructionem qualitatis perfectioris, et imperfectionis pro-
ductionem: q^a nec intentio contrario modo perficitur. Probo aut 1^o dum calor

existens in aqua nimis calefacta, amoto igne remittitur, nulla datur causa quae ca-
lorem imperfectiorem producat, et perfectiorem destruat. Huiusmodi remissio non fit
per destructionem perfectioris qualitatis, et imperfectioris productionem. Probans: causa pro-
ductiva caloris imperfectioris non est aqua; nam ista calorem edere non potest: nec item est
calor praexistens: si quidem iste calor destruitur: nec item causa illius caloris est ignis;
qui certe deficere potest, dum calor remittitur. Denique illius caloris causa Deus non est:
quoniam Deus ad solius agentis creati existentiam defecto concurrit; et in proposito
venti nullum est agens creatum, quod Dei concursum exoptulet.

Probatio 2. idem ans. 1. cum
ipsum que in habitu vitioso. primo: dum homo per actum honestum aliquid de habitu
vitioso destruit, nullum est agens, a quo habitus vitiosus procedenti remissio producatur:
quia nec homo ipse honeste operans eum efficit, quin potius habitum vitiosum pro-
bitus destruere conatur; aliunde actus honestus habitum illum vitiosum non auert
ut ex se patet; et tandem causa 1. ut pote Santissima, et omne vitium vehementer abhor-
rens, nequit se sola producere habitum vitiosum etiam minus intensum, dum homo
suis actibus habitum vitiosum destruere nititur.

3. dicendi modus pro quo militant
Theologi omnes, tenet in intensione nec produci, nec deperdi qualitatem aliquam; sed
precedentem afficere idem subiectum modo quodam nobiliori, secundum quem alio-
res quodammodo radices agat in subiecto illud: que magis acuet, quod per maiorem
radicationem intendi dicunt. Si autem a Theologis queras, quidnam sit hęc maior ra-
dicatio, aut in quo ipsa physice consistat? non parum in respondendo laborant, et in
varios dicendi modos dividuntur. 1. enim Aristoteli 1. de gen. g. 8. et alii cum ipse
docent maiorem radicationem sitam esse in perfectione eiusdem indivisibilis qualita-
tis existentia. Sed de hac doctrina, inquit vbi nuper E. D. n. 6. incredibilia et impro-
babilia continere. 1. g. essentia, et existentia non distinguuntur; atque adeo, quemad-
modum qualitas, dum intenditur essentiam non mutat, ita existentiam mutare non
potest.

2. g. licet essentia, et existentia event inter se distincte, cum accidentis exis-
tentia alia non sit 2. Theologas ab existentia subiecti substantialis, dum hęc invaria-
ta perseverat, etiam accidentis existentia invariata permanebit. Atqui dum qua-
litas intenditur, subiecti existentia invariata perseverat; alioquin pro quovis quali-
tatis incremento actio productiva subiecti (quae 2. Theologas ad existentiā terminatur)

Variaretur; quod certe incredibile apparet. Quod dum qualitas intenditur; illius existen-
tia invariata permanet. Ad hoc Viso capi potest, quo pacto maior qualitatis perfectio
quoad existentiam aut qualitatis incrementum ad substantiae perfectionem conferat.
Eritne magis perfecta aqua dum calor in ea existens perfectiori existentia pollet; dum
ve in ipsa aqua augetur? Absit: imo potius magis, ac magis aqua deteriorari videtur
cum per caloris intensionem ad sui intentum disponatur.

Alii, quibus fauet Caietan-
us 2^o q. 62 artic. 2^o in fin. eam maiorem radicationem in actioneeductiva perfectiori
collocant: quo enim qualitas magis ac magis a subiecti potestate euocatur, magis ac ma-
gis radicitur in illo, ac per consequens ac magis in eo intenditur. Sed huc opinandi mo-
dus reuocatur primo eo pacto, quo Aquidii opinio reuocatur. Etenim qualitatem edu-
ci aliud non est, quam in rerum natura dependenter a subiecto collocari; sed qualitas per
primam sui actionem tota et secundum se totam ita in rerum natura collocatur (ea
enim indivisibilis adstruitur, et in rebus modis intelligi nequit, ut secundum a-
liquod in rerum natura dependenter a subiecto sit et secundum aliquid intra subti-
pream contineatur) Intensio ergo per magis ac magis perfectam eductionem in con-
suetudine explicatur.

Pericitur 2^o quia si Deus gratiam Deipari, et pueri recondens baptiza-
ti gratiam a suis subiectis separaret, et per creationem conservaret utramque, extra
dubium apparet Deipari gratiam intendorem fore quam gratiam pueri; et tamen
in hoc euentu eductio perfectior non adesset: nam ubi eductio non est perfectior educ-
tio esse non valet: quod gratiae, et aliarum quantatum intensio in perfectione actione e-
ductiva non consistit.

Alii et frequentius pro maiori radicatione explicanda, ad mo-
dum quemdam ab eductione distinctum recurrunt. Ita Moder. Aperte, qui tamen
in hoc modo assignando non conveniunt: nam aliqui cum Carmelitis hic disp. 4. q. 3.
consent talem modum nihil aliud esse, quam modum maioris et perfectioris radica-
tionis in cuius qualitas perfectiori modo se habet et perfectiori modo proprium effectum
fratrem subiecto prestat. Grado autem hic q. 16 licet cum Carmelitis conveniat, quatenus
ut ipsi existimant, ita et ille docet, modum istum realiter modaliter distingui a
qualitate ab huius essentia et existentia inherente atque unione; ab eis tamen dis-
fest, quatenus talem modum terminationem appellat; et aliunde terminationis
modum solo num. inter se distingui docet; cum tamen Carmelites modum maioris ra-

127
1
Radicationis plusquam numero distincto adstruant.

¶ Etenim huc modi opinandi multiplici ex capite displicent atque adeo reiciuntur 1.º quia adhuc in eo specificatum manet in quo maior radicatio sita sit: modus enim distinctus ab educatione et unione in eo specificabilis est maxime apud Aristoteles, quorum plerique nec unionem ab extremis distinctam admittere volunt. Reiciuntur 2.º quia fra quolibet unita subiecto confert illi totum effectum formalem quem continet et cuius subiectum capax est, sed qualitas 2.º calor potest 2.º tribuere subiecto effectum calidi et magis calidi, et aliunde horum effectuum subitum capax est: 3.º dum 1.º ei unitur et ante aduentum perfectionis modi siue radicationis, siue terminationis, confert illi effectum calidi et magis calidi; atque adeo effectus magis calidi, ac proinde intensio siue recurru ad modum perfectiorem salvari potest.

Reiciuntur 3.º 4.º remissio fieri nequit per aduentum imperfectionis modi radicationis aut terminationis: 5.º nec intensio per aduentum perfectioris modi confici valet. Ans probari potest eo modo quo antea contra Durandum probabatur. 6.º videlicet nullum est agens, a quo talis modus efficiatur. Adhuc non est capax, unde modi radicationis, aut terminationis in eadem qualitate iam minus perfecti, iam perfectiores euadant: etenim entitates modales specificantur ab extremis, que essentialiter respiciunt, et in intensione, et qualitate, que interditur, et agens eam producat, et demum subitum in quo illa augetur. (In extrema, que a modis, que impugnamus, essentialiter respiciuntur) eandem semper perfectionem retinent, siue qualitas intensa sit, siue remissa existat, et aduersarii ipsi non inficiantur.

¶ Tandem terminationis modi solo numero distincti, quales a M. Prado adstruuntur, duplici ex capite impugnantur. 1.º quia ut ipse tenet, intensio non fit per coniunctionem plurium terminationum eandem qualitatem efficientium; sed quoties una de novo existit procedens deficit. Unde terminatio adveniens precedentem terminationem sibi equalem et omnino similem (ut pote a se numero tantum distinctam) destruit, et expellit. Id autem quomodo coheret cum illo philosophico principio nihil a suo simili corrumpitur? 2.º quia si terminatio de novo adveniens, et terminatio deficiens solo numero distinguantur, non poterunt constituere subiectum calidum ut duo, et calidum ut octo. 3.º etenim calidum ut duo, et calidum ut octo plusquam numero differre clarum apparet. Ad quo autem constitutio distinctionem plusquam numericam accipient, si terminationes

numerie solum differant. Profecto assignabile non est, cum subtrahatur et qualitas eadem
numere sint in utroque calido, seu specificè non differant; et aliunde terminaciones,
et asserit. Profecto numero tantum discernantur.

Ergo eorum opinionum quas retulimus.
Impugnacione, liquet veritas sententię quam cum subtili D. in sum. dist. 12. q. 4. et
cum Eo. Suarez ubi supra tuentur. Scotistę omnes apud Pontium dist. 51. et omnes
fere notati quibus eorum contrarietur Torca. Moreira et plures alii accedunt. Docet autem
hęc sententię, qualitatis intensiorem fieri secundum variarum partium incrementa
seu ut dicitur solet per additionem gradus ad gradum. Nihilus sententię quę nobis placet,
potissima probatio. ut dictum est, eorum contrarietur impugnacione deservitur. Ulterius au-
tem sic ea a ratione positiva persuadetur.

Nequit subtrahum esse simpliciter calidum
et nisi per calorem: et nequit esse magis calidum nisi per maiorem calorem: nam
ut est in paretia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad ma-
gis. Nunc sic: sed subiectum esse magis calidum caloris intensiorem includit: et
caloris intensio per solum maiorem calorem intelligitur. Nunc adhuc ultra sed ma-
ior calor nisi per additionem caloris non datur: et caloris intensio per solum caloris
additionem perficitur. Nęc ultima minor subtrahitur, quę sola probationem desiderat,
facile probatur in hunc modum. Maior calor intelligi nequit absque caloris augmen-
to; at qui nisi aliquid caloris, calori addatur, illius augmentum intelligi non poterit.
et maior calor nisi per additionem caloris, non intelligitur. Nihilus deservitur mi-
nor ex terminis constans apparet. nam aliquid augeri, involvere videtur in suo
conceptu, id quod augetur, permanere simul cum augmento de novo supervenien-
ti; alioquin res non tam perficeretur, quam converteretur, et transmutabilis, ut inri-
nuatum a nobis est, ubi contra. Arguendum argumentabamur; et ut optime an-
notabit. Vincentius Lininensis aduersus hebreos C. 28. per hec verba. Ad perfectum
fertinet ut semetipsa magisque res amplificetur; ad permutationem vero, ut ali-
quid ex alio in illud transvertatur.

Eadem sententię fundamento iam insinu-
ato persuadetur. Et indubitanim gratia gratum faciens bonis operibus ab homi-
ne iusto factis, intenditur et augetur. ait enim sens. 6. cap. 10. iustificatus, et amicus
eius Dei cooperante fide bonis operibus crescere atque magis iustificari; et conclu-
dit Caput illud per hec verba, hoc iustitię incrementum esse illud, quod petit

S. Ecclesia cum orat: Da nobis Domine, fidei, spei et charitatis augmentum. Vbi definitum videtur id, quod supra nos dicebamus, scilicet in iusto per bona opera fidem et charitatem augeri. Quod vero gratia etiam auceatur, expresse definitur ab eodem Concilio ea sess. can. 32. vbi anathematizat dicentes, iustificationem bonis operibus ... non vere mereri augmentum gratiæ. Ergo extra dubium est, gratiam gratum facientem bonis operibus a iusto factis intendi, et augeri.

Nunc sic augmentum gratiæ absque nova gratia non intelligitur: quod intensio absque additione novæ partis ad præcedentem partem intelligi nequit. Prob. min. subsumptio: augmentum gratiæ homini iusto adveniens reddit illud obiectum congruum maiori dilectioni Divinæ, sed nequit homo reddi obiectum congruum, maiori dilectioni Divinæ, nisi in ipso nova gratia intelligatur: o. Prob. min. sola gratia est, que facit homines Deo gratos; et illa sola Divinam voluntatem ad homines amandos movere potest: quod solius gratiæ est augmentum reddere potest hominem obiectum congruum maiori dilectioni Divinæ.

Confirmatur: ad eadem Trident. Sess. 7. can. 7. per sacramenta novæ legis semper et omnibus, quantum est ex parte Dei, gratia confertur: quod homini iusto et orato ad sacramentum accedenti gratia datur, sed non datur præcedens gratia ut certissimum est, neque datur solum modus habendi gratiam: si quidem gratia pro modo gratiæ non sufficit; alioqui solius gratiæ non erit, hominem iustum et Deo gratum constituere; sed id etiam entitati a gratia distincte competet; quod utique falsum est: quod homini iusto ad sacramentum accedenti datur novæ partis gratiæ, que præcedentem auceat, et per quam ille in iustitia crescat.

Atque hinc reiecta manet responsio M. Prado, qui postquam 9. 16. n. 43, hoc notivum argumentum parripendet, existimat, difficultatem enodare, dicendo homini iusto ad sacramentum accedenti, dari quidem gratiam, quæ ei confertur novus modus terminationis gratiæ; qui modus 2^a ipsius gratiæ perfectio seu gratia est. Reiecta, inquam, manet; quia ut nuper dicebamus gratia pro gratiæ modo non sufficit, et modo gratiæ non convertit hominem iustum et Deo oratum reddere. Sed ulterius hæc responsio in hunc modum reicitur. Vel terminatio demum adveniens (idem dictum intellige de quovis alio modo, quæ hic a Thomæstis intrudatur) perreuerat simul cum præcedenti vel istam destruit. si scilicet quæ iam terminationis intensio per additionem gra-

Ad gradum efficitur. Cur ergo qualitatis intensio simili modo effici non
poterit. Si cum mutatis terminis qualitatis, et terminationis, in Durandi sen-
tentiam Prado relabitur, in quam alii Thomae et nominatim Thomaeus singu-
laris pene verborum coincident. Sectio 3^a. Adversariorum argumenta diluuntur.

Sectio 3^a Adversariorum argumenta diluuntur

Animo nobis obiciunt Artem aientem 4^o Physic. tractu 84, ex calido fieri ma-
gis calidum, nullo facto in maius calido; et in praedicamentis negantem qualitatem
suscipere magis et minus. Sed 8^o Artem in 1^o loco vnicuique agere de subto in quo in-
tensio fit; et de eo docet ut Commentator ibidem explicat idem subiectum, quod pri-
us erat calidum, per intensionem fieri magis calidum absque additione parti-
um aut sui, aut maius; quod vique verissimum est, quoniam intensio in eadem sub-
iecti parte conficitur. In 2^o loco tantum negat Philosophus, qualitatem suscipere ma-
gis et minus essentialiter, ita nempe ut dici possit, magis qualitas, seu magis de qua-
litate ratione atque conceptu participans, neutiquam tamen inficiatur, suscipere
magis et minus gradualiter. Sic enim absolutio maior dici valet, quemadmodum
quantitas numeri linea. Et generis alia quo pluribus aut paucioribus partibus
constant, eo maiora aut minora integraliter dicuntur, quin maiora aut mino-
ra essentialiter esse queant. Si quidem quantitatis numeri et lineae rationem at-
que conceptum aequaliter participant.

Obiciunt 2^o M. Doct^r qui pluribus in locis
allatis a Lerma Prado, et Carmelitis adeo clare maiori ratiocinationi, inhererit, et
adeo clare additionem gradus ad gradum repellit, ut ipsum a Thomistarum sen-
tentia stare negari non possit, et non nisi temere in sententiam nostram trahi va-
leat. Ceterum ipsum pro nobis stare, satis probabiliter persuadet. Muradus hic per
integram sect. 5^{am} disp. 5^e imo et Caietanus, qui in nostram sententiam acce-
ditur, notat 2^o 2^e q. 24 artic. 4. et 5. Dicit Thomae mentem variis interpretatio-
nibus subiectam esse; addens a solo lapsu linguae Cohibendos esse, qui his vocibus
additis gradus ad gradum in intensione utuntur. De hac re videm potest re-
latum Murado, et P. Lubius qui ut pote D. S. addictissimus, minime suspectus
erit.

Interim nota 1.^o hanc vocem maior radicatio nobis non officere. Etenim bene 8
obseruat. P. Quod tract. 5. disp. 23. sect. 1. qualitas per intensionem in subto radi-
cari dicitur per methaphoram desumptam ex arboribus; methaphora autem inde
sumitur, quod sicut arbores, quo profundiores radices egerunt, eo difficilius euellun-
tur, ita qualitas, quo intensior est, eo difficilius a subto detruditur, et quasi euelli-
tur, quoniam per intensionem virtus qualitatis actiua, atque adae et restitua au-
getur (cum 2.^o D. 2.^o q. 23. artic. 4.^o qualitas, dum intenditur, secundum essen-
tiam augetur) ea que propter qualitas magis resistit contrariis, ac proinde prius de-
pellitur a subto.

Nota 2.^o ideo Thomam negare in intensione reperiri gradus nu-
merice distinctos, q.^o 2.^o ipsum distinctio indiuidualis sensibilis, et quod non a subto,
num diuersitate (que in intensione locum non tenet) desumitur; Ceterum id non ob-
est, quo minus gradus, quibus intensio coalescit entitatiue, et intrinsece numero dis-
tinguantur. Etenim subiecti unitas efficere non valet, ut accidentia in eo recepta,
que ex se numero distincta sunt, numerica distinctione non gaudeant. Cum ea que
intrinsece, numerice distinguuntur, tali distinctione orbari nequeant. Nota tan-
dem, eundem S. D. solum negare in intensione additionem gradus ad gradum
specie adaequata distinctum; de additione vero qualitatis seu gradus partialis ad
qualitatem seu partialem gradum cum subordinatione intrinseca vnus ad alium
ad constituendam vniam intensionem, et qualitatem completam sermonem non habere.

Obiici
in 3.^o Cuius rei essentia in indiuisibili consistit hinc enim est vulgatum illud
illud essentia sunt sicut numeri. Unde sicut isti additione, & diminutione variantur,
ita nihil addi, detrahi ve potest rerum essentis, quin ista variationem subeant. Ergo es-
sentia qualitatis intense in indiuisibili sita est, ac proinde intensio eo partibus seu gra-
dibus coalescere non valet. 2.^o ad iam dicta essentias methaphysice consideratas in
indiuisibili consistere; quia, addito, aut ablato aliquo predicato methaphysico, essentia
non potest eadem permanere. In hoc sensu qualitas, siue intensa, siue remissa, in in-
diuisibili sita est q.^o vtraque eadem predicata methaphysica, genus videlicet, et dif-
ferentiam participat, quin in hoc sensu magis et minus, succedere queat. Id tamen
non tollit quominus essentia physice in teoraliter considerata, eo pluribus gradibus et
partibus componi valeat, ut patet, tum in extensione, que est omnes eo pluribus partibus
coalescit, tum in numero, qui ex pluribus unitatibus resultat.

8 Sed Repliant et obviunt 1. Qualitas intensa est *fra* accidentalis; sed huiusmodi *fra* est actus purus, partium compositione carens: 2. Confirmant 1. si qualitas intensa partibus constaret, imperfectior esset qualitate remissa: si enim esset simplicior illa; et ad Magnum Dionysium *fra* quo simplicior est eo perfectior euadit. Aliqui qualitas intensa imperfectior non est qualitate remissa: 3. Confirmant 2. si qualitas intensa ex partibus coalesceret, maior esset qualitate remissa; sed nequit esse maior, quam et illius essentia maior sit; essentia autem soli *predicati* essentialis ad actionem maior esse valet. 4. in qualitate intensa *predicati* essentialis additio inuenitur, atque adeo *predicata* essentialia augeri possent; quod absorat.

Ad repli-
cum seu argumentum dicto, *fram* accidentalem esse quidem actum purum ca-
rentem partium physicarum stricto tabum, materis scilicet et *fra* compositione, mi-
nime tamen partium integralium compositionem excludentem. Ad 1. am confirmat-
nequa maiorem; ad cuius probationem dic, magni Dionysii doctrinam non esse mirrema-
liter intelligendam; aliqui cum totum sua parte simplicius non sit, illa perfectius ac
maius non esset; quod nemo dixerit: 5. intelligenda dumtaxat est, quando cetera sunt
paria; secus si disparia sint, ut in casu nostro accidit: si quidem perfectio simplicitatis,
que in qualitate remissa elucet, abunde compensatur, per actiuitatem, resistentiam,
et alia, que in qualitate intensa uberius quam in remissa reperiuntur.

Ad 2. am Confirma-
tionem (adquam etiam aduersarii respondere tenentur, cum 2. omnes in subto ma-
eis calido maior calor reperiatur; et 2. 2. 2. g. 24. artic 1 ad 3. adum ha-
bitus Charitatis intenditur, secundum essentiam augetur, et crescat) Resp. ad dic-
ta essentialiter qualitatis intense maiorem esse integraliter, non vero essentialiter,
Essentia qualitatis remisse. Augetur essentia igitur qualitatis intense augmento
integrali, non autem essentiali; quod nique absolum non est, sed ab omnibus ad-
mittendum. Augetur, inquam, augmento integrali: nam calor 2. qui preceden-
ti aduenit, contrahit cum illo, totum integraliter maius; sicut dum anima, per
nutritionem crescit, illius corpus integraliter augetur, seu maius integraliter fit.
Atamen, sicut corporis animal per nutritionem non efficitur essentialiter maius,
ita calor preexistens per superuenientem calorem essentialiter non augetur.

Obiiciunt
5. si intensio coalesceret ex gradibus, uti vel numero, vel specie inter se different

sed neutrum dici potest: 1^o 1^{um} dici nequit: alioqui duo accidentia solo numero
distincta eidem subiecto possent inherere. Nec item 2^{um} dici valet: quoniam
res specificè diuersæ vnum per se quale est intensio, constituere non possunt. Hoc ar
gumentum ex vobis capite nullum est. Est quidem nullum ex primo: nam ex plura
accidentia numero distincta vni subiecto inherere non possent q^{ia} a subiecto individua
tionem acciperent. hoc autem principium et falsum est, vt abibi a nobis comprobabitur;
et vel ab ipsis aduersariis negandum videtur: tum q^{ia} 2^o ipsos duo accidentia mo
dè distincta, possunt saltem successive, idem subiectum informare. Tum q^{ia} a sub
iecto idem accidens de subiecto in subiectum migrare diuinitus valet. Profecto neu
trum ex his accedere posset, si accidentia a subiecto individuarentur. Individuan
tur q^{ia} intrinsece et entitatiue a se ipsis, licet sensibilitèr et quoad no^{ta} a subiecto vt
insumatum est individuationem capiant.

Est præterea nullum præcedens argu
mentum ex 2^o Cap: si enim m^o et fra, quæ inter se specie differunt, vnum per
se essentiale constituere possunt, si gradus etiam specificè diuersi vnam per se
extensionem conficere valent; cur gradus intensiōis, et si inter se specificè dif
ferent, vnum per se intensiōem integrare non valebunt? Profecto sicut m^o et fra
sola specie inadequata distinguuntur, ita gradus intensiōem integrantes sola
specie inadequata differunt, casu quo h^æterogenei aduocantur. Quæ autem hu
iusmodi sunt, ad vnum per se constituendum coniungi possunt.

Obiiciunt 6. eodem
calor per solam sui maiorem expansionem et radicacionem in subiecto, potest istud
magis calidum constituere: 1^o intensio absque additione gradus ad gradum in
telligitur. Prop. ans. multiplici paritate. 1^a desumitur a causa efficienti; quæ certe
cum perfectioni causalitate causat, effectum perfectionem edit: 2^o item calor per solam
sui maiorem expansionem, et radicacionem in subiecto, istud magis calidum constitu
ere valet. Consa a paritate rationis legitima naetur; ans autem vt indubitabile ab
aduersariis supponitur, et vterius alia paritate comprobatur. Eadem virtus agentis
perfectius agit pro maiori perfectione dispositionum, quæ in passio resident: 3^o et cum per
fectioni causalitate causat, effectum perfectionem edit. 2^a paritas ab anima ratio
nali desumitur: ea enim pro vniōum diuersitate denominat oculos potentes vae
re, quam denominationem auribus non prestat. 3^a paritas a speciebus virtualibus
accipitur. Et enim species visuales, q^{ia} perfectius iugill^o oculi, quam aer inuuntur

illam, non autem istum intentionaliter informant.

Quoniam omnes istae paritates nullae sunt. Nulla quidem est prima; vel quae falsum continet; nisi verum contingat nobis potius quam adversariis faveat. Certe ex perfectione causalitatis causae efficientis maior effectus universaliter loquendo, non recte arguitur: nam si calor elevaretur a Deo, ut per creationem calorem, ut duo produceret, illius causalitas perfectior esset causalitate per quam de facto eundem calorem efficit; et tamen effectus productus non esset maior in uno casu quam in alio, ut patet. In quo modo adducta paritas falsum continet. Quod si aliquando ex perfectione causalitatis causae efficientis maior effectus perfectio arguitur; id rursus evenit, dum maior causalitatis perfectio ex maiori virtute efficienda provenit; quae quidem perfectiorem effectum producere valet, et ut plurimum producit. Nunc autem eventus nobis utique, non rem Thomae faveat: sed non enim, cum novus gradus qualitatis per existentem adveniat, novus ei augmentum in virtute activa, et informativa accrescit; aqua hominis autem quantitas ut pote, quae eadem remanet, et absque aliquo sui augmento, cum eadem virtute efficiendi et informativa perseverat.

Unde prima paritas vel absolute neganda est; vel ea admittenda, distinguendum est contra hoc factum. Quod calor per solam sui maiorem extensionem, et radicacionem in subiecto, quae videlicet novum caloris gradum non afferat subiectum magis calidum constituere valet, negetur contra: per sui maiorem radicacionem, quae novum caloris gradum afferat, concedatur; sed quia inde comprobatio huius paritatis eodem modo excipienda est. Sic igitur, eandem virtutem perfectius agere pro maiori perfectione acquisitionum residentium in passivo; perfectius inquam, agere secundum mensuram suae activitatis, quae ab indistinctis positionibus passivi impedi non valet, ne tota se diffundat; non tamen ultra suae activitatis mensuram, quoniam maiori dispositio passivi efficere nequit, ut agens ultra virtutem propriam operetur. Nunc, quoniam calor, cum semel radicatur in subiecto, sive in parte perfectionis, sive minus perfecta ei unatur, impedi non valet a prestando effectum fradem calidum quem prestare potest, a maiori radicacione habere nequit, quod subiectum magis calidum constituat.

Secunda paritas etiam est nulla: quae anima omnibus corporis partibus in eodem modo perfectionis unatur; alioquin dici posset anima contra adversariorum doctrinam intensior in oculis, quam in auribus, videlicet perfectioni in eodem modo

oculis quam auribus vnta docatur; quemadmodum 9^a qualitas perfectioni vnto
 ne in hoc instanti quam in precedenti vntur, in hoc instanti intensior, et in prece
 denti remissior ab adversariis asseritur. 9^a quod anima perfectionem denominatio
 nem his partibus quam aliis prestet, non oritur aut ex virtute ipsius (que eadem sem
 per est) aut ex perfectioni vntone (que non datur); sed vntice ex diuersitate dispositionu
 quibus corporis partes afficiuntur, et que viam parant vt anima in aliis perfectione
 in aliis minus perfectas operationes eliciat. Qualitas autem cum semel est vnta
 subiecto capaci, habet quidquid requiritur vt sursum effectum formalem tribuat
 a quo dependendo, vt proxime dicebamus, impediri non valet.

Denum 3^a pars rui
 la est: tum 9^a pota non per species, sed per visionem intentionaliter informatur. Num quia
 licet pota speciebus intentionaliter informaretur, eatenus ipia potius quam aer id obtine
 ret, quatenus ipia pro aere, huius effectus formalis nempe intentionalis informationis,
 capax est. Inae, cum in questione nostra subiectum capax sit effectus formalis magis
 calidi, nihil est cur talem effectum, etiam a calore remisso (si iste illum continet)
 non accipiat.

Obiiciunt 7^o intensio actuum vitalium additione gradus ad gradum
 non efficitur. 9^a nec ita fit aliarum qualitatum intensio. Concesso autem quod a maiori
 A. 2^o parte conceditur neganda est causa. Ratio disparitatis reddi solet, quia ra
 tiones, que pro consequenti militant, pro antecedenti non valent. Ideo enim potissimum
 intensiorem qualitatum non vitalium per additionem gradus ad gradum fieri de
 bere asseruimus; 9^a ea fieri non potest vel eo pacto quo ab Frigidio et a Durando fie
 ri dicitur, vel eo modo, quo confici a Hostis episcopatatur. Opus 9^o est vt additione
 gradus ad gradum fiat. At vero nihil prohibet, quominus actuum vitalium inten
 sio fiat eo modo, quo omnium qualitatum intensiorem effici, Durando Arbitratur
 scilicet per mutationem actus minus perfecti in alium perfectionem.

Infecto, ideo hu
 ius Authons sententia a nobis reuocabatur, q^a non est assignabile agens, a quo im
 perfectior qualitas producatur. Hec autem ratio in qualitibus vitalibus non vget.
 etenim actus vitalis, est amor; et tunc iste pro arbitrio voluntatis, que supra suos actus
 perfectissimum dominium habet, potest aut omnino suspendi, (ita vt voluntas ab a
 mando abstineat) aut ita deficere, vt loco illius alter vel minus perfectus, vel perfec
 tor subrogetur. Vel actus vitalis est cognitio; et tunc etiam ista, vel pro arbitrio.

Voluntatis ad aliam cognitionem inclinantis intellectum, deficiere valet. Quod frequenter evenit, procedens cognitio, quae, ut a principio, a specie obitum habet, potest omnino deficere propter Obiecti immunitatem quod speciem immutat, absentiam, vel minus propter obiecti distantiam: quo enim Obiectum magis distat, eo immutat speciem remissorem, et quae non nisi remissorem cognitionem edere valet. vel tandem propter obiecti propinquitatem vividior species producet et cum illa intellectus clariorem, et intensiorem cognitionem producere potest.

Ita Coiter responderi solet. Sed ut alii recte notant et mihi certum apparet, proprie loquendo in qualitatibus vitalibus intensio dari nequit, ea quae propter antis suppositum negari poterat. huius doctrinae ratio est: quod non semel diximus, intendi, vel auferri aliquid, in suo conceptu involvere videtur, idque augetur cum augmento supervenienti permanere. Sed in actibus id non accidit: quod in istis intensio proprie loquendo dari non potest. Minor est certa: quod claritas et obscuritas, efficacia, et inefficacia actuum vitalium est illis essentialiter intinseca. Unde actus ille qui obscurus est, clarus fieri nequit, aut e converso; Nec qui est inefficax in efficacem, aut e contra commutari valet. Pro circa dum intellectus clare cognovit obiectum illud, quod antea obscure cognoscebat, primus actus non perseverat cum actu superveniendi quin potius per illum tollitur, ut omnes fatentur. Idem sed proportione serrata de actu voluntatis inefficaci dictum intelligit. Quod absolute dicendum est actus vitales, non esse stricte capaces intensiois aut remissionis; sed per quamdam analogiam ab actibus non vitalibus desumptam intensiois aut remissionis appellari. Sectio 3^a. An gradus intensiois homogenei sint, an vero heterogenei.

Sectio 4^a

An gradus intensiois, homogenei sint, an heterogenei.

Licet praesens questio parum dividii attulerit antiquis; ea tamen inter Platonem, Aristoteli, et Theophrasto, adeo acriter versatur, ut in varias, multumque dissidentes factiones eos impulerit. Sed omnino abis opinandi modis qui apud Reynaldo videri possunt, duplex est circa controversiam praesentem praecipua sententia. 1^a tenet gradus cuiusvis qualitatis esse homogeneos, hoc est, similes et in perfectione aequales ita cum

Vazquez Conimbric. Dubio et Quibus Sentunt Scotus, et plures e notis P. in
manuscriptis. 2^a graduum heterogeneitatem tuetur. Conset itaque intensiōnis gradus
diversos esse; id que non tantum peres ordinem, sed etiam peres perfectionem; ita
scilicet ut 2^{us} perfectionem 1^o excedat, 3^{us} secundi et sic deinceps. Ad hunc ad hunc opi
nandi modum 1^{us} est essentialiter primus, secundus est essentialiter secundus et sic
de aliis usque ad octavum; quo nomine designatur ille, qui intensiōnem perficit, con
sumat que. Ab hac sententia stat Ex. D. disp. citata sect. 1^a ab similitur cum
ipso stant P. Murado, Carleton, Alfonso, Pynado et nonnulli P.

Utamque senten
tiam probabilissimam esse non dubito, sed quoniam primam preferendam esse exis
timo, antequam ipsam suadeam notare debeo, secundam illam impugnationem
qua terminationis modus a M. Prado adstructo sect. 2^a reiciebam, in hac opinian
di modo locum non tenere. Ceterum eo illum calidum et duo, et calidum, et octo in
ratione calidi specificè non differunt, licet, ut ibi dicebam, ea plusquam numero differ
re, clarum appareat: quandoquidem id ideo apparet clarum, quod calidum et duo
plus differt a calido et octo, quam ab alio calido etiam et duo, a quo sine dubio
numericè differt. Atqui etiam homo ingentis proceritatis plus differt in ratione quan
ti ab homine pusillo, quam ab alio homine eiusdem proceritatis cum primo; et licet
isti numero discernantur, inferre nos licet, hominem procerum a pusillo in ratione
quanti specificè differre, sed solum id ita apparere. Pari ergo modo in re nostra discur
rendum est. Igitur ea impugnatō in sola sententia eorum, qui heterogeneitatem
tuentur, efficax est. Sed hoc nihil interest, quod omnes alie impugnationes, pro illis
etiam, qui homogeneitatem propugnant, efficacia possent.

Hoc notato pro prima sen
tentia sic arguo. Si naturaliter, Divinitus coniungerentur in eadem subiecti parte
plures gradus caloris omnino similes, isti intensiōnem constituerent. Intensio eorum
gradibus similibus et homogeneis coalescit. Causa liquet: tum quod ideo ad advertentis
gradu adstruuntur heterogenei, quod alioqui et existimant, intensio intelligi non po
set. tum quia, sicut non sunt multiplicandæ entitates absque necessitate, ita nec di
versificandæ: quod si absque specifica graduum distinctione et dissimilitudine
et dissimilitudine et cum sola multiplicatione similium in eadem subiecti par
te residentium salvatur intensio, ita eorum solis gradibus similibus coalescens statu
enda est.

3^o ans, quod solum a contrariis negatur, prob. 1^o: si plures gradus caloris omnino si-
miles naturaliter vel diuinitus collocarentur in eadem manu, ista caloris dolore ac
sensione vehementius pulsaretur, quam si vnus tantum gradus in ea existeret:
3^o tunc plus caloris etiam intensius, aderet in manu, atque adeo gradus omnino si-
miles in eadem subti parte collocati intensiorem constituerent. Ans a nemine ne-
gatur; contra autem legitima videtur: q^a fundamentum, quo philosophi ad admitten-
dam caloris intensiorem prociue ducuntur, est, q^a aliquando maior, aliquando
minor caloris dolore atque sensione subiectum capax pulsatur. Nihilominus illa
tionis rectitudo aliquibus responsionibus enerrari intenditur.

Miunt itaque nonnulli
1^o in praedicta hypotesi manum propulsandam fore, caloris dolore atque sensione vehementi-
tiori quam si vnus tantum gradus afficeretur; effectum tamen illum provenire ab exen-
sione entitativa; nempe a pluribus caloris entitatibus, quae quoniam nullum ordinem
ac proinde nec unitatem inter se haberent, aliquod vnum per se non constituerent, sed
vnum tantum per accidens, hoc est, puram entium multitudinem vnice componerent.
Sed contra: q^a dolor et sensatio intensior a calore causata, a solo calore intensiori effici
valet; atqui in nostra hypotesi daretur dolor et sensatio intensior a calore causata: si
quidem illa in eadem subti parte efficeretur: q^a dolor ille a solo calore intensiori ortus
haberet.

Contra 2^o: si duo ignes eiusdem speciei et omnino aequales inuicem coniu-
gantur, citius, longius, et vehementius, atque adeo intensius agent. Item, si magna quan-
titas vini rubri in vas vitreum infundatur, rubor est sensibilior, quam si parum
vini eidem vasi adsit. Praeterea, si plures partes corporis ponderosi etiam eiusdem spe-
ciei et aequales humeris imponantur, plus intensius grauant, magis que sentiuntur,
quam quilibet, aut pauc seorsim impositi: q^a pariter plures gradus caloris, de quibus
est sermo plus intensius calefaciunt manum, quam quilibet vel pauci eidem seorsim
applicati. Et contra: nam quod in agentibus coniunctio praestat, hoc in gradibus ab vnio-
ne ipsorum ad subiectum idem praestatur.

Contra 3^o: licet gradus omnino similes vnum
per se stricte tale (quod nec gradus heterogenei constituerent) non constituent, at tamen
maiores perfectionem gradualem proprie vniam conflare possunt. Etenim omnes eorum
subti parti vniantur, et quilibet vniter alteri, adeo que perficitur. Perficitur, inquam,
q^a talem entium multitudinem componunt, quae magis estimabilis euadit, quam

12
Unus gradus (nam quodlibet finitum per cuiusvis finiti additionem augetur, et
estimabilius redditur) euaderet 3^o collectio plurium graduum similitum. Estimabili-
us quam unus, si minus estimatione essentiali (nam sive unus ac multi calores es-
sentiam partemque saltem estimatione maioris perfectionis, ac prout et intensio-
nis; a-
lias entitas squivalentes pluribus inter se squivalentibus, non foret simpliciter perfectior, quam
quilibet ex illis, quibus squivaleret; sic que nec plurium hominum collectio maior eua-
deret quam unus homo; nec aureorum aggregatio estimabilior esset, quam unicum aure-
um; et sic de aliis.

11
Dicunt alii 2^o in nostra hypotesi sensum decipi, et occasionanter et-
iam intellectum existimantem, tunc veram intensiorem existere. Sed qui non videt
simili respondendi modo dici posse calorem, et alias qualitates nunquam intendi.
Unde enim constat calorem intendi, nisi 2^o nunc minorem, nunc maiorem calorem in
eadem parte sentimus. Imo qui non videt, eo effusio omnia argumenta, que ab ex-
perientia ducuntur, penitus obrui. Certe eo dicendi modo, poterunt respondere Theop.
Nisi respondent; sed inanis est nostri existimant, decipi sensum pariter et intellectum
existimantem aliqua accidentia videntis, in cadavere perseuerare. Licent alii dicere
albidinem Eucharisticam, et que subito caret, vel in venerabili Sacramento non exis-
tere, vel intensam non esse; sed sensum et intellectum oppositum iudicantes falli. Los-
sent tandem alii dicere, nec ignem calefacere; nec aquam inspicidare; scilicet lucinam
sensu; atque in universum sensuum fidem asseruari, Philosopho ineret.

10
Aliunt denique
alii, gradus illos similes in eadem manu collocatos vehementiorem reprobationem, at-
que dolorem excitaturos; non 2^o intensiorem constituerent; sed quia illorum virtus con-
iuncta fortius operaretur, admodum quo duo subta calidius penetrarentur, propter
maiores sui coniunctionem maiorem dolorem et calorem causarent, quin tamen,
eo virtusque calore intensio cresceret. Sed contra: quoniam simili euasione posset quis
omnem qualitatum intensiorem iniquine denegare, ut veritate serviet maiorem intensiorem,
quam experitur, non tam ab intensiorem, quam a virtute fortius operante oritur habe-
re.

9
Contra deinde gradus de quibus est sermo, non solum virtute effectrice, sed etiam infor-
mativa pollet; imo licet ab agendo impediunt valeant ab informando retardari neque-
unt. 3^o Si enim virtus effectrice, propter coniunctionem in eodem loco fortius operatur, et
amplius virtus informativa, ob unionem eadem subitum, informabit viridius, at-

atque intensius denominabit. Quod autem ex duplici subto calido eundem locum occupante intensio non resultet, nobis non officit. Etenim in hoc euentu utriusque calor non inhiabit idem subtum; quod sique ad intensiorem requiritur. Oportet enim rem accideret in nostro casu; ac proinde ex uno ad alium paritas duci non valet.

Jam §. 2.º idem ^{sum?} ^{ans?} pro
bationis nre videlicet plures gradus omnino similes in eadem subiecti parte coniunctos in
tensionem constituere. Si alter ex illis gradibus cum alio imperfectioni in eodem subto con
iungatur, ex utroque intensio resultaret, ut ad rem arri tentur: qd et ex coniunctione plu
rium similibus et equalium intensio fieri potest, ac proinde tales gradus in eodem subto
coniuncti intensiorem constituunt. Et constam l.º. s. ans et verum, qd gradus qd qui essenti
aliter talis adstruatur per coniunctionem sui cum l.º. se imperfectioni intenditur. Cur qd idem
accidet, si cum altero 2.º et sibi equali coniungatur? igitur si intensio per coniunctionem gra
dium dissimilium subtrahatur, per coniunctionem similibus etiam subtrahi potest.

¶ 2.º eadem
Contra subtrahentium responsionem inerrando. Quod gradus dissimiles potius quam similes in
eadem parte coniuncti intensiorem facerent, qd illi existis et se mutuo perficerent, et perfee
rent partem cui inhiarent, sed hoc est falsum: qd §. 1.º. min. etiam si gradus sint similes, se mutuo
perficerent, et perficerent etiam subtum, cui inhiarent qd falsum est, gradus dissimiles per similibus
predictos effectus prestare. Et ans: gradus similes in eodem subto coniuncti, unione penetratiua
inter se ununtur, et eidem subto inhiarent qd et se mutuo perficiunt (quatenus ut antea di
cebamus, quodlibet finitum per unione sui cum altero finitum estimabilius euadit) et etiam
perficiunt subtum, quatenus magis ununtur illud, atque ad propriam partem magis dis
ponunt.

Nunc Dicitur Pides, quo pacto octo gradus caloris in eodem subto collocati, perfectius
quid sint, quam octo gradus caloris in subtis diuersis existentes, nempe quia licet pri
mi non superent in entitate, numero, et perfectione secundos; eos tamen superant in maiori
vigue atque consortio, a quibus proventit ut dictum quod se mutuo perficiant, et quod se
ad agendum atque resistendum magis ununtur. Et 2.º contrarios plures gradus he
terogeneos in eodem subto collocati euent quid intensiorem perfectius, quam idem ipsi
in pluribus subtis sparsim positi; non certe qd se ipsos in perfectione entitativa supera
rent; sed qd unione penetratiua ununtur, et eidem subto inhiarent.

¶ Ultimus pro
nostra sententia. Et arguo graduum heterogeneitatem impugnando. Quando quis

se calefacit ad ignem neque ad intermedium gradum, si postea paulatim ab igne abice-
 dat, non expectatur in 1. instanti, se maiori parte caloris alleviari, sed paululum tum
 tummodo caloris deperdere, et longe plus in ipso perseverare. At si intensio fieret per
 gradus heterogeneos oppositum accideret: q. minor inde constat, q. in 1. instanti
 alleviaretur superiori caloris gradu, a quo 2. comparo incipit remissio sicut ab inferi-
 ori intensio. Atque ad eod. superior gradus non solum sequat perfectiones reliquorum
 verum etiam eas superat: q. si gradus heterogenei adstruantur, in primo instanti quo
 quis ab igne recedit, maiori, et potiori caloris parte alleviaretur, cuius oppositum, eo
 perentia. teste contingit.

Eandem contraria sententia impugnari solet et nra con-
 firmari quodam argumento Theologico quod videtur in ^{lib. 2. Cursus} tom. 2. Phil. Aug. 23.
 lect. 2, et a nobis solum insinuandum est. Et autem illud huiusmodi: si gradus sint
 heterogenei, gratia que eo opere operato confertur iustis inequali gratia. ornatis lon-
 ge dissimilis et inequalis esset, sequela est absurda: q. p. sequela: iustus cum gratia
 et unum acciperet unum gradum gratia; et iustus cum gratia et centum minus qu-
 am unum gradum gratia accipere non potest. Nunc sic: si gradus sint heterogenei
 gratia gradus qui hinc secundo iusto conferretur, centuplo perfectior esset gratia gradu,
 qui 1. iusto conferendus foret: q. gratia que eo opere operato iustis in Sacramento
 confertur, non eadem, sed longe dissimilis, et inequalis esset. Sectio 5. Obiectionibus
 fit satis.

Sectio 5. Obiectionibus fit satis.

Obiungunt Adversarii 1. qualitas intensa longe perfectior est quantitate remissa:
 q. intensio ex gradibus intrinsicè perfectioribus, atque adeo heterogeneis conflatur.
 2. contra: minor perfectio aliquid magis perfectum importat: q. si qualitas intensa
 maiorem quam remissa perfectionem includit, intensio ex gradibus perfectioribus
 coalescere debet. alioquin viderem qualitas intensa maiorem perfectionem habere,
 cum subum et uno equalis perfectionis in ipsa et quantitate remissa existat? Sed
 eo iam dictis constat multiplicationem perfectionis, licet equalis, et similibus perfectius
 quid efficere: multiplicatio enim aureorum efficit quid maius quam unum aureum
 constat; hominum multiplicatio, quid estimabilius constituit quam unus homo.

21
Conficiat; et sic de aliis. Et certe, cum ad producendo duos gradus caloris omnino
maior, maior et perfectior Virtus necessaria sit, quam ad unum causandum, con
iunctum ex illis, quid perfectius erit mo solo.

Unde ad argumentum concesso anti
nego coniam; ad cuius probationem fateor, maiorem perfectionem, aliquid magis per
fectum importare. Nunc tamen non efficitur, ut qualitas intensa ex gradibus divini
libus coalescere debeat; id que licet subitum ipsius, et vno, qua ei inhezet, non sit ma
ioris perfectionis, quam subiectum et vno qualitatis tenuior; nam per se posse quod
plures gradus includat plus perfectionis importat.

Obiiciunt 2^o vno gradus frigo
ris cum septem caloris gradibus non opponitur: q^o si vera est opinio nostra, cum nullo
oppositionem exerceat. si enim omnes eiusdem rationis sunt, non est cur potius cum mo
quam cum aliis opponatur. Constat: si omnes caloris gradus similes sint, introducto
vno gradu frigoris in partem possidens octo caloris gradus, nullus eorum expelletur.
nec enim gradus frigoris introductus, cum vno caloris gradu potius quam cum aliis
pugnabit. Ad argumentum et confusionem simul 2^o gradum frigoris oppositi collectio
in octo graduum caloris secundum aliquem gradum vase acceptum, quem Deus de
terminat expellendum; sicut in adversariorum sententia licet plures gradus primi
vase considerati possent induci; tamen q^o non est totius ratio, pro vno, quam pro
alterius introductione, gradus introducendi, determinatio ad Deum devolvitur, ad qu
em determinatio quoad individuum ex nostro AA revocatur.

quidam 3^o si in subitum quatuor gradibus caloris et totidem frigiditatis possidens
quintus caloris gradus inducatur, iste frigoris potius, quam caloris, expulsionem non
exiget. Patet illatio: nam ille caloris ^{gradus} demum introductus dum opponitur toti collectioni
que octo gradus inter se permixta habeat. Nego coniam, ad cuius probationem fateor mo
vum caloris gradum posse in subitum induci, abscedente quocumque ex principibus
gradibus, sive ille frigoris sit, sive caloris. Ceterum, quoties aliquis ex gradibus expel
lendus est, frigoris potius, quam caloris, expulsionem postulat. Profecto quivis gradus
ex se potius, amat consortium graduum similiarum, et eiusdem speciei cum vno, quam
aliorum sibi dissimiliarum: nam ab istis, nec perficitur, nec protegitur, sed potius, data
occasione opponatur, cum e contrario ab illis compleatur, atque roboratur, tum
ad resistendum contrariis, tum ad preparandum subitum, ut tam ad quam dispo

ponit recipiat. 2.º quintus caloris gradus potius quam alterius gradus caloris, frigo-
ris combustionem exigit, q.º potius quam frigoris, caloris consortium appetit. 12 14

Obiiciunt 3.º
dum aqua calefit, facilius ad teporem, quam ad summam caloris intensiorem per-
ducitur, et experientia persuadet; At si gradus sint homogenei oppositum accideret:
q.º si minorem: initio calefactionis tota frigiditas intensa resistit, postmodum rem-
issitas remissa. Sed hoc contrarium debilius est, agens illud invadens facilius vin-
cit: q.º concessa maiori, nego min; ad cuius probationem, concessa similiter maiori, v.º
minorem esse veram, dum agens suas vires integras conservat, secus vero dum vires
agens attenuatur, et in casu posito eveniret: dum enim summe calidum invadit
summe frigidum, tantumdem fere ab eo repatur, quantum in illud agit. Unde ut
ut vires mutuo atterunt, et ita ad mediocritatem perducuntur.

Obiiciunt 4.º et 5.º
simile non agit in simile, et Philosophi omnes communiter docent, ut qui oppositum
ex nostra opinione inferitur. q.º si min. calidum et quatuor si vera est sententia quod
in alio calido et quatuor quintum caloris gradum efficere potest, cur q.º simile in si-
mili non agit. Et ans: calidum et quatuor continet virtutem productivam trius gra-
dus caloris in passu frigido producendi: q.º unum gradum in calido ut quatuor produ-
cere potest. Sed gradus, qui in calido et quatuor produceretur, esset quintus: q.º ipse a cali-
do et quatuor in alio calido et quatuor effici valet. Contra 5.º gradus caloris qui
in subto calido ut quatuor producendus foret, esset eiusdem perfectionis, atque rationis
cum eo, qui in subto frigido efficere dicitur: q.º cum in hoc ultimo subto unus gradus calo-
ris a calido et quatuor effici queat, etiam in subto calido et quatuor produci poterit.

Contra 6.º
2.º gradus caloris in subto calido, ut quatuor preexistentes non impedirent non gra-
dus productionem a calido v.º quatuor causandam: calor enim preexistens in subto rel-
dit illud capax attentionis gradus. Sed novus gradus producendus in subto calido
ut quatuor, esset quintus gradus. q.º Contra 3.º et 4.º vident: calidum et quatuor potest
producere in quinque subjectis distinctis quinque caloris gradus, quin imo et
in octo subto totidem caloris gradus efficere valet: q.º et eadem in calido et quatuor
elicere posset, et sic in simile agere et summam intensiorem elicere. Contra tam-
dem et vident 2.º ex nostra sententia inferitur, calorem remissum se ipsum vix
ad ignitionem intendere posse: si enim calor ille potest in alio subto non calido

Primum gradum caloris producere, cur non in se igitur, cum gradus ille ubique
producatur eiusdem perfectionis eo non existat. Si autem semel in se unum gra-
dum caloris producere queat, alium, et alium et sic inque ad ignitionem producere
potent.

Notandum est ad rem opinionis Achilles, quod Lenzabedion dicitur
tenuit, ut ea ratio, qua maxime adversarius ficit Achilles, appelletur; propterea
quod ut Achilles accerrimus atque fortissimus fuit, talis et illa existimatur. Hic illi
ut vires enerventur, aliqua proutare oportet. Prouto V. qualitates contrarias et
inter se oppositas, de quibus est sermo non opponi inter se in genere cause formalis ge-
neris omnes gradus; siquidem in gradibus mediis simul coherere possunt in eo-
dem subto, uti que suum effectum formalem communicare, atque etiam altera in gra-
du intenso et altera in remisso, et quatuor gradus frigiditatis et totidem calo-
ris; pariter que tres frigiditatis, et quinque caloris eidem subto naturaliter adherent
atque ibi totum suum effectum formalem prestant. Est igitur incomparabilis unus frigidita-
tis gradus cum octavo caloris seu cum calido ut octo; comparabilis vero cum sep-
timo seu cum calido ut septem; secundus frigiditatis coherere non potest cum sep-
tem gradibus caloris licet cum secundo comparabilis existat, et sic de reliquis.

Prouto V. oppo-
sitionem inter qualitates in cause efficientis, maiorem esse non posse oppositione in ge-
nere cause formalis. Cur enim maior sit virtualis oppositio, quam contrarietas formalis
cum utraque in eisdem entitatibus se mutuo ubi eodem subto expellentibus, et talem
virtutem se cum idemificantibus consistat. Prouto 3. qualitates operativas certos
fines et activitatis spheram sibi proutibere; id que non tantum quoad extensionem
sed etiam quoad intensionem: nam, sicut nequeunt cuiuscumque subto, et in quacum-
que distantia collocato suum effectum prestare; ita subto, cui inruunt, non nisi de-
terminatum effectum tribuere possunt.

His proutatis, argumenti et consuetudinum ipsius
solutio, perspicua evadet. nam si aut simile aperet in simile, aut qualitas se ipsam
intenderet, aliqui gradus qualitatum contrariarum opponerentur in genere cause effi-
cientis, quin in genere cause formalis contrarietatem excoerent. E.g. Quatuor gradus
caloris non opponerentur in genere cause formalis cum quatuor frigiditatis gradibus; nec
in genere cause efficientis cum istis opponi possunt. Opponerentur autem si calidum
ut quatuor daret in alio calido ut quatuor novum caloris gradum inducere, cum
per illum aliquem gradum pristine frigiditatis expelleret. Nam accideret, si in se

in se aliquem gradum caloris produceret: prepararet enim sua actione cum ea frigida
te, cum qua naturaliter coexistit, et cum qua prout in genere causae fortis non oppo-
nitur. 15

Nunc ad argumentum concessa communis Philosophorum sententia, ad rationes
qua oppositum ex novo gradu intenditur, nego autem: ad cuius probationem concedo
anti, nego contra: nec enim ad agendum sola virtus et continentia effectus sufficit,
sed insuper requiruntur aliae conditiones, quarum una est in agente contrarius
et contrarium habente, ut alicui gradus qualitatis oppositae residentis in passivo con-
trahatur. Profecto ob hanc causam ex communis omnium interpretatione asseruit
Philosophus lib. 1 de gen. cap. 2. solum inter contraria actionem dari posse. At conditio
ista in argumento deficit.

Præterea, exposita conditio in antea contrariis de-
ficit. Quo circa ad 1^{am} concessa anti, neganda est contra, propter immediate dic-
ta. Ad 2^{am} dicto, novi gradus caloris productionem a calido, ut quatuor in alio
simili calido causandam impediri, non minus ab ipsis gradibus caloris præexisten-
tibus, saltem ab ipsa natura rerum. hoc enim exigit, ut nullum agens efficiat subiectum
extraneum, plus quam se ipsum. Si autem calidum ut quatuor in alio calido ut qu-
atuor novum caloris gradum introduceret plus illud quam se perficeret. Ad
3^{am} comparationem concessa anti, neganda est contra, propter distantiam datam;
quia videlicet in casu antecedentis potius, quam in casu consequentis daretur in
subito aliquis gradus, cum quo gradus introducendus oppositionem exerceret.

Denique
ad ultimam comparationem nego sequelam, ad cuius probationem 2^o ideo calorem pro-
ducere posse in subito non calido, potius quam in se ipso primum caloris gradum, quia
exponentia teste virtutem limitatam paridet, qualem certe non haberet, si in se
ipso posset operari: etenim, si agentia operandi in se ipsis posset, nimis excre-
verent, et nullo limite eorum activitas coerceretur, sed agentia se ipsa usque ad
summum intenderent, atque ita nullum fere daretur mixtum prout in
vires pulchritudo et concentus in mira varia que mixtorum varietate, atque
coniunctione ut plurimum consistens omnino foret. Unde quædam modum a-
gentia adhuc in passivo sibi proximo, et multo minus in distantia effectum omnes
quem continent non efficiunt, sed uniformiter, disformiter intra suam sphaeram
operantur, idque non ob aliam rationem, nisi quia agentium natura id exornat

Ita nec in se ipsis operari possunt, q^a n^aa exigit qualitates esse sparsas inter natura
Corpora, ut h^{ec} debitum sibi temperamentum possideant. Sectio 6^a reliqua dubia
circa intensiorem resolvuntur.

Sectio 6. Reliqua Dubia circa Intensionem Resolvuntur.

Dubitatur 1^o an qualitates intensibiles terminum magnitudinis habeant? Clarius, an
qualitates intensibiles habeant in intensione terminum ita prefixum ut ultra il-
lum augeri nequeant? P^o a dicta, qualitates naturales, terminum magnitudinis habe-
re id constat 1^o q^a in nulla causa creata reperitur virtus, ut infinitam intensionem
producat. Etenim infinita intensio est infinita perfectio, quae certe a nulla causa crea-
ta effici valet. Q^o quævis qualitas intensibilis tantam intensionem et non maiorem et
maiorem sine fine attingere potest, atque adeo terminum ita prefixum habet, ut ultra
augeri nequeat. Constat 2^o q^a qualitas et huius intensio debita est alicui substantiæ
creatæ; sed in nulla substantia creata ea reperitur perfectio, cui infinitum perfectionis
debitum sit: q^o nec cui debita sit infinita qualitatis intensio, quæ proinde certum si-
bi terminum a natura prefixum obtinere debet.

Dixi, qualitates naturales: quoniam
illæ, quæ supernaturalis ordinis sunt ut gratia charitas, et similes et gravissimos
Theologos non vendicant sibi certum terminum, ultra quem ex crescere non possunt.
Et certe cum illæ a solo Deo, qui infinita virtute pollet, efficiantur, et aliunde reci-
piantur in anima, secundum obedientialem huius potestatem, quæ utique nullis termi-
nis clauditur, nihil est, cur, ad quemlibet terminum promoveri non valeant.

Dubitatur
2^o quoniam sint intensionis capacia? P^o id esse proprium qualitatum; sed non omni-
um. 1^a pars inductione facta per predicamenta, clarescet. nec enim substantia in-
tendi potest: nam fra substantialis ut pote ultimum complementum compositi subs-
tantialis in esse compositi physici, non relinquunt illud, aut maiorem 1^a ulterius com-
pleibilem in illa linea; id autem prestaret, seu illud ulterius complebile relinqueret,
si intensibilis esset. Deinde natura 1^a intensionis est incapax: q^a omnis intensio
est in ordine ad subiectum, quo certe natura 1^a caret. Tandem, substantiales modi in-
tendi nequeunt, quoniam nec dari potest visus quæ magis vivat, nec substantia,
quæ naturam magis subsistentem reddat; et sic de aliis.

16
Propterea quantitas intendi non valet: quoniam quantitatis partes sunt intrinsece im-
penetrabiles, ac proinde incapaces coendi in eadem sibi parte; quae autem huiusmodi
sunt intendi nequeunt. Uterius, relatio eo solum intendi potest (sicut ubi de relatione
dicebamus) scilicet ea quae in qualitate fundatur, quae sola id habet, in maiori qualitate fun-
dari potest fundari. Ad haec actio et passio, ubicatio et duratio contra communem Philo-
sophorum sensum contra quem in re presenti adire non licet, intendi nequeunt. Demum
solum ille habitus intendi potest, qui qualitatis conceptum participat, quod sola qualitates
intendi valet, atque adeo posse intendi est proprietas qualitatum.

Quoniam hanc proprie-
tatem non competere omnibus qualitatum, ut aiebat secunda pars, inde constat,
quod post animam si ab ista distinguantur rationem qualitatis habent; et tamen inten-
di nequeunt. Defecto licet post vitam modo acutior, modo selectior sit, diversitas ista
non proremit a post vitali, sed a diversitate temperamentum, quod, cum ex qualitatum
quae primae vocantur, coalescat, modo perfectius, modo imperfectius esse potest, prout vide-
licet qualitates ille modo sic, modo aliter habent.

Dubitatur 3^o quoniam sit causa
illius intensionis, quae per reflexionem efficitur? Propositum dubium clarius deci-
detur, si commune illud Philosophorum dictum de quo paulo ante mentionem feci-
mus, et de quo Ex. D. ait disp. 18. sec. 1. esse quod primum in Philosophia princi-
pium, nempe simile non intendit sibi simile, aut simile non agit in simile
si hoc inquam, proloquium uberius quam supra statuatur. Et certe tale principium,
aut dictum formativum, quoniam teste Aristotele in libro de motu animae omnis actio phy-
sica unus in alterum, fundatur in victoria et excessu agentis; ea autem de quibus est
sermo non se vincunt, aut excedunt. Formatur 2^o quoniam id quod agit, in illis as-
simulare sibi passum ut idem Philosophus cap. 2. huius libri textu 51. expresse docet.
quod ubi perfecta similitudo existit et in re proposita contingit, actio locum non tenet.
Ad haec post activa est principium transmutandi aliud, quatenus aliud est. Ita ab
eodem Philosopho lib. 5. methaph. cap. 12. textu 12. diversis verbis exprimitur. Hinc
autem aperte inferitur, passum debere esse agenti dissimile, et contrarium: quod pas-
sum ab eo quod sibi omnino simile est, pati non valet, ac proinde simile in sibi
simile agere non potest.

Quoniam qui oppositum tuentur (sunt vero perpauci. Quia cum
L. Figuierdo tom. 1 in 1^aam partem chap. 5. n. 311.) obiciunt 1^o duo candles igne

Lucida, si v^a se ponantur, magis clarescunt: q^o ma^o alterius lucem intendit, ac pro
inde simile in sibi simile operatur. Constat in proposito euentu altera candela
per flammam alterius conspicitur: q^o per flammam illam lumen traicit, atque adeo
mutua luminis intentio in utraque datur. Sed utrumque vicia responsione dilui
tur. Sic q^o neutram ex illis candles in aliam ageat, sed utramque iunctis viribus
vnum agens totale constituere, quod maiorem in aere propinquum lucem diffun
dat; ea tamen lucis nunquam tanta est quanta in qualibet lucerna reperitur. Quod
vero altera lucerna per alterius lumen conspicitur dumtaxat probat utramque es
se transparentem; quod satis est, ut neutrius interpositio alterius visionem impedi
at

Obiiciunt 2^o: aer tempore hyberno aquam congelat, cum tamen ipse minus fri
gidus sit quam aqua: q^o aliquid minus frigidum aliud magis frigidum intendit.
Quid q^o in et simile sibi simile intendere valeat? R. aquam tempore hyber
no in gelu concreescere non quia aer (qui tunc temporis valde frigidus esse solet)
circumfunditur, sed partim influxu coelestium corporum, qui in aqua vt in nati
uo subito potius quam alibi frigiditatem imprimunt, partim, quod aqua ipsa
remotis per hyemem impedimentis vbi se in suum frigus vendicat. Quia aquae
congelatio ab illius nativo frigore proremit; non quidem ab eo solo, Calias aqua
in suo naturali statu congelata esse deberet, quod nequaquam verisimile apparet
sed ab eo et aquae densitate, et exhalationibus terreis, quibus illa coelestium corporum
influxu permiscetur, et quae ad congelationis effectum maxime conducunt. Vnde ob
iter nota, ideo aquam praecalefactam citius, quam frigidam in gelu contrahi, q^o plures
habet exhalationes terreas, quas in ea calor exiit.

Obiiciunt 3^o: lucis agit in se
ipsam, per actionem reflexam lumen sibi intendendo: dum enim sol in opa
cum incurrit lucis ab ipso in tali corpore producta, quasi retrocedens in se redit, se
que in proximo aere intendit. Profecto quod sub occasum solis medius legitur e
putola v^a parietem, in quem lumen a sole productum incurrit, quam in aere
intermedio inde tantum fore iure potest, quod lucis in pariete producta se ipsam in
proximo sibi aere intendat. Item aqua dum a calore obsidetur, quasi reflexa
in se se ipsam corroborat, intendit que. Nunc oritur vt aestiuo tempore calore su
periora omnia possidente aqua fontana et putealis frigidior reddatur. q^o idem inten
dere potest se ipsum, et in se ipsum agere: q^o et in simile operari poterit. Exigit hoc

argumentum 2^o 3^{um} dubium tam propositum decidatur. Pro quo enuclea
tius prestando.

Advertendum est, actionum naturalium, et alterantium duo esse gene
ra. Alij enim sunt directe, alij reflexe. Actio directa est, qua in aliud recta tenditur,
ut cum ignis aquam calefacit. Actio reflexa est, quae non ita habet, sed propter occursum
alterius recta tendere impeditur et regredi cogitur. Id autem bisaniam contingit. 1^o q^o
qualitas ne ulterius pergat, impeditur a corpore obiecto, quod suapte natura penetrare
non valet, ut cum radii solis in opacum incidunt: tunc enim q^o illud corpus offendunt,
in quod esse insinuare non possunt, statim resiliunt et regrediuntur. Et huiusmodi
actiones, quibus propter obstaculum agentia retro comeant reflexe absolute appellantur

2^o con
tingit regressio, dum qualitas propter vicinum contrarium corroboratur, ut in exemplo ap
posito aquae putealis evenit; et in calore nativo animalis apparet: nam ille tempore hy
emali ob circumfusi aeris frigiditatem sibi contrariam se ipsum intendere videtur
cum facilius ciborum coctioni deserviat. Huiusmodi actiones, quoniam eo obversione
et compressione contrarii oram habent, vocantur actiones per antiperistasis, eo quod
antiperistasis proprie latine circumobversentia vertitur.

Verum enim verum licet propositis
experientij dari intensiorem per reflexionem, et antiperistasis probent, quid quid
nonnulli in oppositum reclamant, haudquaquam tamen hinc probatur, idem in se ip
sum atque proinde simile in sibi simile agere. Sic q^o ad 1^{um} exemplum suum scilicet
cet, lucem se ipsam non intendere, sed illius intensiorem a sole provenire: sol enim
quia propter occurrentem parietem impeditur, quominus ulterius agat, cum aliunde
unita nāq^o propensione sese communicare, et diffundere nitatur, eam quasi instituti
sui iacturam resaruit, maiorem lucem in obsistente pariete producendo, quam pro
duceret, si per ipsum ab extensione non impediretur.

Per id non negandum, lucem
directe productam a sole parvialiter cum ipso ad lucis intensiorem concurrere: nam
ut dicebamus in physica tractatu 2. disp. 2. sect. 4. dum agens naturale operatur incho
tans a qualitatibus per medium diffusis iubatur. Nec hinc deducas, simile in sibi si
milit, aut remissius in se intensius agere q^o dum lux producta in pariete retrogre
ditur ad agendum in lucem sibi propinquam, non agit se sola, sed simul cum causa
directa, sole scilicet, cum quo integrat unum agens valde dissimile passo, atque adeo

Capax ut in illud influat.

Illud tamen notandum est, non a quolibet obstaculo reflexione, exoriri posse: quoniam lux ex corpore nigro non regreditur, licet ex speculo, et corpore albo regrediatur. q^a ad reflexionem quaedam dispositiones requiruntur, quae pro diversis reflexi-
onibus diversae etiam sunt; proinde quae unica generali ratione comprehendere nequeunt. duo vero explorata sunt. 1^{um} ad reflexionem lucis de qua sermonem habuimus, corporis ob-
sistentis diaphanitatem, tersitatem, et albedinem requisitas esse. Alterum est, quo ob-
taculum fuerit capaxius qualitatis per actionem directam producti, eo ad reflexionem
paratius esse. Unde aer, si omnino purus sit, nihil luminis reberberat; Nitrum non ni-
hil; chrysalus et alii quidam lapides aliquanto plus, et omnium maxime metalla
exposita.

Iam pro solutione secundi duo principia supponenda sunt. 1^{um} est, corpo-
ribus sublunaribus, ut plurimum intermisceri aliqua corpuscula extranea, et qua-
litates peregrinas ut cinere et in aqua, aere ligno et similibus, in quibus occludi va-
pores quosdam diviniiles et extraneos, oculis experientia testatur. Alterum princi-
pium est, similia cum similibus nacta opportunitate sua sponte coniungi, ut me-
lius conserventur; et contra dissimilia a dissimilibus ob eundem finem seungi. Vbi
seruet ad illorum complexum, et utrorum fixam impedimentum non adsit. Huius
etiam principii veritas multiplici experimento convincitur: nam 1^o habitus animalis
calidus, cum excipitur aere calido, diffunditur, ut se cum illo coniungat, cum exci-
pitur aere frigido, in se met colligitur, ut ab illo seungatur. 2^o humor ligni exha-
pante combusti ad alteram humidam fugit. 3^o si pannus liquore frigido madefac-
tus apponatur ad ignem, liquor frigidus aufugit ad panni tergum, ut ab igne separe-
tur.

His positis 1^o cum Eo. D. atque communi sensu, aquam putealem frigidiorē qui-
dem esse tempore aestivo, quam brumali; q^a exhalationes calidae, quae in aqua reperiuntur,
adveniente aestivo calore quo exterior pars temp incalescit, et illius pori aperiuntur,
paulatim exeunt, ut se cum calore exteriori coniungant. Postea aqua eis exha-
lationibus orbata se in nativam frigiditatem vindicat; ceterum se ipsam non in-
tendit. At vero tempore hyemali exhalationes illae calidae impeditae ab hyemis fri-
giditate extra terram exire, q^a pori temp per brumam clauduntur, magis intra
terram recedunt, et in aquam introductae, eam aliquatenus tepefaciunt, seu a
productione propriae frigiditatis impediunt. Eadem doctrina alteri experientiae appli-

canda est.

18

Profecto tempore hyemali Stomachus incalescit non q^d calor natus se ipsum intendat; sed q^d a frigore exteriori circumstanti constringuntur pori qui p^{er} hunc calorem dilatantur. Quo fit ut in hyeme precludatur egressus spiritibus vitalibus ad se cum solis calore coniungendos. Unde calorem nativum ferunt, sic que ite facilius ciborum decoctioni deservire valet. Contra inestate pro laccatione pororum, spiritibus vitalibus aditus patet, atque adeo minor illorum copia in stomacho aservatur; ad ipsorum autem defectum non adeo faciliter cibi a calore decoquantur. Quo circumnumquam vergetur, agens se ipsum intendere aut simile in sibi simile agere.

Mauente tamen locutus non fuisse de agente univoco, sed de calido respectu calidi, et lucido respectu lucidi. Si enim de agente equivoco sermo esset, dicendum foret simile in parum simile agere posse. Etenim lucidum ut duo, quoniam tota caloris species in luce ut in causa equivoca continetur, intendere potest calidum ut duo imo et calidum ut quatuor, producendo in eo quintum caloris gradum. Unde agens equivocum vel in parum se intensius agere valet. Hinc q^d sermo de agente univoco penes omnia simile passio, penes qualitatem scilicet efficacitatem agendi, atque gradum. Sectio 2^a de qualitatum propagatione Contrarietate Resistentia actione et reactione.

SECTIO VII^a

De qualitatum propagatione, Contrarietate Resistentia, actione, et reactione

Certum est 1^o omnium consonum, inter qualitates, alias esse que contrario carent et alias que contrarium obtinent. Inter eas que contrario carent numerari solent lues, sonus et species. Inter contrarium habentes numerantur non solum illae que p^{ri}m^o dicuntur, quales sunt calor, frigus, humiditas et siccitas, sed etiam fere omnes secundae, nam etiam inter colores, saporis et habitus contrarietas exercetur: etenim albo nigrum opponitur, amaro contrariatur dulce, et habitus temperantis q^d habitus intemperantis advesatur.

Circa propagationem qualitatum certum est 2^o eam sphericè fieri, ita scilicet

ut qualitas sese quoque versus diffundat, et omne latus versus producat, ut vide-
re est in luce in medio cubiculi a lucerna producta: illa enim versus omne cubiculi
latus producat, emittensque in primum radius quamdam veluti spheram efformant,
cuius ipsa centrum est, atque hac de causa agentia dicuntur spheram activitatis
habere. Tertium est 3. dictam propagationem fieri uniformiter difformiter. Efficitur dif-
formiter quia in proximiori parte passi qualitas intensior est, et in remotiori (nisi
in hac melior dispositio inveniat) qualitas remissior producat. Efficitur Uni-
formiter, quia in ipsa difformitate qualitas quaedam et proportio reperitur. Si enim
in proximiori parte passi, lux aut calor cum septem gradibus producat in parte
illi immediata lux aut calor cum sex gradibus efficitur et simili proportione, ita
ut lux producta proportionaliter decrescat.

Dubitatur tamen an qualitates succes-
sive an vero instantanee propagentur. De propagatione extensiva idem dicendum
quod de augmentativa suo loco dicitur. De intensiva autem censeo, in qualitatibus
que contrarium habent, plerumque fieri successive ratio est, quia agens productionem ha-
num qualitatum aut ob passi indispositionem, aut ob contrarii resistentiam, a produc-
tione retardatur. In qualitatibus autem pure perfectivis, quae in ipsis non militat propo-
ta ratio propagatio momento peragi potest, ut claret in luminoso quod in momento lu-
cem porrigit, et etiam in speciebus vitalibus que in instanti a proprio obiecto emittun-
tur. Dicitur productionem illarum qualitatum que contrarium habent plerumque fie-
ri successive. nam et illarum productio adhuc in summa intensione potest fieri ins-
tantanee: si enim nullum contrarium adsit, aut illud sit valde debile, nihil est, cur
a proprio agente, quod est causa necessaria et omnibus prerequisite ad operandum in
1. instanti instructum supponitur, unico instanti non efficiantur.

Jam vero contrarietas
seu oppositio qualitatum duplex est; alia in genere causae formalis; que incompatibilitas
dicitur: alia in genere causae efficientis; que resistentia appellatur. De hac postmodum
agemus. Circa hanc secte precedenti dicebamus, qualitates 1. in gradibus remissis ei-
dem subito inherere posse; atque adeo ipsas non ita opponi, ut gradus unus cum alte-
rius gradu componi non valeat. Huic asserto suffragatur D. Aug. in lib. de nat. et gratia
dicens possunt contraria non adveniri invicem, sed eo alterutro temperari, et bonam
valetudinem reddere; sicut in corpore. siccitas et humiditas frigus et calor, quorum om-
nium temperatione bona valetudo consistit. Suffragatur etiam quotidiana experien-
tia, qua sentimus in aqua tepida aliquid frigoris, et aliquid caloris inesse. Si quidem

ei inest tepor qui nihil aliud est quam frigoris et caloris permixtio. Igitur calor et frigus non ita opponuntur, quin in gradibus remissis eidem rei inesse valeant. 19

contrariorum qualitatum in genere causae formatae oppositio ea est ratione cuius in gradibus intensis eidem rei simul inesse nequeunt. Unde 1^o contrariorum notio, qua talia dicuntur, quae sub eodem genere maxime distant, seque mutuo pellunt. de solis qualitibus in gradibus intensis verificatur. Unde 2^o quoties duas qualitates contrarias eidem subto insunt ambobus summam vixus latitudinem gradualem non exuperant, quin potius eam complent, sic quae dum per actionem calidi tres gradus caloris 2^o transfunduntur in aquam totidem frigoris ab ea detrahuntur ut eorum gradibus et frigiditatis summa latitudo quam intensio attingit perficiatur.

Locuti sumus, et videtis de qualitibus 1^{is} quoniam ex aliis contrariis non semper necesse est totam latitudinem in subto integrari et absolvi, ut in vicio, atque virtute patet. nec enim opus est, ut quantum 2^o ad summam temperantiae, absolutionem desit, tantumdem ex de contrario vitio suppeditatur, idem quae in aliis qualitibus, quae a primis ortum habent, videre licet, in odoribus nempe atque saporibus, etenim, cum odor, sapor ve in subto remittitur, non illico eorum opposita succedunt. Cuius rei discrimen esse potest: 1^a cum qualitates 1^{ae} sint 1^{ae} naturalium rerum administris, et alterationis atque generationis officines debet perpetua namque lege summa latitudo ex illis expleri. At vero 2^a qualitates 2^{ae} ex primarum temperie, et certa quadam proportionem resultant potent, hac dissoluta ita remitti, et evanescere ut in subto contraria qualitas non insit, si vide licet non existat in eo proportio, quae ad illius qualitatis ortum necessaria est.

Ad hoc aver tum nostrum de omnibus in universum qualitibus contrariis intelligendum non est. Sunt enim quidam habitus contrarii, qui nec in gradibus remissis eidem rei simul inesse possunt. Ita de habitibus scientiae et erroris. Aliter docent. Aliius autem communis sensus ea est ratio quae quilibet actus erroris quantumlibet remissus sit, habitui scientiae perfecte adversatur, similiter quae quilibet actus scientiae habitum erroris perfecte excludit. Etenim contrarietas in hisce actibus et habitibus ex graduati intensione eorum non dependet, sed ex natura et vi affirmationis aut negationis qua affirmatus convenire rei, id ad quod negandum habitus inclinatur, aut negativus competere rei id ad quod affirmandum habitus inclinatur. Nunc sic

20
Vocatur, est qua subitum licet aptum ad recipiendam formam ab agente; ei tamen
aut ipse cedit aut eius actionem remoratur quin aliquid in ipsum agat, ut aut
ingens saxorum frangere nitenti obstitit. Denique Resistencia Contraria est illa qua
quidpiam cum adversario. Congreditur, eiusque vim contrapugnando, quoad po-
terit debilitat, atque frangit, ut cum frigidum calidi virtutem productivam recar-
dat, aliquid frigiditatis in ipso producendo.

Hæc ultima Resistencia de qua præcipue
nunc est sermo alia est activa, formalis alia. Activa sita est in Virtute, qua pas-
sum in agente contrario qualitatem ei oppositam producere valet; et hæc Vocatur Re-
sistentia activa in actu 1^o, ad distinctionem alterius, que in actione productiva
conversat; que enim vero Resistencia in actu 2^o nuncupatur formalis est Conatus et
exigentia, qua qualitas ut informans subitum intendit Converteri et sibi oppon-
tam non produci. Hac ratione calor informans subitum frigiditati resistit, cui
git enim, in eo Converteri, et frigus non produci. Hæc etiam Resistencia, est talis in
actu 2^o et efficax si quod exigit obtineat, et contra oppositam exigentiam prevaleat,
exit autem in actu 1^o et inefficax si non obtineat quod exigit, sed a Contraria exi-
gentia Superetur.

Notant hic coiter M. M. namquamque qualitatem eo ere mi-
nus Resistivam formaliter, quo magis Activa est, ac propterea calorem, qui summe
activus est (congruentum est enim) ignem vi propria conjuncta cum Virtute Caloris
celerius ac promptius suum effectum producere quam quod vis aliud clementem su-
um effectum vi sua et vi qualitatis propriæ producat. In gradu minimo ere Resistivus
formaliter in vero modo quoad resistenciam philosophantur: siccitas enim dicitur,
que quoad activitatem potestimum locum vendicat, quoad resistenciam solum obtinet
si quidem illa omnium acerrime repugnat; quoad in causa est, et morbi, qui in sic-
citate labuntur, difficilius Curentur.

Ceterum hæc doctrina solum est Vera si
de subis quibus qualitates insunt intelligatur, id quod et non aliud exempla
apposita persuadent. At si doctrina hæc de ipsis qualitatibus in se Converterentibus
accipiat, falsa est absque dubio: si calorem ere in minimo formidat et a nihilo, et
illum ad contrariam presentiam citissime ferre; calorem autem sic posse quæ sit suum
contrarium, frigus scilicet citissime agere: si calor nequit ere in minimo gradu formidat
resistivus quin frigus citissime agat, ac proinde quin maxime activum sit. Eadem

efficacia formativa quodlibet modo converso: nam calorem esse maxime actuum est ipsum
maxima cum velocitate operari; calorem autem hac velocitate operari, est frigus
locissime gerere. Unde istud non erit magis resistivum formaliter, quam sit calor.

¶ Dico
dum est, resistivum formalem eo ordine convenire qualitatibus quo eius activitas com-
petit. Unde quoad activitatem atque resistivum calor 1^o locum vendicat; frigiditas
obtinet 2^o; humiditas 3^o et siccitas 4^o ultimam. Unde q^o provenit interrogabis si mor-
bi qui ex siccitate originem trahunt, difficilius curentur, quam illi qui ex calore vici-
dunt? R. inde provenire, q^a siccitas potius quam calor, expellit a viventi aliquas par-
tes humidi radicalis, cuius iacturam a medicina difficillime resarcitur. Rationem
huius dicti alibi fortasse trademus.

Rogabis itenim, si calor, non solum in activitate, sed
etiam in resistivum, excedit frigus, quo pacto calidum a frigido aliquando pati potest. Vt re-
vera pati, docet communissima sententia desumpta ex Aristotele aere cap. 2. lib. 1. tex. 50.
agens et patiens eo se aptitudinem habet, ut alterum alterius impressionem recipiat. Si
autem agens et patiens talem aptitudinem habent, cur reciproca actio et passio inter v-
trumque non dabitur?

Antequam interroganti respondeam noto V. inter Philosophos ab inie-
ram in proloquium, agens in agendo repati a suo contrario et passum patiendo reage-
re in agens, quod sua actione oppugnat. Igitur, quando duo agentia inter se opposita
conprehenduntur, fortius agens dicitur repatiur relate ad actionem, qua eius vires a
contrario minuuntur, et aliquid huius accipit, et agens debilius dicitur passum re-
late ad actionem, qua patitur a contrario; et reagens relate ad actionem, qua in agens
se fortius operatur. Dari hanc reciprocam agentis et patientis actionem, atque adeo et
passionem suadet Philosophi et omnium fere cum ipso auctoritas experientia confirmata.
Si enim aliquis aquae frigidae calidam permisceat, utraque ita attemperatur ut ex utra-
que resultet aqua tepida, quod sane aliunde provenire nequit nisi quia aqua cali-
da in frigidam agit, et aqua frigida in calidam vicivim operatur.

¶ Nota praeterea, pro
dictum proloquium non debere ita invicem intelligi, ut nullum agens operari
possit quatenus in se sit. si quidem Deus, sol, et astra se vera agunt quin repatiantur. Ad
haec omnia pariter sublimaria species impressas sui (et communis sententia fere) po-
ducunt absque ulla repatione. Denique calidum ut octo applicatum frigido ut unum
in ista agit, a quo non repatiatur: nam cum in V. Congressu gradum illum frigi-

frigiditatis a frigido expellat, frigidum non remanebit, ac proinde reagere non pote-
rit. Utitur illud prologium de illis tantummodo agentibus intelligi debet, quæ et con-
trarium habent et qualitatem alteri contrariam produciunt. Qualis non est species inten-
tionalis et aliunde gradus sufficientes habent ut per alios agent in aliis patiuntur.

Noto tan-
dem, ut quædam obiectio contra Superius Philosophicum prologium adduci solita
preoccupetur, in contrariorum conflictu semper præcendi præ signa priori ab eis gradibus
qui in eo instanti vi reparationis deserviendi sunt. Vg. calidum ut octo in 1^o instanti
applicationis sui ad frigidum ut octo non includit positivè octavum gradum quem
in pugna deperdit sed solum reliquos septem, penes quos agit, similiter que frigidum
ut octo præcendit a 2^o et 8. gradu frigoris pro posteriori expellendo. Sciam que recipit
penes sex superstites. Unde quando dicitur calidum ut octo agere in frigidum ut octo
et ab isto repati, sensus est, agens, quod in instanti anti erat calidum ut octo agit in
passum, quod etiam erat, ut octo, et a tali passu impressionem recipit. Sic dici solet
ignem applicatum ligna istud comburere, licet in instanti, in quo lignum comburitur
non coirrat.

Sam interrogationi v. calidum repati a frigido licet virtus et activitatem
et consistentiam superet, q. frigidum non operatur in calidum actione consumpente ignis,
sed solum actione, que calidi vires aliquantulum imminuat, sed non ita quin post ali-
quorum instantium congressum calidum non debellet frigidum, seu frigiditatem omnino
expellat. Licet autem agens debilius in robustius operari non possit, actione totaliter vin-
cente et consumpente nihil prohibet, quo minus in ignem operari valeat actione, que
illius vires aliquantulum ledat et diminuat. Sectio 8. nonnulla de elementis, et
eorum qualitatibus breviter percuruntur. Sectio 8.

Nonnulla de elementis, et eorum qualitatibus breviter percuruntur.

Siquidem qualitates 1^{as} sæpe memoravimus, de ipsis, et de elementis, quibus illæ
inveniunt, aliquid dicere opus est. Omnium autem variis elem-
to- rum notio- nibus
de elementis ~~impres-
sentiarum~~ agemus secundum illam notio- nem, de qua-
dam quam
illa esse quatuor ignem scilicet aerem, aquam, terram, communiter ~~Elem-
to- rum~~
dicitur. In hac acceptione definit Aristoteles elementum per hæc verba, Elementum

est id in quod cetera corpora dividuntur, in quibus inest pota, aut actus; ipsum autem
est indivisibile in diversa secundum speciem. Quoniam convenientius, agerius que
ita cum Philosopho elementum definire potes, elementum est corpus simplex in quod
alia corpora resolvuntur.

Dicitur corpus simplex non quidem simplicitate excludente
compositionem ex materia et forma; sed excludente mixturem quatuor primarum qualita-
tum: nam licet omnes istae aliquatenus temperate vnicuique mixto conveniant, nulli tamen
elemento conveniunt omnes, sed duae, tres propterea statim dicitur. Particulae illae in quod
alia corpora resolvuntur, indicant mixta omnia in elementa, seu qualitates, quae ele-
mentis respondent dissolvi et refuere; id quod venum esse in animalis obitu vide-
re licet: cum enim animal interit, in pulverem abit in humorem vaporem, ac spiritum
seu partes igneas; quae omnia temper, aquae, aeri, atque igni respondent.

Unde iam vides
quatuor elementis totidem qualitates assignari, nimirum calorem, frigus, humiditatem,
et siccitatem. Vocantur vero quatuor qualitates, quae tenet communis Philosophorum consensus,
nec ex aliis, nec ex se mutuo fiunt, sed ex ipsis quae oriuntur, non sunt ex aliis qualita-
tibus, quae nulli sunt assignabiles, ex quibus fiunt. Non fiunt ex se mutuo, tamquam ex causa
aut intrinseca, aut extrinseca. Non modo, ut ex se clarum est. Nec item quoniam
calor non ex frigore, siccitate, vel humiditate non efficitur, sed vel a calore, vel a propria
substantiali. Ita ignea scilicet causatur, id quod proportione serrata, de aliis numeratis
qualitatibus verum tenet.

Si dixeris calida accedente siccitate, acivus vult, et calor
dum in humidum radicale gravatur, arefacit membra; sed hoc aliunde provenire neque-
rit, quam ab eo quod siccitas aliquod incrementum calori afferat, et calor siccitatem
efficiat: si iam aliquae qualitates vel ex aliis fiunt. Si inquam, hoc dixeris, discurus
allati minorum negabo: nec enim ideo calor in re sicca acivus vult, quod siccitas calo-
rem efficiat aut intendat; sed quod illum acivus et ad expediendam eius actionem,
habiliorem reddat. Calor autem non efficit directe siccitatem; sed solum partes humi-
di dirigit et dissolvit, humido autem absumpto, siccitas consequitur. Pari fere modo,
vel frigus ipsum siccitatem affert: scilicet enim calorem, et tenet, ac strigat corpora quae
supra in humiditate aqua, et ita siccitati viam parant.

Demum aliae qualitates, ut
ariditas, color, sapor, odor, et aliae ex varia qualitatuum contrariarum mixture
in nigritatem trahunt, quae propterea dicitur. Insuper etiam experimentum, ex qualitatuum

22

primarum variatione corpora laxa stringi, rarefcere, dura, mollia aspera, et lenia fieri; et ex experientia etiam conperitur, ad eandem qualitatum variationem sapor, odores, et colores mutari. Unde ex primis qualitibus cetera proveniunt; quatenus inquam, quae ex commixtione resultant. Sunt enim aliquae, ut lux, sonus et impulsus quae quoniam ex commixtione non oriuntur, ex primis qualitibus ortum non habere censentur; propterea quae medijs munitantur, quoniam nec sunt 1^a quia ex ipsis aliis non fiunt; nec sunt 2^a quae ex aliis non resultant.

Quatuor 1^{ae} qualitates ex Arisle lib. 2. de gen. cap. 2^o in hunc modum definiuntur. Calor est, qui congregat homogenea, et disgregat Etherogenea. Frigus est, quod homogenea et ptherogenea congregat. Humiditas est, quae proprio termino non terminatur facile cum facile possit alieno terminari. Siccitas denique est, quae proprio termino facile terminatur, cum alieno difficile terminetur. Hae definitiones exemplis illustrantur. Dum aurum purgatur in fornace partes illius congregantur in unum, et ab alienis metalli partibus segregantur. En ubi calor congregat homogenea (scilicet auri partes) et ptherogenea disgregat, quae auri particulas ab alienis metalli partibus secermit.

Item quod frigus omnia promiscue congregat, perpicuum est in cera glacie et aliis: in his enim plerumque alieni generis frequenter insunt, lapillis scilicet ligna, et palles. Virtus, quod humiditas facile alienis, difficile autem propriis terminis cohibeatur, apparet in aqua et his, quae aquea sunt, si quidem ea perpetuo diffluunt, cum tamen alieno termino, facile contineantur ut in ipsa aqua in vase conclusa videre licet. Tandem quod siccitas facile propriis, difficile vero alienis terminis concludatur, videre est in terra saxo, lapidibus, et aliis, quae enim ven in propriis terminis firmissime consistunt, nec facile extraneo corpori configurantur; sed propriam figuram fere semper retinent.

Predictae qualitates 1^{ae} ita per elementa ex Arisle distribui solent, ut unicuique elemento sua qualitas in summo gradu conveniat; ignis scilicet summus calor; summa siccitas aquae; humiditas summa aeri; et tunc siccitas summa terra. Hae doctrinae optime stabilita inveniuntur apud PP. Cornubric. lib. 2. de g. suo 2^o 3^o 9^o 1^a art. et 2^o apud quos etiam illustratum videre licet g. 5^a cuilibet ex de quibus. Nam et assignatam qualitatem in summo competere, et etiam alia sed in summo non conveniat. Probant itaque ex concordia discordia et divergenti amicitia, quae La

elementaris mundi conservatio et pulchritudo continetur igni calorem in summo
et siccitatem infra summum competere; aeri humiditatem in summo, et prope sum-
mum calorem obvenire; aquae frigiditatem summam et humiditatem prope summam
debent; et terrae denique siccitatem summam et frigiditatem in gradu prope summo ad-
aptam. Videantur ipsi; quoniam nobis in his immorari non licet.

Ad huc, eo qualitate
libus. V. alii dicuntur inter se symbolice, nempe quae sunt consimiles, et eandem
appellationem sortiantur, ut calor, ignis, et aëris. Frigus aquae et terrae: calorem enim
ignis et aëris hoc nomine calor indiscriminatim comprehendimus; et frigus aquae et
terrae hoc nomine frigus indifferenter appellamus. Alii asymbolice dicuntur, nem-
pe quae sunt contrariae. Et calor et frigus; humiditas et siccitas. hinc provenit, ut ele-
menta alia dicantur inter se symbolica, nempe, quae in una saltem qualitate con-
veniunt; alia asymbolica, ea scilicet, quae in utraque dividunt. Unde ignis est ele-
mentum tum aëri, tum terrae symbolicum; aquae vero asymbolicum; aëris elemen-
tum symbolicum est respectu ignis, et aquae; asymbolicum autem respectu terrae.

Qualitates oppositas, habent elementa alias. E. as quas intererminent gravitas, et
levitas. Gravitas est principium intrinsecum motus deorsum; levitas est princi-
pium intrinsecum motus sursum. Dico, principium intrinsecum quoniam, non
approbo sententiam eorum qui existimant motus gravium et levium fieri ab extrin-
seco, nempe a virtute magnetica centri, & loci naturalis eorum corporum: si enim
ab hac virtute motus deorsum, et sursum provenirent, facilius a vi magnetica
terrae traheretur modicus pulvis, quam ingens terrae massa; facilius item a vi
magnetica ignis sursum raperetur modica quam ingens flamma; horum vbi-
que falsum est. Nec item approbo sententiam Thomistarum, qui eos motus a ge-
nerante effici docent: quoniam illud saepe non existit, dum gravia et levia
in centrum moventur.

Moventur & localiter et in centrum elementa, et corpora
mixta etiam re. vivencia, per virtutem sibi intrinsecam: cum enim move-
antur ad aliquid sibi bonum, et ad quod a motis impeditis, redeunt, eorum
motus spontanea o intrinseco. Oriri debet: quemadmodum aqua per principium
sibi intrinsecum frigiditatem producit, & ista sibi bona est et naturaliter debita,
motum impeditis a motis, sibi reaverat. Nec ideo elementa, et mixta

Et mixta non vrentia cum vrentibus confunduntur: etenim vrentia ab in- 23
trinseco moventur etiam dum statum conualem possident; Grauia tamen et le-
uia solum se ab intrinseco movent, quando extra locum natalem existunt; quo ob-
tento conquiescunt.

Gravitatem, et leuitatem esse quida substantia corporum
grarium et leuium distinctum, inde constat q^a in Eucharistia, vbi substantia
panis non remanet, grauitas perseuerat; et dum, eo aqua calefacta vapores as-
cendunt, leues fiunt, cum tamen aqua substantiam retineant. Nec pro sol-
uendo i^o quidquam valet, quod Philozaga; nempe in venerabili Eucharistia,
Sacramento grauitationem a Deo produci, vt miraculorum maximum, quod
ibi reuelat, occultetur; alioqui eodem modo dicere quis posset, ibi non rema-
nere Colorem, sed Deum ad occultandum miraculum, coloris speciem immittere.
Ipterea nulla est assignabilis substantia cui ratio grauitatis conueniat talis
enim non est ma^a; alias omnia Corpora, cum omnia materia content, grauia
essent. Nec item est fra: nam quo pacto anima rationalis, que spiritus est homi-
nis grauitas erit? Profecto, si talis esset, adhuc extra Corpus grauitaret; quod
falsum esse extra dubium videtur.

Ultra hos motus naturales (vt hoc leuiter at-
tingam) a grauitate et leuitate causatos sunt alii violenti, qui a qualitate
quadam, que impulsus dicitur, originem trahunt. Nuius qualitatis necessita-
tem ratio manifesta persuadet: nam dum Corpora, Grauia sursum moventur,
vel leuia deorsum, motus illi nec a propria substantia (que certe illis persis-
tit) nec a qualitate illis debita oriuntur; cum ista oppositum modum producat:
nec item a proiciente causantur; nam hoc etiam extincto motus illi ferre-
rant. Causantur igitur ab impulsu, qui vtiq^{ue} dum agens, qui eum producit,
producit totaliter hunc effectum, eundem produceret partialiter; imo non nisi partialiter
illum producere potest in circumstantia sibi extrinseca, concurrus scilicet alterius cau-
sę totalis.

Ad 2^o argumentum positivum, concessio anti, est clara disparitas: siquidem re-
bus oibus caducis imperita est corruptibilitas; eaque propter, ubi semel extiterint, et de-
non esse ad esse transierint, ad ad non esse naturaliter redire valent; eo vel maxime q^a vel ex
maā contrariorum susceptrice, saltem diuine componuntur, vel extra illam coherere ne-
queunt; cum aliunde maā sit cōe subitum, pro quo possidendo agentia naturalia inter-
se decertant. At vero nullum est agens naturale, quod effectum destructum reparari cogit,
cum nullum ad individuum determinare queat. Ad contraonem est etiam cla-
ra disparitas: nam domon amissum n̄ euamuit; quare nihil mirum, si ad eundem
Domini potestatem redeat. Nos vero de his tantum, que proprie intereunt, locuti sumus

vt rei sectionis titulus patefacit. Ad testimonia Aris iam diximus, quo pacto ea
exponi valeant. Sectio 2^a de augmentatione substantiali.

Sectio 3^a De augmentatione substantiali.

Augmentatio in coi definitur motus a minori ad maius; e converso diminutio: mo-
tus a maiori ad minus. Unde augmentatio substantialis est motus a minori ad maiorem
substantiam; accidentalis vero, est motus a minori ad maius accidens, quod dum istud est
qualitas, et motus in eadem substantia parte efficitur, appellatur intensio; dum vero est quan-
titas, accretio dicitur. Augmentatio substantialis alia est in viventium; in viventium alia.
1^a contingit vel 2^{do} nova pars substantiae eiusdem speciei cum existenti producitur, atque
ipsi unitur, ut cum ignis per stupam serpit; et haec dicitur augmentatio simplex; vel 3^{do}
absque productione novae partis substantiae altera pars alteri iungitur, ut dum aqua raris
per unionem ad aliam aquam antecedenter productam augetur, et haec dicitur aggre-
gatio.

Viventium augmentatio contingit, 1^o vivens attractum per poros et venas alimen-
tum in propriam substantiam convertit, vel producendo in maiori alimenti partem, si
ista divisibilis sit, vel producendo unionem sine praesistentis si ista sit indivisibilis. Haec
augmentatio dicitur nutritio, quae a generatione viventis essentialiter differt: quoniam
nutritio tendit immanenter; generatio vero transeuntiter; et quoniam nutritio supponit
vivens essentialiter constitutum, solumque tendit ad illius complementum, et debitam in-
tegritatem; vel, ut iacturam maiorem a calore causatam, quae ad partem resarcit. At vero ge-
neratio non supponit vivens, sed potius huius existentiam in rerum natura ultimo detrat.
Quo autem pacto prepararetur alimentum ut in aliam substantiam converteretur? cuius mo-
di alimentum esse oporteat? vitam vivens, quandiu vivit nutritur? et plura aliaque
nutritionem concernunt, experientia videri possunt apud PP. Connimb. lib. 1. de Gen. c. 5.
nec enim nobis ora persequi vacat, aut licet.

Aligua tamen, sed breviter expenden-
da sunt. Inquiritur 1^o, an corpora certos terminos magnitudinis, et parvitatatis habeant,
ultra quos augeri, aut decrescere nequeant? Dico 1^o cum communi sententia, corpora vi-
ventia certos terminos magnitudinis, et parvitatatis sibi praesepunt. Et quidem de hoc par-
vitatatis res indubia apparet. Etenim, vivencia ut conserventur, indigent pluribus et di-

veris organizationibus, quae in eadem mag. parte simul esse non possunt: 3. requirunt
 detratas partes, quae possint debite organizari. Habent 4. aliquam quantitatem aut mensu-
 ram, infra quam existere, aut conservari nequeunt. Et hae mensura appellatur minimum
 quod sic; mensura autem illa, quae precedenti minor est, sed ad eam proximè accedit, voca-
 tur maximum quod non; 5. est maxima inter illas, quae ad viventium conservacionem non
 sufficiunt.

Quoad trum magnitudinis eadem sententia suadetur 1. 6. numquam visus
 est homo aut equus, qui montis magnitudinem attingat. 2. 6. vivens non aliter crescere po-
 test, nisi quatenus per nutritionem vi caloris novas substantiae partes acquirit; atque nativus
 calor ab alimenti qualitatibus reparatur, atque in dies languescit, ut experientia cons-
 picuum facit: 3. vivens ad eum statum perveniet, in quo pauciores substantiae partes ac-
 quirat, quam per repassionem amittit: 4. vivens non valet quamcumque magnitudinem
 attingere atque adeo terminum magnitudinis virentia sibi praefigunt. Et quidem mag-
 nitude maxima, quam virentia habere possunt, et supra quam crescere non valent, ma-
 ximum quod sic ab A. N. dicitur, et ab eisdem minimum quod non appellari solet.
 magnitudo maior precedenti sed ei proxima, 6. est minima mensura, quam virentia
 attingere non valent. 3. eadem pars suadetur; 4. virentia exigunt esse tantae magnitudinis,
 ut commode nutiri, et eorum partes mutuo ferri valeant; quo autem pacto id accidere
 posset, si vis a stomacho centum leucas distaret? certe visus fame morerentur, quam
 cibis ad stomachum perveniret.

Dico 2. non virentia si a virentibus non dependeat, cum
 illis re aliqualem commacionem non habeant, nullum terminum vel parvitat, et
 magnitudinis sibi praefigunt. Apparet limitationem illam si a virentibus non dependeat
 &c. nam pra. cadaveris hominis, equi, et similiarum maiorem aut minorem quantitatem
 obtinere non possunt, quam pra. quibus succedunt. Jam vero assertio nostra quoad 1. partes
 inde suadetur, 6. corpora non virentia nullam organizationem exoptulant: 6. non est
 vis in minori, et minori quantitate conservari nequeant. Quoad 2. pra. inde, 6. ignis 2. 6.
 quantumcumque magnus si aliquod combustibile sibi apponatur, illud comburet, sibi que
 aggenerabit. Ad huc cum non virentia non exigunt esse tantae magnitudinis, ut novum augmen-
 tum commode acquirant, non est vis in maiori, et minori quantitate persistere non valeant.

Dico 3.

numquam visus est ignis, qui dimidiam mundi partem occupet, aut in micro indivi-
 sibili persistat; imo in hoc persistere non posse, eo probatur, 6. si in minutis scintillas divi-

dividatur, statim perit; et aliunde in unico indivisibili operari non potest. Quod etiam non in
rentia terminos magnitudinis et paritatis obtinent. Sed ratio ad id quod nunquam ta-
lis ignis visus fuerit, neutiquam probare illum eo se terminam magnitudinis habere;
sed ab extrinseco impeditum esse, ne tantam magnitudinem acquireret, quod videlicet vel
impeditus fuit a corporibus obstantibus vel a contrariis, vel eo magis defectu illius activi-
tas utitur se se non diffudit. Ad id dico, quod nunquam senserimus ignem in
indivisibili, inde provenire, quod indivisibilia separata ab aliis, respectu nostri sensibilia non sunt.
Quod vero in minutas scintillas divisus pereat, inde oritur, quod magis ambitur contrariis
quibus in tam parva quantitate virtute non valet, atque adeo illico cedit. Quod demum
se solo in indivisibili non operetur, nihil obest: nam, si completeretur, aut coniungeretur cum aliis,
operari posset.

Quæritur 2^o: an homo nutritionis beneficio perpetuo vivere possit? Philosophi, longi-
tenus, Quirios, et multi alii existimant, non repugnare aliquem cibum naturalem qui humidi
primigeni lacturam, ita componet, ut sepius vegetus, senectutem et eam mortem, quæ depe-
nerante humido senectute obvenit, arceat, talem que de facto fuisse fructus lignæ vitæ,
extra dubium est, cum aspunde certissimum sit, illius ligni virtutem naturalem fuisse. Sen-
tentia ista valde probabilis videtur. Quoniam artis beneficio fieri non posse ut homo perpetuo
duret, nec ut in multa spūla vitam protrahat (quantumlibet nonnulli artis Chymicæ
Professores reclamant) vel ex eo constat, quod alioqui nemo divites non ab eis vitæ diuturnita-
tem auro emeret. Nec obest, quod ad rem venena, ac lethales morbos multa remedia
adinventata sint: nam multo facilius est ad insentia mala removere, quam summi pri-
migenii dispendia resarcire.

Quæritur 3^o: an augmentatio sit motus successivus, an de-
ro instantaneus? Communis sententia tenet, eam fieri successivæ: quod ignis. Quod non subito et
instantaneæ, sed paulatim et successivæ augetur, ut experientia demonstrat. Deferrea, num-
quam visum est vivere, quod in instanti totam eam substantiam acquirat, quam in statu per-
fecto possidet. Unde iam sancoit. Cuius proloquium agentia intra suam spheram diversimodis
differenter operari, quod utique verum non esset, si augmentatio in instanti fieret. Notant ta-
men aliqui cum Quirios, augmentacionem ex proprio augmentacionis conceptu non debere esse
successivam sed instantaneæ fieri posse. Nonnulla ratio est, quod si introducenda augmen-
tacionis intuitu, est eiusdem rationis cum fra, que per generacionem inducitur. Quod sicut hæc
vbi mater ultimo dispositam invenit, momento quæritur ita fra beneficio augmentacionis
introducenda momento introduci poterit, et videlicet mater ultimo disposita existat.

Q. tota augmentationis successio ex successione alterationis materiae disponentis videtur.
 Nec obest praedictum axiomata: nam illud tantummodo loquitur de eo, quod
 frequenter accidit, et contra dubium apparet, augmentationem plenumque successivae fi
 eri, quae materiae saepius non est ultimo disposita, ut sciam quae introducenda est accipiat.

let 4.º an augmentatio fiat continue an vero interiectis morulis efficiatur? sed quoniam
 haec questio gravissimam continui difficultatem attingit; et ea insolubilis a nobis exist
 timatur, nihil est in presenti resolutione dicendum. Dico tamen verosimilius appare
 re, eam nullis interiectis morulis effici; nullis, inquam, interiectis morulis, quantum in
 intuitu agens nihil agat: nec enim est, uix, otietur, maxime cum sit naturalis causa. De cete
 ro autem aliquas interieri morulas, quantum intuitu corpus continuo non augeat, ex eo
 concludi videtur, quod alias in ictu oculi poset ignis v.g. calefacere et comburere materiam flu
 rium leucarum sibi applicatam, sicut sol in ictu oculi plures percurrit leucas, quod ipsius
 motus nullas aut breves admodum morulas patitur. Sectio 5. et ultima de rarefactio
 ne, et condensatione.

Sectio 5. et ultima.

De Rarefactione, et condensatione.

Rarum ex Arste 4 Phys. c. 3. t. 84. ita definitur, quod sub magnis dimensionibus
 parum materiam obtinet; densum vero ita, quod sub parvis dimensionibus multum materiam
 habet. Non sumitur materiae stricte pro materia prima: nam vel accidentia separata a materia
 rarescere, et condensari possunt, ut in accidentibus Eucharisticis contingere valet; sed pro
 oi entitate corporea habente partes integrales, et ex natura sua quoad locum extensa.
 Nunc rarefactio est motus, quo ens corporeum fit rarum. seu extenditur ad maius spa
 tium occupandum, quam solet occupare; et condensatio est motus, quo ens corporeum fit
 densum, seu ad minus spatium contrahitur.

Dari hoc motus manifestis experimentis
 conspicuum est: Videmus enim 1.º mediocrem portionem lactis, aut aquae ad ignem ag
 plicatam ita crescere, ut duplo plus loci occupet, quam solebat occupare; et amoto igne,
 ad minorem locum occupandum redigi. Videmus 2.º parvam cere partem calore
 solis, aut ignis liquefieri, et magnum spatium occupare, et remoto calore, ad minus res
 tringi. Videmus tandem, aquam nimio frigore concretam non correspondere omni

omni ei loco, cui ad naturalem liquiditatem reducta correspondet. At quo pacto isti motus efficiantur: difficultissimum porro explicatum est. Ratio difficultatis ita proponitur. Si in rarefactione parva materia, aut quantitas, aut alia corporea entitas magnum spatium obtinet, quomodo id sine entitatis rarefactione bilocatione contingit? Item, si in condensatione entitas magna parvam dimensionem habet, id absque partium generatione inexplicabile apparet.

Ob id minimum non est, si magna sit inter Philosophos varietas in hac difficultate enodanda. Qui plures opiniones late impugnatas videre cupit, adeat inter alios P. Reynado tractatu 2^o de Gen. disp. 3. Ego enim brevitati tantummodo eas expendere operis pretium duco, ne longius quam par est, peregere contingat. 1^a quorundam opinio fuit, rarefactionem fieri, cum quicquam totam precedentem quantitatem amittit, et novam, sed maiorem acquirit; condensationem vero dum deperdita maiore quantitate minor producitur.

Sed contra est: nam vel ea maior quantitas est in loco magis, quin tunc materia maiorem sibi extensionem vendicat? et sic in eodem puncto materia erit duplex punctum quantitatis generatum (quod naturaliter contingere non potest) vel materia ad novam quantitatis adventum novam sibi extensionem vendicat, quae totum advenientis quantitatis spatium occupat? et sic aliquod materia punctum in duplici puncto spatii existet (quod etiam 2^a naturae vires impossibile censetur). Eari efficaciam contra modum istum explicandi condensationem argutum efficit: nam, vel minor quantitas, quae in condensatione produceretur, totum materiae spatium occuparet? et sic aliqua huius quantitatis puncta in duplici loco generentur; vel non occuparet totum spatium quod a materia occupatur? et sic non erit generata cum materia; nec in ista subiectabitur, aut materia in aliquo puncto loci erit sine quantitate ac proinde in eo loco nec radicaliter impenetrabilis erit.

Contra deinde: esse accidens absolutum uno est tribus modis interit; nempe vel causa conservativa abcessu, vel adventu contrarii vel defectu subiecti, in quo insidet. Sed dum quicquam rarefit, aut condensatur, non interit eius quantitas 1^o modo; quia eius causa conservativa, et productiva, scilicet materia, re vera manet: nec item deficit 2^o modo; quia quantitas contrarium non habet. Nec denique 3^o modo perit; quia materia, quae est quantitatis subiectum, eadem perseverat, imo et compositum (quod addo, quoniam illud quantitatis subiectum ab aliquibus adstruitur) toto rarefactionis, et condensationis decursu, idem permanet. Nullo igitur pacto, id quod rarefit, aut condensatur, precedentem quantitatem amittit.

Nunc obiter impugnantur, qui cum Scoto et nonnullis Scholasticis Authorem, in rarefactione accedere novam quantitatem; eam tamen, quae praeparat, non amitti; et in condensatione illam novam quantitatem deperdi. Nam, quod ad novae quantitatis acquisitionem attinget, vel illa sine subto manebit, vel recipietur in illo, in quo est quantitas, quae praeparat. Et sic redit 1^a impugnatio: quoniam tunc materia, vel novam extensionem acquireret, vel secus, quorum utrumque a veritate abest. Quod ad novae quantitatis amissionem attinget, et in 2^a impugnatio argumentabamur, non est caput, unde illa provenire queat.

2^a opinio est illorum, qui continuum ex indivisibilibus inflatis, et virtualiter divisibilibus componunt. Isti consentiunt, in rarefactione quodlibet indivisibile quantitatis et magis duplicem aut triplicem locum occupare; in condensatione vero ad unum loci punctum restringi. Patet, his punctis inflatis admissis, praesentem difficultatem congrui ad talia puncta nullo fundamento inveni videntis, sed ad hanc et similes difficultates effugiendas, si tantum argumentorum inventa esse. Profecto, si exemplum, quo ipsi ad suum intentum comprobandum, utuntur, nempe animae materialis, quae licet indivisibilis ponatur, plus loci occupat in corpore grandiori, quam in parvo; si hoc, inquam, exemplum quidquam valet, cur non dicunt, fieri naturae posse, ut unum indivisibile quantitatis, aut magis tantum spatii occupet, quantum Elephas occupat? Cur totum spatium ab Elephante occupatum, ab illius anima, quae indivisibilis adstruitur, occupatur. Ad haec, si rarefactio in praetensa extensione sita esset, idem corpus pluribus in locis contiguis miraculose collocatum, rarescere diceretur, quod nique nemo dicent.

3^a sententia est illorum, qui arbitrantur corpus rarefieri et condensari, quod ratione temperamentis ipsi advenientis producitur nova qualitas, quae illud detret, ut in rarefactione maius, in condensatione minus spatium occupet. Pro hac sententia referuntur e nostris P. P. Comminibus, Rubius Hurtado et alii; et ex Thestis Collegium Complutense et Prado. Divident tamen nostrates a Thestis, 1^o quod nostri coexistimant, rarefactionem in motu lationis consistere, Thestis vero eam in motu alterationis collocant. 2^o quod nostri dicunt, qualitates, quae de novo producantur, esse calorem, aut frigus; Thestis autem volunt, qualitates advenientes esse qualitates quaedam peculiare, quae ex primis resultant; et quae raritas, et densitas appellantur. Unde haec sententia duos motus in rarefactione et condensatione distinguit, unum alterationis, quo novae qualitates producantur, alterum lationis, quo partes corporis novum locum acquirunt; sic quae maiori, aut minori spatio correspondent.

Quoniam etiam tales motus admit.

tantur, et admittantur etiam qualitates illi propria difficultas adhuc insoluta manet.
nam quo pacto eadem m^a aut eius quantitas cum eisdem numero partibus modo ma-
ius, modo minus spatium occupabit absque bilocatione partium, aut harum inter se pe-
netratione? Recurrere ad infinitudinem partium proportionalium, quid aliud est, quam
nodum difficilem alio difficultiori emodare? Hæc autem ante rarefactionem oēs continui
partes etiam proportionales vel spatium sibi adequatum occupabant, vel inter se gene-
trabantur? Hoc 2^{um} non dicitur; si vero 1^{um} dicatur, cum per rarefactionem n̄ augean-
tur, seclusa visōne, maius spatium occupare n̄ poterunt. Dicere autem, oēs partes
proportionales ante rarefactionem n̄ existerent actu, sed in pōa tantum, est dicere per ra-
refactionem aliquas partes m^a aut quantitatis de novo producendas eē; quod isti M^a
infirmiter, at tamen, si istud n̄ dicatur, imperceptibile apparet, quomodo partes, que
preerant, ad maius spatium occupandum extendantur, quin aut bilocentur, aut aliquod
inter ipsis vacuum relinquatur.

2^a demum sententia (Omissis aliis) docet rarefactionem
fieri per intromissionem corpusculorum intra poro corporis rarefacti; condensationem vero
per eorundem corpusculorum expulsionem. Unde 2^a hanc sententiam corpus rarefactum:
maius spatium occupat quam densum, n̄ quia quævis illius pars duplex spatium occupet,
sed q^a corpuscula simul cum corporis rarefacti partibus maius spatium replent. Et converso
q^a in condensatione exeunt a corpore condensato illa corpuscula, que sub temperamento rari-
tatis illud comitabantur partes corporis, absque sui penetratione ad minus spatium occu-
pandum contrahuntur. Sunt ab hac sententia Occamus, Valles, L. Obieds, Bonaga, Sua-
rez, Luritanus, Pontius et plures alii. Notant vero M^a isti rarefactionem n̄ consistere for-
liter in ipsa corpusculorum intromissione, sed in dilatatione partium, quarum cavitates
corpusculis replentur; similiter que consent, densitatem n̄ stare in ipsa corpusculorum eiec-
tione, sed in partium compositione, atque unione, qua posita, predicta corpuscula illico foras
eiciuntur.

Hic opinandi modus ceteris venosior apparet; eaque propter (licet dif-
ficultatis n̄ careat) amplexandus est. 1^o q^a per eum experite concipiuntur rarefactionis, et
condensationis motus, qui absque corpusculis nunc intromissis, nunc expulsi imperceptibi-
les apparent. 2^o quoniam plures experientie eorū motus ita fieri, suadere videntur. Expec-
to in aqua admodum calefacta, et ferrente cerinus magnas quasdam bullas aere ple-
nas, que, aqua tantisper deferente, minuuntur. Unde suspicari licet, quando aqua teper-
cere incipit, introduci in eam quasdam corpuscula, que simul cum aere partibus oc-

occupent maius illud spatium, q^d exegerimus occupari a b aqua q^{do} rarescit. Na hęc
 videmus, carnem, lignum, lanam, spongiam, et similia in loco humido collocata intue
 mescere; quod sique per introductionem subtilis humoris in poros, et hanc dilatati
 onem fieri clarum apparet. Tandem in nobis metipsis calefactis sentimus, poros dilatari,
 et inde fieri locum aeri, ut per illos ingrediatur.

Nunc facile colligitur 1^o cur calor plenus
 que rarefaciat corpora; si quis vero ea condenset, q^d nimirum per calorem ut plurimum
 dilatantur pori, et seunguntur partes; sic que corpusculis extraneis aditus patet, ea que ad
 vitandum vacuum confluunt, vel utcum similibus coniungantur; per si quis autem pori
 constringuntur, et corporis partes magis uniantur, et sic corpusculis extraneis aditus pro
 cluditur. Colligitur 2^o cur corpora nimis dura, ut fenum, calyx, lapides et similia, non tam
 facile rarescant etiam si fere ardeant. Nempe huiusmodi corpora tenaci partium unio
 ne gaudent; cum autem ad rarefactionem, dilatationem que pororum, et corpusculorum
 intromissionem in poros aliq^{ue} uniones partium integralium duriori debeant, ideo ra
 rescere non possunt, nisi quando nimio calore ea corpora fluida redduntur, et illorum parti
 um uniones laxantur; Quod, ut dicebam, exgre admodum efficitur.

Sed contra istum opi
 nandi modum opponitur 1^o rariū est quod sub magnis dimensionibus parum m^{as}
 obtinet; densum vero, q^d sub parvis dimensionibus multum m^{as} habet. At si rarefactio
 et condensatio fieret modo a nobis intento, hęc definitiones venum non haberent. nam in
 rarefactione nova corpusculorum m^{as} existeret, que in condensatione deperiret, ac grinde
 eadem entitativę m^{as} sub magnis, et parvis dimensionibus non erit. q^d rarefactio, et con
 densatio modo a nobis exposito non fit. Confirmas: q^{do} vitæ, spongia, et similes in aqua, vel
 aere subeunte turgescunt; et dum folles elevantur, non rarefiunt, sed inflantur; et tamen
 in his eventibus nova m^{as} inbomittitur. q^d rarefactio per novę m^{as} intrusionem non
 recte exponitur.

Ad argumentum concessa maiori, nego minorem, quin obstat ipsius pro
 bac. nam impenebibilis m^{as} accessus, aut defectus non impedit, quominus antiqua m^{as}
 iam sub magnis, iam sub parvis dimensionibus existere dicatur; quemadmodum im
 penebibilis m^{as} acquisitio, que per nutritionem efficitur, non obstat, quo minus idem cor
 pus dicatur crescere, et augeri: sępe enim in loquendo nulla ratio habetur de his, que sen
 sus nostris effugiunt: sic que dolium aram, et alia aere plena, vacua rursus amamus. Ad
 consuetudinem v^o rarefactionem non fieri per quamlibet novę m^{as} intrusionem, sed so

solum per intrusionem, quae sit media aliqua qualitate, quae in corpore rarefcente producat, et quae aliquas partium uniones imperceptibilitatis tollat; id quod in exemplis appositis non accidit: si quidem aer, vel aqua in vitro sillis, et spongia non intronmittitur virtute alius qualitate, quae produceretur in igni, et quae aliquas partium uniones imperceptibilitatis destruat; quin potius predictarum rerum inflatio clarissime percipitur.

Oppones

2^o Varias experientias, in quibus rarefactio, et condensatio fieri non posse videtur modo a nobis explicato. 1^a sit: dum pulvis tormentarius in scopulo accenditur, in rarefactionem prorumpit; atqui huiusmodi rarefactio per intrusionem corpusculorum non efficitur: quia enim aere ingens corpusculorum copia, qualis necessaria erit ad occupandum spatium, quod in eo euentu a pulvere occuparetur, ingredi poterit, cum nec per os scopuli, nec per angustum illud foramen per quod pulvis accenditur, intrare valeat. 2^o rarefactio per corpusculorum intrusionem non efficitur. 2^a sit: vas impletum aqua, et undique coopertum, et obturatum dirumpitur, cum primum aqua in eo contenta glaciatur; eo autem rumgitur, ne vacuum contingat. Atqui vacuum non immineret, si dum aqua condensatur, corpuscula expellerentur: nam ista locum relictum ab aqua occuparent, sicque diruptio vacui et vacuum vitaretur. 3^o condensatio in corpusculorum expulsionem non consistit.

Sit 3^a

vitres cucurbitulae, quae Chirurgis in usu esse solent, carnem sursum attrahunt ad repleendum locum antea occupatum ab aere, qui intuitu flammis in raritatem abiit, et coarctata flamma frigiditatem atque densitatem recipit. Sed illae cucurbitulae carnem non attraherent, si sola corpusculorum expulsio condensationem efficeret: nam corpuscula exorientia ex aere tantumdem spatii occuparent, quantum ipse aer sub rarefactione occupabat, ac proinde superflua carnem ad illud spatium occupandum intrumesceret. 3^o corpusculorum expulsio condensationem non efficit.

Ad iam experientiam respondent

aliqui ex Aristotele sententiam non nullam in pulvere accenso rarefactionem contingere. Unde 2^o illos impetus, quo pulvis pilam proicit non tam provenit ex eo, quod pulvis rarefiat, et maius spatium occupare nitatur, sicque ex tubo exire conetur, quam ex eo quod flamma sua appetit sursum ascendere, et auni graviori corpore coarctatur, dum viam aperit, violentius erumpit, et quam primum potest ad suam sphaeram evolare. Alii vero rarefactionem concedentes dicunt in eo euentu non deficere corpuscula, quae intra foras pulvis sese intrument: si quidem totus ille aer, et omnia corpuscula, quae sunt in scopulo

intermiscerentur pulveris partibus, et ita ista rari corpus igneum componunt, quod totum illud spatium a pulvere accenso occupatum replet. Quo circa, etsi nec per Scoplii, nec per illius foramen corpuscula ingrediantur dantur corpuscula, quae insinuata in pulverem, itum rarefaciant.

Ad 2^{am} experientiam dicitur 1^o non statim ac prima superficies aquae congelatur, va illam continens dirumpi, ut experientia notum facit: dicitur 2^o vas rumpi quidem dum tota aqua in gelu contrahitur, non tamen meli va cui, alioqui vel dum in vase mel, oleum, aut butyrum condensatur, rumpi deberet, cum tamen dum ista congelantur, re vera non frangantur. Frangitur igitur dum aqua in gelu coit, quia nimio frigore partes aquae magis adducuntur et fortius inter se ununtur et frigori resistunt. Hinc provenit, et quoniam frigoris acritatem debellare non possunt, quin potius ea acritas est in causa, et humores aquei coaccantur, partes aquae rivas agant, et frangantur, et rivi disruptionem caudent, ut rivas apunt, et vas frangunt dum illarum humores aquei pro nimio calore (cui aqua resistere non valet) coaccantur.

Ad 3^{am} experientiam nego minorem quam obicit ipsius probatio: nam corpuscula, quae ex aere egrediuntur, et ipse aer, quae si caloris ardentis stygi aperiantur pori hominis, intra huius carnem, et sanguinem sese insinuant, sic quae spatium antea ab aere occupatum nequit a corpusculis repleri. Ad hoc igitur occupandum intumesit caro, quae proinde non tam ad replendum locum relictum ex aere condensatione, quam ex huius in poro ingressu attollitur, et elevatur.

Opponet 3^o: corpuscula per quae rarefactio fieret, vel event eiusdem rationis cum corpore rarefacto, vel diversae. Sed neutrum dici potest. 1^o dici non potest 1^o; quia alioqui rarefactio ab augmentatione non differet. Aliunde 2^{um} dici non valet: tum quia ignis in sua sphaera raritate gaudet; cum tamen in ea extraneorum corpusculorum admixtionem non patitur. Tum, quia si diversae rationis corpuscula immiscerentur, dum vinum rubrum maius spatium per rarefactionem occupat, multum rubedinis deperderet, si aut deperdit, dum per additionem aquae ad maius spatium occupandum extenditur. tum, quia alioqui, dum aqua miscetur vino, utrumque rarefieri dici posset: tum denique, quia pariter ex duobus corporibus summe densis corpus valde rarum componi valeret, et si partes aquae densae, et densi aere vicinim intermiscerentur.

Antequam huic argumentis respondeam, noto, in omnibus corporibus eadem corpuscula non intermisceri.

84
nam aer rarefcit introductione atomorum, cohalationum, et vaporum cohalationibus similibus; aqua particulis quibusdam terreis, et aeris intromiffione; lignum introductione vaporis humidis, et aquae; ignis immixtione venti flammam dilatantis. Unde quaedam sint corpuscula quorum intromiffione corpora rarefcunt, generali aliqua regula definiti non valet. Pro oibus tamen haec regula aani potest, et corpuscula intromiffa diuersi rationis sint a corpore, quod rarefcit; alias, et optime in argumento dicebatur, rarefactio cum augmentaone recurreret.

Quamobrem minor argumenti quoad 2^{am} partem neganda est; ad huius 1^{am} probationem respondent aliqui ignem in sua sphera non raritate sed densitate caudere. nam illius raritas, auunt, in sola transparentia et fluiditate fundari solet; quod itaque fundamentum nullum est, quia aqua est magis transparentis, et fluida, quam calx, qua tantum non rarior est sed densior. Perum quod coiter dici solet, ignem esse valde rarum, quo pacto id rem teneat, quin nostra sententia labefactetur, ita expono. Ignis summe rarus dicitur, non quia sub parua ma inueni spatium occupet; (et hoc modo rarum in presenti accipitur) sed quia ingenitum habet calorem, qui solet esse in caa, et corpora in raritatem abeant.

Ad 2^{am} probationem nego sequelam: quia corpuscula in vinum intromiffa huius colorem recipere, quin haud ei suum communicarent, aut vinum in colore producendo a corpusculis regeneretur; quia ista vel colore carent, aut parvam activitatem obtinent ad accendendum in vinum, praesertim, ut eius colorem minuant. Oppositum contingit in aqua. Unde huius, potius quam corpusculorum, immixtio in causa est ut vinum rubedinem amittat.

Ad 3^{am} constat ex dictis rarefactionem debere fieri per imperceptibilem magis aut corpusculorum accessum, et sic idem corpus, ac antea iudicetur; cum autem aqua in vinum insecta peragitur gustu, quin inno et ruru, praesertim, dum actu iniicitur, ipsa aut vinum rarefcere non dicitur. Nunc ad 4^{am} v. si partes aquae densae, et aeris densi ita vicissim intermiscantur, ut aliq intra alterius pro modo nunc dicto intromittantur, nihil prohibere, quominus ex illis partibus corpus valde rarum componi valeat. Oppones

Oppones demique: corpuscula per quae fit rarefactio, sunt rarefactionis capacia: quae per alia rarefcere possunt, et haec per alia, et sic in infinitum. 2^o quaedam etiam corpuscula esse rarefactionis capacia: nam tenues aeris partes, quantum intromiffione aqua rarefcere possunt etiam rarefcere ab atomis et ex aliis minutioribus

particulis aeris. Quoniam q^a corpusculum, q^d intro mittitur, debet ee notabiliter minus corpore rarefacto, breui devenietur ad corpusculum, quod rarefieri naturaliter n̄ valeat. Unde procerus in infinitum nullus naturaliter erit. Quod vero in infinitum Synkategorematicae rarefactiones a Deo fieri possint, nullum est inconveniens.

Fractatus 2^{us}.

In tres libros Aristotelis de anima.

Praemium.

Quoniam in principio praefatus sum a libro de Generatione et Corruptione ad libro de anima gradum nos esse facturos, hoc prius persequi, quam Metaphysicam aggrediamur, necessarium, equum que duco. Huius vero tractatus in cognitionem eo nobis operosius incumbendum est, quod, illo probe cognito, ad nostram dignitatem agnoscendam, quod vetus Graecum tantopere commendabat, quam proximè accedamus; et quod quisquis animi suam nam atque dignitatem spectandam sibi exhibuerit intelliget in his fluxis, et caducis rebus non esse immorandum, sed sempiterna, et Divina vi conatu, vi studio, et omni contentione querenda; in quo veri, et legitimi Philosophi ornamenta consistere, quibus Philosophus profitebitur. Plura superredea in eius laudem congerere. Sempus inquit; n̄ superest multum et progeranti quavis mora mortalis est.

Disp. 1^a

De anima in communi; de eius informatione et de anime materialis divisibilitate, aut indivisibilitate.

Sectio 1^a

Quid et quotuplex sit anima? Vbi an ea sit actus assistens? an vero informans?

Ommissis Veterum Philosophorum de anima sententiis, quas per integrum librum Aristoteles persequitur, duplicem ipse animae definitionem tradit. 1^a quam c. 2^o elicit, sic habet, anima est id, quo vivimus et sentimus, et movemur, et intelligimus. 2^o sed quoniam hae definitiones solum a posteriori seu ab effectibus essentiam animae exponunt, celebrior habetur ea, quam cap. 1^o per haec verba reponit, anima est actus 1^{us} corporis organici potentia vitam habentis. In hac definitione ponitur actus ad excludendam materiam, quae actus non est, et quaecumque non sunt simplici actus & composita tam naturalia, quam artificialia. 2^{us} ad vitandas operationes et actus accidentales, qui actus 2^o dici solent. Reliquae particulae apponuntur ut a ratione animae excludantur omnesque naturales, quae ita sunt actus 1^{us}, & tales non sunt respectu corporis organici potentia vitam habentis, quales sunt sicut lapidis ignis, et similia.

Sed cum corpus multifariam usurgetur, dividuum est inter Philosophos quoniam modo huius sumatur. Sunt, qui opinentur, corpus accipi pro materia 1^a cum qua anima vitam substantiam completam constituit. Ita consentit L. Hurtado et Ariaga, et Averroes; Alii cum D. Escob. d. 15. Methaph. sect. 10, et cum Eminentissimo Soleto arbitrantur accipi ab Aristotele corpus pro composito ex materia et anima. Non dubito quin corpus 2^o duos hos modos frequenter usurgetur; vero autem ex illis in praedicta definitione adhibeatur, valde dubium mihi est. nam ex una parte Aristoteles docet de corpore esse substantiam animae, et ex ipso, atque anima numerum fieri; ex alia autem idem Philosophus onuntiat de corpore, ita esse potentiam vivens, & tamen non vacet anima, sed ipsam habeat. Quare sumere videtur corpus, et est quidpiam ex materia 1^a et anima coalescens.

2^o dicendum videtur, corpus hoc ultimo modo in presenti ab Aristotele accipi, tum propter dicta, tum quae paulo post, textu scilicet 3^o, inquit, anima est quod quid erat esse huiusmodi corporis; anima autem non est quod quid erat esse materiae, cui essentiam, quidditatem, aut existentiam non tribuit; cum tamen haec omnia composito communiceet. Nec obest 1^{um} quod pro 1^o dicendi modo afferretur: nam Philosophus non ait, corpus esse substantiam animae; sed se habere et substantiam, et materiam; id quod in composito quaeratur: nam sicut materia est substantia simpliciter, ita compositum aliquarum operationum (illarum nempe, quas ipsum totum recipit) subiectum est. Nec item obest, quod anima materiae potius, quam compositi ex materia et forma actus sit. Et enim anima et respectu materiae, et respectu compositi actus est, hoc solo discrimine, quod respectu materiae sit actus informans; respectu vero compositi actus constituens.

Nec tandem obest, ex corpore et anima numerum per se fieri: si quidem eadem anima et est forma substantialis, et est anima; qui sunt duo gradus essentiales, et subordinata

noti in eadem fra licet duas fra non constituant. Mpe autem graduum distinctio sufficit, ut secundum quemdam nra ordinem eadem fra pro ut fra est, ad eandem materi- am, que corpus dici solet referatur, et cum ea unum perse faciat; ut vero anima est, ad totum corpus nrale seu compositum habitudinem dicat, et actus igrus appelleretur.

Sequitur in definitione particula organici que denotat corpus debere ee cum ea dispositione nra, que ad nra funciones administrandas necessaria est. Mpe autem dispositio n impostat piam substalem corporeitatis, ut eo dictis in physica constat, sed et cumulus diversorum accidentium, que nra operationibus intervire valeant. Tandem particula ille potentia vi- tam habentis ut cum D. S. plures advertunt, idem ac pcedens particula valent; illam ta- men magis explicant; denotatis que pvide, corpus illud, respectu cuius anima dicitur actus, habere poam ad vitam accidentalem eliciendam. Minus anime definitio ab Aristote ba- dita sic exponi potest; anima est, actus primus constitutivus compositi nralis organici potentis elicere operationes vitales.

Quod ad 2am questionem spectat tres anime connumerantur a Phi- losopho, nimirum vegetativa qua gaudent plantis; sensitiva qua potuntur bruta; et ratio- nis quam in homine regeri adeo certum est, ut solito acumine Augustinus dixerit, qui se habere animam nescit, an habeat, nescio. Hanc autem tripartitam animarum varie- tatem recte a Philosopho assignari, inde constat, quod in plantis, brutis, et hominibus pluri- ma et notissima nra signa reguntur. plantis enim in modica admodum quantitate sen- sim crescunt, semina emittunt, et frondes, atque poma geminant; bruta vero similes ope- rationes eliciunt, et ulterius sensu et cupiditate pfecta sunt; et homo rbra hęc omnia, discursu, intellectiones, et operationes his similes producit.

Unde 1. plantis anima tantummodo ve- getans convenit, quantumlibet in contrarium reclamet Manichei, quorum opinio nistica- na impietas vocatur ab Augustino in lib de quantitate anime. c. 33. Vbi sic loquitur, non est audienda nescio que impietas rusticana, plane, magis que lignea, quam sint ipse arbores, qui- bus parricidium pphet, que dolere vitem, quando vba decerpitur credit. Unde 2. brutis con- venit anima vegetans, et sentiens tantum; cum ea ratiocinari n valeant. Unde 3. anima vegetans, sentiens, et intelligens hominibus competit, habemus enim inquit idem August. lib. 1 de civitate Dei. Vivere cum plantis, sentire cum brutis et cum Angelis intelligere.

Sam, ut ter- tia tituli pars clarius excutiatur, nota, duplicem ee actum; alium assistentem, et alium

informantem. Aristens dicitur, qui sine unione physica adstat rei, ut Angeli Coelesti orbi, et nautarchus navi. Actus informans est, qui physice unitur alteri, cum quo unum compositum constituit. Hoc notato, certum apud oēs est, animas mātāles plantarum, et animalium ēē actus informantes; q. et nāa sua ad unum per se media unione sui physica cum mātā ordinantur, et q. sine mātā subsistere n̄ valent. Quare difficultas ad solam animam rationalem revocatur.

Sed, quoniam fide Catholica ratum est, animam rationalem ēē vere et proprie hominis frām, atque adeo ēē actum informantem; quo pacto id citra fidei lumen convinci possit, aliquibus rationibus philosophicis exponam. Sit V. principium operationum cuiuslibet rei nātālis, huius frām ēē oportet; cum mātā nullam, nisi in suas proprietates, vim effectricem possideat; sed quilibet hominum cogitur se intelligere, sentire, et alias eiusmodi functiones edere: q. necesse est, cuiuslibet hominum inesse aliquam frām, a qua prodicte operationes emanent; sed ea frā alia n̄ est ab anima rationali: hęc q. est vera hominum frā.

2. ratio: id est vera cuiusque rei frā, quod rem in certa specie constituit, et ab aliis se iungit; sed id habet anima intellectiva relate ad hominem: q. huius vera frā est. 3. anima non est ad corpus, quod Angelus ad Coelestes Orbes, et quod nauta ad navem: nec enī orbes coelestes accessu Angeli animantur, et illius decessu moriuntur; cum tamen corpus accessu anime vivat, et illius abscessu moriatur: Item, etsi navis vitium faciat nauta illas suas operationes conservat; animus autem noster male affecto corpore, non absque errore suas operationes administrat, ut in ebriis, et freneticis videre est: q. anima nostra n̄ pure assistit corporibus, sed ea vere informat. 4. tandem ratio: ex corpore, et anima fit unum per se; atqui, nisi anima vere informaret corpus, ex ipsis unum per se non fieret, et vel proposita exempla convincunt: q. anima hominis vera, ac propria corporis frā est. Sectio 2. quoniam corporis partes informantur anima?

Sectio 2.

Quoniam corporis partes informantur anima?

Ex partibus corporis constituentibus alię s̄ solidae, et integrantes, ex quibus quasi primario adintegratur, et pedes, caput, ova, caro, nervi, et vena; alię sunt fluidę, sine quibus conservari nequit, et quatuor humores, nempe sanguis, phlegma, et atra, et flava bilis, seu cholera et melancholia: alię tandem sunt, quę n̄ tam ad tuendam, et conservandam vitam requi-

quuntur, quam ad ornamentum datz videantur, ut capilli, et ungues. 1^{as} partes ab anima informari nullus dubitat: quoniam nemo non videt eas per intussumptionem crescere, hoc est, ita attrahere alimentum per venulas, et poros, et ipsum in propriam substantiam convertant, atque versus oēs partes in longum nempe latum, et profundum auascant: q^o de solis aliis partibus dubium procedit; quod, ut expeditius decidam, varias assertiones proponam; quantum 1^a sit.

Neque sanguis neque alii humores informantur. Ita sentiunt Ang. M. 1. p. q. 11. artic. 1. ad 3^{um} D. Bonar. Beatus Albertus Magnus, C. D. tom. 1. in 2^{am} partem dist. 39. D. Pasquet Scotus et Richardus et maior Theologorum pars. Ita etiam sentit Arles, qui lib. 2 de partibus animalium c. 3. hęc habet, non enim sanguis continuus carni, neque cognatus est, sed in corde ac venis, quasi in vasis continetur. Ex qua authoritate sic arguo: nequit eadem anima duplicem materiam discontinuatam informare, et oēs fatentur, atqui si sanguis informaretur anima, hęc duplicem materiam discontinuatam informaret, carnem nempe, et sanguinem, qui carni continuus n̄ est: q^o sanguis n̄ informatur anima. Si autem sanguis anima non informatur, idem dicendum est de reliquis humoribus in quibus ambigendi ratio minor est.

2^o eadem assertio: nam eundem Philosophum ibidem sanguis est vltimum alimentum animantibus: q^o non est pars informata fra eorundem animantium. Et coniam: alimentum animantium transit per nutritionem ad habendam videntis fram, qua carebat: q^o si sanguis est alimentum animantibus, dum sanguis est, animantium fra non informatur; alioquin per nutritionem n̄ transiret ad habendam fram, qua carebat antea. Corroboratur hęc ratio cum sanguis in carnem vertitur, aut aliquam, aut nullam fram animantem abiicit.

Si sum^{us} contra est nam ea non potest ee anima ipsius videntis cui mittitur, alias abiiceret simul, et admitteret eandem animam. Aliunde alia anima n̄ est; q^o sanguis nullam peculiarem animam sibi vindicat: nullam q^o animam abiicit. Si vero nullam animam abiicit, ideo erit, q^o eam n̄ habet: si enim animam et fram possideret, eam degeret, dum in rei alitq substantiam transit.

3^o assertio nra: Sanguis vitz omnis functionibus caret: q^o n̄ animatur. Conia liquet, q^o potissimum animationis indicium ab operationibus vitalibus derumitur; an̄s vero p̄r: sanguis nec intelligit, nec sentit, et certo certius est; aliunde per intussumptionem non crescit: q^o p̄r minorem: in sanguine nulli apparent ductus, et organa, per que hauriat alimentum, vlted que in singulas sui partes distribuat: q^o non crescit per

per intusumptionem, sed nice per compositionem unius partis ad aliam, eo modo, quo aqua
in vase augmentatur.

Sed contra assertionem propositam opponitur 1^o. Sanguis movetur a se
versus oēs loci differentias; et sequenti imaginationis, et appetitus impulsu in diversa agitatur.
nam cum pudore afficimur ad faciem sese refundit; cum afficimur timore ad intima condi-
tur; cum letamur, dilatatatur; et cum irascimur efferverit. Sed moveri a se versus oēs loci diffin-
gratum est videntium; et imaginationis et appetitus impulsu ea tantummodo agitari posse vi-
dentur, quæ ab anima informantur: 2^o sanguis vita, et anima præditus est. hoc argumentum
si quid probat, probat vique, sanguinem vita sensitiva prædere: nam, quæ abs se versus oem
loci diffinam dirigantur sensu polent: si quidem locomotivum inferius quidquam est ad sensiti-
vum ut docet Philoſoph. lib. 3^o. de historia animalium cap. 3^o. at sanguinem vita sensitiva præditum
esse, nemo somniet, et oppositum ab eodem Philoſopho ibidem cap. 19 docetur:

Dicendum 2^o.

Sanguinem non moveri a se sed ab anima, quæ illum tum ad nutritionis opus per virtutem
attractivam et expellendam movet, tum ad alia ministeria his, et aliis modis pro occurrere
num affectum quæ varietate per imaginationem et appetitum huc illuc quæ fiet tanquam
instrumentum, non quidem sibi coniunctum, quæ ratione manuum movetur sed et separatum
aut Organum non continuum; quomodo eadem anima ex ore in ventriculum per motum lo-
calem deicit alimentum, quod interdum ex ventriculo in os revertitur. Licet autem ea, quæ
versus oem loci differentiam abs se moventur, et quæ imaginationis, atque appetitus impulsu
tanquam instrumentum coniunctum ab anima agitantur, vita prædita sint. Sicut vero
quæ solum ab extrinseco moventur, et quæ dumtaxat, ut instrumentum separatum agitan-
tur ab anima.

Opponitur 2^o. Sanguis est proprie animalis pars: 2^o animatur. Sicut ades certum
est, et qui illud negaret, temerarius videretur, inquit Eminentissimus Solerius lib. 2. de anima
q. 2. nam Concilium Tridentinum (prosequitur idem D. J. ser. 13. de Euchar. c. 3. agere sangui-
nem inter Christi partes enumerat, dum definit Christi sanguinem esse sub speciebus panis
et naturalis illius connectionis, et concomitantis, quæ partes Christi Domini inter se copulantur.
Sed vero contra legitima apparet: nam id quod est animalis pars, ab anima informari debet,
alias aut anima potius unam, quam alteram partem informabit. Considera ex illis verbis Sciti-
ci c. 10. Sanguinem nostræ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est. san-
guis 2^o ab anima informatur 2^o

Pro solutione huius argumenti revoce in memoriam quæ initio
huius

lectionis dicimus scilicet tria esse genera partium in animali: alij enim sicut integrantes, seu primariam integritatem constituentes; alij tantum necessarij ad vitam servandam, que ad integritatem secundariam pertinere dicuntur; et alij ad ornatum deservientes. Jam vero sanguis non est pars animalis 1.º aut 3.º modo, sed 2.º dumtaxat. Huius autem generis partes non debent esse animatę, sicut tales esse debeant partes illę, que ad 1.º genus spectant, seu primariam integritatem. Constituunt. Et ratio disparitatis est, quod huiusmodi partes, non vero illę, que ad secundariam integritatem expectant, functiones aliquas vitales exercent; et ad id munus diversa organa obtinent. Unde necessarium est, ut ab anima informentur.

Quod ad Concilium

Andentinum attinet, connexionem inter animam, corpus, et sanguinem optime adstruit, quod licet sanguis animatus non sit; tamen naturaliter impotens est diutius conservari, siunctus a corpore animato, quod similiter ad sui conservationem sanguine intra se incluso indiget. Unde Concilii autoritas nobis non officit; quin potius ex ipso hoc pro nostra sententia argumentum confici valet: si sanguis esset animatus, et eo modo esset humani corporis pars, quo tales sunt nervi, et ossa, in Divina Eucharistia contineretur sanguis sub panis specie, aliud aliter, quam nervi, et ossa eo in consecrationis continentur; quod quemadmodum ex vi verborum est ibi integrum Christi corpus, et eo consequenti nervi, et ossa, eo eadem vi esset etiam sanguis: quod iste non ob solam concomitantiam sub panis specie contineretur; cuius oppositum sacrosancta Synodus statuit. Ad confirmationem dico cum Augustino in eum Levitici locum, quod 17, animam carnis in sanguine esse, quod animam vitam a sanguine pendet: sanguis enim non solum est alimentum animantibus, sed alterius ex ipso vitales spiritus efformantur et ab ipso maxime fovetur calor naturalis, quo deficiente animal extinguitur.

Opponitur 3.º Christi Domini sanguis fuisse verbum immediate Divino supposito, et extra dubium Catholicis est; sed non fuisse ita verbum, nisi anima rationali informaretur: sanguis quod anima informatur: pro minor: si sanguis esset immediate verbum supposito Divino, et non informatum anima rationali, Verbunabidivinum duas naturas integras et completas sibi cogularet: nam hominis, alteram sanguini; hoc autem dato, quid nisi Deus sciret, debeat que dici sanguis, sicut potest et debet dici homo?

Ad hoc argumentum concessa maior, neganda est minor; ad cuius probationem ratio licet non hominis solum, sed sanguinis etiam naturam a Verbo Divino assumpta fuerit; dici tamen Verbunam dumtaxat completam naturam sibi cogulare; quod

52
licet sanguis quodammodo perfectum sit in sua specie, est tamen quid incompletum. Compa-
ratione hominis ad cuius integritatem secundariam partem consistit. Hinc procedit 1.
ut verbum non duas nāas integras, et completas, sed unam tantum cum tribus ad integri-
tatis perfectionem attinentibus assumere dicatur. Provenit ulterius, ut verbum nō di-
catur sanguis, sicut nō dicitur caput, pes, brachia, et similia.

2.^o idiomatum communicatio
hoc est mutua predicatio Divinorum humanorum que attributorum inter hominem et
Verbum Divinum incarnatum nō datur, et bene advertit Ex. D. per partes incomplete
sumptas, siue proprie, siue improprie istę sint. Unde nec ille partes, que corporis humani proprie
sunt, nec ille que minus proprie partes vocantur, predicantur de Deo per communicationem
idiomatum. Ad hec, si quis ferret, quid ni posset dici Deus est sanguis, cum vere enun-
tietur, Deus flagellatus est; Deus conculcatus est; Deus mortuus est.

Sed hic replicari potest
in hunc modum: q̄ in homine, propter rationalem animam, datur alia pars, qua sanguis
informatur; si autem hoc ita sit, quo pacto homo erit unum per se compositum? R. neuti-
quam nos admittere in homine essentialiter considerato, aliam partem propter rationalem, que
sola corpus, quod hominem constituit informat, licet admittamus aliam partem propter animam,
in sanguinis materia; que utique non ad compositionem hominis, sed ad huius integritatem spec-
tat. Hinc autem non fiet hominem essentialiter considerato unum per se compositum nō ēē,
sed solum compositum ex homine, et sanguine, non ēē unum compositum per se, sed unum
dumtaxat per aggregationem; quod certe nullam absurditatem praesert, nam etiam compositum
ex homine, et sudore saliva et aliis unum per aggregationem dicitur esse; hoc solo dis-
crimine, quod partes primi compositi per partes secundi mutua connectionem atque de-
pendentiam in ordine ad vitam sortiuntur.

Sit iam 2.^a assertio: probabilius videtur, ut
ungues et capillos animari. Horcor 1.^o q.^a eos animari censent M. Aug. lib. 6. in vic. cap. 1.
Por. Angelicus in sum. dicit 44 q. 1.^o artic. 2.^o D. Bonar. ibidem q. 2.^a et E. D. lib. 5. de
Anima c. 11 n. 5. quoad unguem eandem sententiam tenet, licet de capillis oppositam proba-
biliorē existimet. Horcor 2.^o q.^a capilli et ungues crescunt per intursumptionem, et tempore
omnem partem: q̄ animantur. Consa est legitima et aīis p̄: tum q.^a ex fide dignis historiis
comitat homines imminentis mortis periculo pertemtas intra omnis noctis spatium incanu-
ire; si autem capilli nō crescerent per intursumptionem, tam cito albecere nō possent per se
toto, sed sensim Cavities per radicem exurgeret, quin superos capilli partem immutaretur.

Præterea, capilli qui in quendis, valde subtiles, et tenues sunt, decurre temporis diuini
 ore, crassiores que efficiuntur, et easdem, quas reliquum Corpus affectiones subeunt. An
 dem Microscopii ope observatum est (Si Maynon, et alii Pl. fides adhibeatur) capillos
 esse veluti amandines intus concavas sua medulla imbutas et cæteris etiam suis ramu
 los protendere; in Unguibus etiam non solum musculorum tendines, sed venulas et nervulos
 internosci; que oia indicant capillos, et Ungues intus sumere, et suggere alimentum, ac
 proinde se nutrire; alioqui ad quem finem eis a nra ppria fuissent? Capilli q, et Ungues
 animantur.

Qua autem anima informantur n̄ convenit inter prædictos DD: nam D. Bonar.
 et Durandus, qui etiam (uti et Scotus a propria sententia stat) opinantur, n̄ informant
 anima ipsius animalis, sed alia sibi propria, que sola vegetandi facultate prædita sit. Mo
 ventur ad id averendum 1. q. a corporibus vita functis capilli, et Ungues succresunt; ani
 mantur q. non quidem compositi anima que iam vel destructa est, vel a maa abuenit.
 sed anima ipsorum propria. Moveretur 2. q. absurdum videtur, in capillis a capite ad ter
 ram Uque defluentibus animam rationalem contineri: si enim contineretur in eis gen
 deret, quin et in ipsis pecteretur.

Præterea Aug. M. et alii existimant, Ungues, et capillos fra
 totius animam; id quod verosimilius apparet: tum q. in homine (idem de quolibet
 alio composito dictum existima) unica tantum anima est, tum quia anima rationa
 lis n̄ debet communicare omnibus partibus, quas informat, omnes vivendi modos, que
 continet: q. tametsi Ungues et capilli solum vegetative vivant, hinc n̄ probatur, animam
 a rationali, aut sensitiva distinctam eis inesse. Ad 1. um pro opposita opinione fun
 damentum Respondetur, Ungues, et capillos in cadaveribus re vera n̄ augeri, videri tamen
 crescere, q. consumpta, exsiccata que Carne, partes imæ, que antea opone latebant, dese
 quuntur; atque ita videtur, eis aliquid auctum esse, licet ita n̄ sit; cuius signum est,
 quod in eadem figura semper pererent, nec unquam extrema part. in cuspidem
 crescat, ut in viventibus accidit. Ad 2. um Respondetur, sicut absurdum n̄ est, quod ani
 ma saltet aut regiet in pedibus, laetetur in manibus, et pungatur in Carne; ita absurdum
 non est, quod eadem in capillis pendeat, et in eis pecteretur.

Siquis autem interroget, quid
 de dentibus tenendum sit? 1.º eos esse animatos anima totius ratio est, quia teste Ale
 lib. 2 de Sen. Animalium, cap. 2.º eam rationem obtinent, quam ossa; q. sicut ossa anima to
 tius informantur, idem de dentibus tenendum est; idque sibi illi sensum habeant, et tractur

existimasse Salenus, sive secus, et alii credunt; q^a nempe eo defectu sentiendi abentia
 animi n̄ semper arguitur, et de capillis, et unguibus dicebamus. nec obest una pars consu-
 tendi statem non accrescere; cum tamen dentes teste eodem Philosopho ibidem tota vita
 crescant: q^a enim dentes attritu consumuntur, et eorum necessitas ad commolendum cibum
 perpetua est, q^a existunt, perenni oronento egent, ideo que primum a nāa sūt, et facul-
 tas nutrens peculiarem curam ad eorum auspēdia resarcienda conferret. Sectio 3^a sine
 ne oēs animi indivisibiles, an non?

Sectio 3^a

Ansint omnes animi divisibiles, an non?

Certum in primis est oēs animas indivisibiles eē in partes físicas, hoc est in māam
 et frām: constat enim oēm animam quid incompletam eē, cum quilibet numerum per se cum
 māa constituat. Non eret autem quid incompletum, si ipsa eo māa, et frā coalesceret. Certum
 ulterius est quamlibet animam eo genere et dīssa constare, atque adeo oēs in partes metha-
 físicas dividi posse. Certum est 3^o animam rationalem eē integraliter indivisibilem: est
 enim extra controversiam, eam immortalē eē, n̄ autem eēt huiusmodi, si integraliter divi-
 di valeret: q^a si dividua foret quoad suum eē a māa dependeret, et ut ceteris frā divisibiles
 māa fluxu particulatim dilaberetur actione caloris in humidum agentis. Unde eadem frā,
 qua tenemur averere animam rationalem immortalē eē, tenendum quoque est eam n̄
 eē integraliter dividuam aut divisibilem, et eisdem rationibus (quas alibi proponemus) qui-
 bus illius immortalitas suadetur, eiusdem indivisibilitas integralis confirmatur. 2^o proposita
 questio ad alias animas devolvitur.

Sed quoniam iam certum etiam habetur (quandumli-
 bet in oppositum reclamant nonnulli veteres Philosophi) animas pure vegetativas divisi-
 biles eē; ad solas animas sensitivas praesens difficultas revocatur. Circa eas triplex videtur
 sententia. 1^a docet animas oēs māales sensitivas integraliter divisibiles eē. Ita consent
 cum subtili D. Scotistis oēs apud Merinenum lib. 2 de anima, disq. 29. 5, et cum E. D. Aug. 15.
 Metaph. sect. 10. n. 32. 2^a Rufinus, Murado, Anaga, Obiedo, et cum aliis S. C. sequentes.
 2^a precedenti extreme opposita tenet oēs animas sensitivas integraliter indivisibiles esse
 ita Augustinus toto lib. de quantitate animi proteram c. 31 Angelicus D. 19. q. 2. 6. art. 8.
 (ibi docet) indivisibilitatem convenire praecipue animabus brutorum perfectiorum: quo satis indi-
 cat eam etiam imperfectis convenire. 3^a Bonav. in 1^o d. 8. q. 2. art. 19. 3^a Beatus Albertus

Albertus M. lib. 1 de anima c. 13. P. Lynceus, et Quirinus, et nonnulli recentiorum no-
trorum.

3^a autem inter utramque media sententia docet, animas maaes sensitivas be-
torum perfectorum indivisibilitate gaudere, animas autem brutarum imperfectorum divisi-
bilitatem obtinere. Ita communissime Theop. apud Ioannem a S. J. q. 2. art. 2. item E. D. lib.
1. de anima. c. 13. Commendoneses, et alii. Ea vocantur bruta perfecta, quae meliori, et magis
elaborata organizatione constant, et quorum absque partibus non diu vivunt, aut creantur, ut
equus, leo, et similes; ea autem bruta vocantur imperfecta, insecta et annullosa, quae non adeo
perfecta organizatione gaudent, et quorum partes seorsum diutius morantur, ac vivunt, ut
anguis, lacerta, et huius similia.

Inter has sententias placet 2^a inquam vel nolentem me
trahit M. Augustini auctoritas, cuius eximie menti haec opinio tam alte insedit, ut ve-
lit illam nos firmiter tenere, et si experientia aliqua agere contradicere videatur. Audi
autem verba, quae profert, postquam sibi opposuit vulgare illud argumentum sumptum ex
animalibus imperfectis, quorum partes disiecte vivunt. sic igitur ait, sum illud dico, si
maxime causa lateat, cur in concisione quorundam corporum illa contingant (nimis enim
partes disiectas vivere) non continuo nos hoc me ita perturbari oportere, et tam multa, quae
superius luce clariora tibi visa sunt, nempe argumenta pro animae indivisibilitate, fal-
sa esse arbitremur: fieri enim potest, et huius rei causa nos lateat. Hucusque M. August.
qui deinde magno acumine solvit hoc vulgare argumentum, quod tantopere moret non-
nullos Philosophos, et a nobis postea dissolvetur.

Non me latet, nonnullis exponere Augustinum
ita ut ipsum loqui dicant de indivisibilitate essentiali, seu de integrali. Quoniam, si non
magis urgentia ferent argumenta, quae adversus nostram sententiam afferunt, quam praedicta
expositio Augustini menti conformis est, nullo negotio ab illis nos expectare possumus. Quod
fecit ipse M. D. docet et probat c. 32. in animantibus imperfectis dividi corpus, ani-
mam autem non dividi; divideretur autem, si divisibilis integraliter foret, et adversa
vri non differenter. 2^o de indivisibilitate integrali sermonem habet; ob idque alii inge-
nue fatentur, ipsum a propria sententia extra dubium stare.

Sed vero sententia nostra
a ratione multipliciter suadetur. 1^o sic: anima sensitiva, et appetitiva partibus distinc-
tis integrari nequit, sed anima omnium brutorum sensitiva et appetitiva est, et nemo est
2^o ea partibus distinctis integrari non potest, 3^o integraliter indivisibilis est. Maior, quae

Sola probationem desiderat, ita ut: vel una tantum pars cognoscat et appetat; et ita ea tantum pars (que certe indivisibilis est) erit anima sensitiva et appetitiva; ac proinde ista partibus non integrabitur; vel plures partes cognoscent et appetent, sic que dabuntur in bruto plura appetentia et cognoscentia que ad unum suppositum constituendum conspirant; sed talia appetentia et cognoscentia ad unum suppositum constituendum conspirare nequeunt: quod anima sensitiva, et appetitiva partibus distinctis integrari nequit. Et minorum plura cognoscitiva et appetentia possunt morari diversis speciebus, et diversas atque oppositas inclinationes efficaces habere; sed id partibus, que ad unum suppositum constituendum conspirant, competere non valet. §:

Suadetur 2.º et procedens ratio firmatur: omne principium appetens immediate et ratione sui non potest ferri in obiectum cognitum non a se, sed ab alio principio realiter a se distincto; alioqui in incognitum ferretur; sed anima bruta cognoscit in capite, ubi est sedes philosophorum consensus fantasia sedem habet; et appetit in corde, ubi ex communi quoque sententia appetitus residet: quod vel anima bruta in incognitum a se ferretur, vel eadem indivisibilis in corde simul et capite existet. Propter hoc ratio: eadem anima que obiectum videt in oculis, imaginatur in cerebro, et in corde appetit: si enim una, et eadem non esset, qua ratione imaginari posset obiectum a se non visum, aut appetere obiectum cuius bonitas ei propinqua non est. §: unica et indivisibilis est in bruto anima que tota in toto corpore, et tota in qualibet huius parte existat.

Propter itenem ex E. D.

ad discernendum necesse est, ut qui discernit utramque partem cognoscat, atque equi ignem ab aqua discernit (si enim altera manu ignem, et altera aquam tangat, isque non fugiet, cum ^{aliam} fugiat, et experientia notum est) et panter serpenti acus ab herma discernit, (nam si ex alia parte acubus, ex alia herma excipitur, acus aufugit et in hermam volbitur) §: in utroque ex his animantibus principium alterum principale utramque partem cognoscens unum debet esse; ac proinde cum anima tale principium sit, unica anima in utraque manu equi, et in utraque serpentis parte erit: quod tota est in toto corpore, sic que integraliter indivisibilis adstrui debet.

Propter 3.º exo mirabili potentiarum concordia, rectoque omnium operationum concentu, quem in brutis experimur: ad pedis hinc, atque contactum caput imaginatur et apprehendit, cor dolet, appetit et imperat recessum quem illud pedes exequuntur: sed hoc posse admodum fieri posset, nisi principium cunctarum harum operationum de ipsa foret unum et idem in omnibus corporis partibus existens, et diversis organum

organis pro diversis functionibus videntur. Num 1^o est auctarum harum operationum prin-
cipium, anima scilicet, que tota in oibus corporis partibus, et tota in singulis est, et
que adeo individua integraliter euadit.

Urgetur 2^o ex eodem operationum ordine
ratione cuius brutum alicui sensuum, aut potentiarum operam nimis intentum,
remisse in reliquis operatur, vel omnino non operatur: grandis enim dolor tactus re-
tardat vel impedit actionem visus. Sed hęc retardatio, vel impeditio operationum fun-
damentum est, inde colligi solet, nam, et individuam in homine animam esse, que
omnes illius operationes eliciat, potentias gubernet, ipsis que nura quadam ratione pre-
sideat. Cur igitur eodem modo in bruto philosophari non liceat? Si enim dicitur, et ab aduer-
sariis conter dicitur, ideo brutum segriter in uno sensu operari, ubi alius ad suas ac-
tiones nimium applicatur, quia ingens copia spirituum ad unam operationem confluentium
impedit, quo minus adeo frequentes spiritus ad alium sensum recurrant, cur idem non
dicitur de homine, ita et in eo unitas, et indivisibilitas anime colligi non possit ex eo, quod
in ipso actiones sensuum contemplationem, et e converso contemplatio non modo sensu-
um, sed et stomachi ipsius operam, atque nutritionem aut retardet, aut nonnunquam
omnino impediat? Quam ob rem, sicut quod una vehemens operatio in homine aliam im-
pediat, ita provenit ex concursu spirituum (qui, si ad minus pro organum frequentes
confluant, alia sensuiteria destituunt) et hic spirituum concursus unum, et indivisibilem a-
nimę attribuatur, idem in brutis accidere dicendum videtur.

Scio ad proposita arguta
adversarios respondere, partes eiusdem anime invicem unum, sub ordinari, et atten-
perari in operando, et naturalis sympathia gaudere. Hinc inquirunt, provenit, et oes unum
principium adquate appetens adintegrent, sic que ad obitum noxium fugiendum et
ad obitum conveniens amandum conspirent, minus que diversarum operationum con-
centum edant. Sed scio etiam, id esse, ac difficulter prestari posse, si non una, et in-
dividua sit anima, sed huius plures sint partes, quantum quilibet pro se agere
et sua munia tueri teneatur. Profecto, et bene ait D. Eximius, si diversę anime par-
tes in diversis partibus viventi essent, posset altera sine alterius concursu operari, et
que adeo licet una esset intenta, et defatigata, non ob id altera defatigaretur, aut impe-
diretur a proprio munere ad quod a natura destinata est, exercendo. Quoniam, licet
adversarii intendunt, aliquo modo prestari posset per naturalem sympathiam, quam re-
inter supposita realiter distincta, multoties quoad aliqua, sed nunquam quoad

quoad oia regerit n̄ dubito; none que dicta s̄, facilius prestabuntur, si dicatur
unicam et indivisibilem eē animam, que tamquam totius corporis, omnium que in
eius domina et dispensatrix, actiones oēs moderetur, oēs que partes protegat, et sensus
oēs, ad quos spiritus auocet, ad proprias operationes eliciendas impellat?

Suadetur 3^o eadez
assertio: animę brutorum operatio n̄ omnino comprehenditur a m̄a: q̄ nec ab ista
anima ipsa omnino comprehenditur; comprehenditur autem, si divisibilis integra-
liter esset, ut adversarii fatentur: q̄ anima indivisibilis integraliter non est. An
inde constat, q̄ anima sensitiva brutorum regat obiectum sensibile cum aliqua abstrac-
tione a m̄a et modo quodam indivisibili, scilicet media specie immateriali, et tota totuz
obiectum, et singulas ipsius partes; quod n̄que cognitionis spiritualis proprium est; et saltem
partem animę in organo visus residentem competere adversarii fatentur. Quia vero p̄ o-
peratio indicat, qualis sit fra, a qua proficitur: et si illa non omnino comprehenditur
a m̄a, nec ab ista fra comprehenditur.

Confratur hęc ratio 1^o: quantum operatio eleuatur
a m̄a, tantumdem fra eam eliciens eleuatur: q̄ si brutorum operatio, saltem aliqua n̄
est omnino m̄alis, nec talis est ipsa anima, a qua elicitur. An inductione patet: si
cognitio nullo obiecto sensibili n̄ indiget, ut n̄ indiget cognitio angelica, nec ipse Angelus
subto corporeo opus habet. Si cognitio opus habeat obiecto sensibili, a quo incipiat; postea
vero per meliores species, et maiorem abstractionem immaterialia, et spiritualia represen-
tat, ut in anima rationali contingit, ipsa etiam anima debet 1^o infundi subto corporeo;
ita tamen ut postea eo exolveri valeat: q̄ quantum operatio a m̄a eleuatur, tantum-
dem eleuatur fra, que illam edit.

Confratur 2^o: omnis vis cognoscitiva in aliquo gradu
immaterialitatis fundatur: q̄ brutorum anima, sicut aliquo gradu cognoscitivo gaudet,
sic aliquem gradum immaterialitatis obtinet; quem n̄que n̄ obtinebit, si dividua
integraliter sit. An multis in locis traditur et p̄ a D. Ang. qui nominatim 1^a q. 9. e. e.
15 artic. 1^o corpore sic loquitur, patet, quod immaterialitas aliquid rei est ratio quod
sit cognoscitiva, et secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis. De
inde suadetur, quia coniunctio cum corpore vim cognoscitivam retardat. Hinc De
us Angelos, Angeli rationalem animam, et anima rationalis sensitivas immateria-
litate superans superat etiam in vi cognoscendi: q̄ vis cognoscitiva in aliquo gradu
immaterialitatis fundatur; ac proinde cum anima sensitiva gradum cognoscendi

supra repetitivam obtineat, aliquam etiam immaterialitatem obtinebit, qua
tenus scilicet modum indivisibilitatis informandi possideat.

Suadet denique sen-
tentia nostra: brutorum animae per se et non per accidens hac ratione discontinua-
tionis magis supposito differunt, sed hoc falsum esset, si anima partibus constaret:
quod partibus non constat. Haec est certa: quod non minus, nec aliter haec anima Petri dis-
tinguitur ab anima Pauli, anima Leonis A ab anima Leonis B differt, minus
vero ita probatur: si brutorum anima partibus constaret, partem duam animae in
manu corae, et e converso, una in duas medietates divideri, ita ut ex illis unum suppo-
situm coalesceret, et ex ista duo constituerentur: quod animae brutorum supposito per
se non differrent. Pro autem: si anima brutorum partibus constaret, anima Leonis catu-
li decem partes haberet, et anima Leonis grandis viginti partes haberet: quod
partes duplicatae in unum leonem grandem corae possent; et partes Leonis grandis
possent divideri in duas medietates, quae duo leones catulos constituere valerent.

Nunc
argumento duplicati occurrit solet. V. instando illud in anima vegetativa quae di-
visibilis est, et tamen ex se se una, et unum constituit suppositum distinctum a sup-
posito, quod altera constituit; quin ex illius divisibilitate arguere liceat, duas arbo-
res in manum corae posse; aut ex arbore proceram, ex qua plures minores eni valent plu-
ra supposita posse constitui. Quoniam haec instantia nulla est, et nostro argumento propo-
sita manet: etenim animae brutorum per se supposito differunt, animae autem repe-
titive solum ratione discontinuationis magis, cuius sufficiens argumentum est, ramum
minus arboris alteri insertum, cum ista continuatiore unum, manam que arborem con-
stituere, non aliter ac in igne contingit: ignis enim separatus ab igne est unum supposito
et supposito distinctus ab alio, cum quo si coniungatur, unum suppositum constituet;
ac proinde, sicut ignis solum differt ab alio igne, solum, inquam, differt supposito per
accidens, et ratione discontinuationis, idem de planta et arbore delata ad aliam dicendum
est. Nunc sequitur Aristoteles affert, grandem plantam esse unam actu, potentia tamen plures
naturae coherentes. Haec ex duabus arboribus una fieri per insitionem potest, et ex una plu-
res per rami aut geminis transitionem effici valent.

2. occurrit solet, asserens, per
se animae brutorum esse heterogeneas; quoposito, ex leone grandis duo leones catuli
fieri nequebunt, nec ex istis leo grandis coalescere poterit: nam et si leo grandis

magnitudine sonet duo partes et uti illius magnitudinem non exurgerent, dividuntur tamen in essentiali differetia, et quasi characteristicam figuram qua magneque pars in ratione manus, pedis etc. per talem animae partem constituitur. Sed contra: nam leo crescit versus omnem partem proinde que duplo maior factus duplo maiores partes habet, quae in duo corpora catulorum leonum configurari possent: quum aliunde partes animae denuo acquiruntur, quae heterogeneae sunt, ac partes 1. habitus, cur non acquiruntur unum leonem catulum, uti et 1. habitus constituent, maxime cum in sensu cognoscitivo appetitu, et aliis plures partes animae ab adversariis residere dicantur. Et converso, quia pars animae, quae est in capite leonis A, est homogenea cum parte animae, quae est in capite leonis B, et sic de reliquis similaribus, cur iste coniungi non possint ad unam animam constituendam? Si autem ita coniungi valeant partes unius animae non erunt determinatae ad hoc suppositum per illo; sic quae supposita duntaxat animantia per se ratione se non differunt. Sectio 4. a. arguta contraria dissolvuntur.

Sectio 4. a.

Argumenta contraria dissolvuntur.

Obiicies 1. id, quod adductum est magis, et in eam penitus immersum sortitur conditiones magis si non omnes, saltem eam quae magis 1. consequitur, sed anima cuiusvis bruti est omnino affixa magis, et in eam penitus immersa (cum extra illam cohaerere non valeat) talis quae anima eam magis conditionem sortitur, quae magis 1. consequitur. Sed haec conditio est extensio aut divisibilitas: quae cuiusvis bruti anima divisibilitatem sortitur. Confirmas 1. quae videtur esse ratio in formis accidentalibus, et illis de quibus sermo est; cum omnes a materia dependeant; quae quemadmodum sunt accidentales sunt integraliter divisibiles, tales etiam erunt sunt substantiales, de quibus in presenti loquimur. Confirmas 2. difficile intellectu est, quo pacto brutorum animae sint integraliter indivisibiles, et spirituales non sunt; atqui spirituales non sunt: quae nec integraliter indivisibiles.

Ad argumentum concessa maioris nego minorem, quin obstat ipsius probatio in parenti contenta: haec enim tantummodo de evincit brutorum animam ita eo per magis educi, ut sine aliqua materia conservari nequeat; non vero ab omni materia quam informat dependere; atque adeo magis omnino addicta non est: cum enim cognoscitiva sit aliquem gradum immaterialitatis obtinere debet; licet quae materialis est, a materia, ut a sustentationis subiecto pendere debeat, a materia

inquam, aliqua, sed non ab omni, quam informat: quia ut in prima sui generatione cum sola materia primigenia conservabatur, sic cum ea sola, quatenus est ex parte sui conservari potest.

Est igitur sensitiva forma medium quid inter rationalem formam, et formas materiales aliorum corporum insensibilium, partim conveniens cum illis, et partim ab illis differens: differt ab anima rationali in eo, quod a materia simpliciter dependeat, et ex illius parte educatur, in quo ad formas invisibiles accedit. Ab istis tamen differt et convenit anima humana, quae potest informare materiam, a qua simpliciter non dependet, eam scilicet, quam brutum per nutritionem congerat, ad quam informandam sine nova educatione extenditur, ut postea latius dicetur. Nec minus videri debet, non ita discurrere: cum enim formas, de quibus loquimur multo nobiliores operationes edant, quam sint operationes cuiusvis formas insensibilis, cur non multo nobilior esse, et multo magis a materia elevatum obtineant? aut, quae ac insensibilis forma in materiam immergi videntur.

Nunc ad primam considerationem neganda est maior: si enim forma sensitiva, etiam a materia dependeat, et quae ac aliae formas substantiales materiales, quae simpliciter non sunt, addicta non est; quid ni idem de ipsa dicamus, nam formas accidentales comparetur? Insuper cum formas accidentales nullius formas substantialis entitativam perfectionem attingant: hinc enim procedit, ut licet formas substantiales materiales, et formas accidentales a materia dependeat, aliae minus, et aliae magis materiae indivisibilitatem atque extensionem consequantur. Quod vero formas substantiales insensitivae, licet nobiliores sint, quam formas accidentales, quae ac utique materiae immergi sunt, dumtaxat probat, omnes illas non esse principium electionum operationum, quae elevationem a materia obtineant; cuius oppositum in formas sensitivis reperiri ex dictis constat.

Ad secundam considerationem vero licet omnes spirituales substantiae integraliter indivisibiles sint, non licet tamen reciprocari, ita ut omnes substantiae indivisibiles integraliter spirituales censeantur. Quandoquidem ea tantummodo substantia spiritualis est, quae talem indivisibilitatem obtinet, et extra materiam coherere potest. Nunc cum omnes formas, rationali excepta extra materiam conservari nequeant nullo modo spirituales dici debent, et non indivisibiles sint. Unde difficile intellectu non est, brutarum animas, quae ante a materia dependunt integraliter indivisibiles esse, et spirituales non esse.

Dixi paulo ante, formas sensitivas, quatenus est ex parte sui, cum sola materia primigenia conservari posse; quia, et dependere videntur a materia per nutritionem acquisita eo, quod, vita deficiente, pereant, id solum

lum probat eas a tali māa per accidens dependere, quo etiam modo anima rationalis, quae non dependet per se in ordine ad sui conservationem in corpore a māa, quae per nutritionem acquiritur; ab ea postea ut in corpore conservetur dependet. Et rursus quae ratio esse potest, vel quia a māa acquisita foretur antiqua et sic contrarietatem incurritur remouetur, vel quia sine tali māa omnes operationes, et praequas anima non valet elucere. Absoluit vero animam brutam eadem proportionem servata de anima rationali dictionem in selige) non pendere per se et simplicitate neque in existendo neque in operando a māa nutritionis, inde constat, quod sine illa absolute praepariterit, et operata fuerit.

Sed contra dicta replicabis, et obijcies 2^o anima sensitiva pendet per se ab omni māa, quam informat; Sed non pendebit ita si induribilis sit: 3^o pro maiori. V. q^o anima rationalis a nulla māa quam informat per se dependet. 4^o in verso modo de anima sensitiva dicendum est 1^o q^o anima sensitiva est materialis respectu omnis māa, quam informat: 2^o ab omni ea per se dependet. 3^o q^o si anima sensitiva non penderet per se ab omni māa, quam informat, non erit, cur a māa primigenia eo modo dependeat: si enim cum sola ratione sui ad māam compositionem ad quam ordinatur, coherere potest, cur non ipsam exerceere valebit per solam sui unionem cum māa primigenia, quum necessarium sit ab illa materialiter cauetur et per se dependeat.

Ad hanc replicam seu argumentum nego maiorem, ad 1^{am} probationem concessio anti, nego contram: Insuper eo dictis in promptu est: q^o si anima rationalis ab aliqua māa dependeret per se, alicui māa addicta esset; sic quae immaterialis non esset, atque adeo nec spiritualis, at vero si anima sensitiva sit simpliciter materialis sufficit, si a māa absolute dependeat eo eius quae potest educatur, licet semel educta, informare etiam possit māam aliam, a qua minime dependeat et a sustentationis subto. Ad 2^{am} probationem, concessio similiter anti, nego contram: nam ut anima sensitiva dicatur simpliciter materialis respectu omnis māa, quam informat, sufficit, si ita illius actus sit, et eo nāa sua habeat, extra māam non coherere, quod utique semper verificatur. Quoniam q^o ea simpliciter medium quid est inter formas insensitivas, et rationalem; nec ita, ut illi immensa debet esse māa, nec eam quam rationalis elevationem a māa obtinet, obtinere debet.

Hinc ad 3^{am} probationem V. animam sensitivam dependere per se a māa primigenia, potius quam ab alia, q^o certum aquid. oēs est eam ab aliqua māa dependere: cum q^o hanc dependentiam in 1^a sui generatione sortitur, in qua solum existit māa primigenia; et aliam

de ista semper porereret, sufficiat que pro exercendo munere subti, eo quo simul, et fra
mum per se coalescat; ab illa potius quam ab alia, que dependi potest, maaliti causanda
est, quamdiu compositum constituit.

Obiicies 3^o et proique anima leonis. E.g. causatur ma
aliti ab illis mag partibus quas leo per nutritionem acquirit; sed nequit ab istis partibus
maaliti causari anima illa, que maam primigeneam informat: q^o advenit alia pars animae
que ab illis maaliti causetur; sic que leonis anima partibus constat. Minor multiplici proba
ri solet, quia a Thomistis negatur. Sed quoniam a nobis neganda n^o est, eas probationes omitto,
transco que et eas probationes proponam quibus maior suaderi intenditur. 1^a sic habet. partes
ille mag, quas leo per nutritionem acquirit, interscuntur partibus mag primigenes, aiente
ex Philosopho Doctore Arb. l. p. q. 112. art. 1. ad 2^{um} id quod ex alimento generatur, adungetur
corpori nutrito per modum mixtionis, sicut aqua miscetur vino. Sed anima leonis causatur
maaliter a partibus mag primigenes: q^o et a partibus, quas per nutritionem acquirit. Nisi re
linus, cam animam maaliti causari, et pendere ab hac detrata parte mag primigenes, mco
ab alia per nutritionem acquisita n^o pendere; potea vero pendere ab alia parte mag primige
nes; et sic quari per saltus variacionis per totum corpus (per quod maam primigenea diffun
ditur) disquirere.

2^a eiusdem maioris probatio sic proponitur: partes ille mag, quas leo per nu
tritionem acquirit, sunt ultimo dispositae, et ex ipsis anima leonis educatur. q^o ex illis educit,
ac proinde ab eis maaliti causatur. Contra liquet: q^o causa ultimo disposita ad educendum
effectum, hunc maaliti educit. p^o ans: non alia dispositio in subto educationis necessaria est,
quam que ad eius unionem cum termino educibili desideratur; sed partes ille habent quid
quid requirunt ut sibi uniant leonis animam, que^{et} educibilis: q^o sunt ultimo dispositae,
et ex ipsis leonis anima educatur. 3^a probatio in hunc modum composita: partes ille acqui
runtur a leone si facultate nutritiva q^o sumi ista a generativa n^o distinguatur eundem
cum illa terminum habere debet; sed non habebit nisi partes ille maaliti cauent leo
nis spm: hanc q^o maaliti causant. Minor inde constat, quod per poam generativam ani
ma leonis maaliti causata fuerit; ea que propter et per poam nutritivam eadem fra cau
sari debet, si utraque poa unum terminum respiciant; si autem per poam nutritivam
la vno et non anima causetur, minus poa terminus a termino alterius poa distinctus
evadet.

Ad argumentum neganda est maior ad cuius 1^{am} probationem in primis dici potest,
animam maalem solum causari maaliti ab uno puncto mag primigenes: per id enim

illius materialitas et a sua spirituali distinctio salvaretur. Deinde dici posset, partes illas, quas leo per nutritionem acquirit, non intermisceri partibus illis materiae primigeniae, loqui- bus leonis forma causatur: partes enim istae, ut in physica loquendo de homine dicitur 5. sect. 1. dictum est, quantitatem formae partium excedunt: quod quidem adeo exiguum sunt, et discontinu- ari non oporteat; atque adeo opus non est ut materia primigenia per totum corpus diffundatur; dicitur qui vel in homine, cui pes, aut brachium amittitur, aliqua pars materiae primigeniae periret.

Ad hanc partes materiae primigeniae, ut ibidem dicebamus, temperamento visco et tenaci gaudent, quae autem huiusmodi sunt, non facile commiscetur, ut in oleo, melle, pinguedine, et ali- is videre licet: ea enim, quae viscosa sunt, atque tenacia, sepe separantur, sibi quae ita in- harescunt, et difficile penetrentur. Iuxta circa partes, quae per primam nutritionem acquirun- tur, non ad veram communicationem, sed ad ampliore corporis molem efficiendam, quae materia primigenia coeunt; licet quae per alias nutritiones comparantur, cum partibus per primam acquiritis materiae non commisceri possint; id quod, et non aliud intendere videtur per allata verba Thomae, cum de corpore nutrito expresse loquatur. Unde anima leonis non cau- satur materialiter discontinue, et per saltus; sed a materia primigenia non discontinuata ma- terialiter dependet, et alias corporis partes dumtaxat informat.

Ad 2. probationem, concedo anti, nego consequentiam: nec enim stat generis indispotionem illarum partium, et ex eis forma non educatur; sed generis independentiam, quam forma ab illis habet, et habere debet, et postquam ut non semel dictum est inter animam vegetativam et rationalem locum medium ob- tinet. Ad 3. probationem dicitur causam ultimo dispositam ad educendum effectum, tunc solum illum educere, quod effectus ex ea educibilis est; reus quando oppositum con- tinet, et in presenti accidit, tum propter dicta tum quia, si forma ex eis partibus dispositis e- duci posset, illas ut dispositas materiae potentior esse valeret; cum aliunde, quia eas dispositas, non possit non illas, et dispositas materiae procedere, atque adeo mutua prioritas inter ani- mam, et eas partes possibilis esset.

Ad 3. probationem concedo antecedentem negam consequentiam: scilicet facultatem nutritivam a generativa non distinguere oppo- situm enim sentiunt Albertus Mag. Ruyanus, Carianus, Ferrariensis, et plures alii gravissimi D.D., quorum sententiae ratio (aliis omissis) haec est: facultas nutrix per totum corpus diffunditur, et certissimum apparet, quod omnia corporis membra per inhu- sumptionem crescunt; facultas autem generans certam determinatam quae sedem se-

tinet, videlicet ubi superfluum alimenti vim seminariam accipit: quod si in altera
 pars ab altera distinguatur, cum ea quae loco diuisident, etiam realiter differant.

Si huic ra-
 tioni respondeatur, utramque facultatem per totum corpus fieri, videlicet facultas generans,
 quatenus predictam vim accipit, ea quae ad generationem exequendam non potest, in parte
 definita corporis locetur; atque adeo non esse, cur una pars ab alia realiter distinguatur; con-
 cedam totum. Sed hinc, ad predictam probationem, concesso anti, et 1.^a contra, nego minorem
 subsumptam; ad cuius probationem fateor, per partem generatram in Leone generante re-
 sidentem, suam leonis materialitatem causatam esse; sed id etiam habuit eadem pars a nutriti-
 va parte eiusdem generantis, cum in isto facultas generans, et nutrens una et eadem sit.
 Quod vero illa pars non causetur materialiter a parte nutritiva leonis se nutrentis, minus etonetur;
 quia nec ab huius parte generativa eo modo causetur; alioqui leo se ipsum generaret; ali-
 unde leo genitus per eandem partem, qua se ipsum nutrit, alium generare potest; atque
 adeo huius parte nutritiva suam substantialem pro termino respicit. eademque est utraque pars;
 sed quia diversis actionibus se ipsam explicare valet, generatione videlicet, et nutritione,
 dum per generationem se ipsam explicat, suam substantialem educit; dum vero per nutritio-
 nem solam nutritionem materialitatem causat.

Hinc, ut nonnullis rephis satisfacias, aliqua nota
 re oportet. Nota 1.^o actionem nutritivam non educere ex nova materia animam; sed tantum
 unionem continuativam inter materiam de novo acquisitam, et antiquam producere, et etiam
 unionem informativam inter materiam novam, et animam praesistentem; id quod, et non am-
 plius actio, qua homo nutritur exequitur, ut adversari non negant: Et abunde satis
 est, ut agens eam actionem producens, vitaliter operetur. Nota 2.^o licet hae duo continu-
 ativa, et informativa recipere in parte, quae illam producit, non ideo uno substantialis,
 et essentialis compositi in toto composito subiectabitur: nam illa duo essentialis compo-
 sito non est; quoniam, ea seclusa, compositum essentialiter constitutum intelligitur, ut tale in
 ista generatione seorsum est. Nota 3.^o quamquam uno essentialis composito esteductio for-
 talis non est uno illa, quae per nutritionem acquiritur: nec minus, cum altera pars altera
 ad compositi constitutionem necessaria sit; de qua unione alibi a nobis dictum est, in
 suis materialibus cum harum educatione identificari.

Nota 4.^o licet anima leonis coexistat
 pro prior ad novas partes materiae, quas per nutritionem acquirit, et ab illis quodammodo
 dependeat, non hinc inferri dari mutua prioritatem inter animam et illas partes

nam a partibus illis non dependet anima, tamquam a causa sui; sed tamquam a termino a se exacto, ut in corpore conservari possit, et suas operationes elicere. Sic etri substantia queris existat pro priori ad accidentia, quae tamquam sui proprietates producit, et ab eis quoad suam conservationem dependeat; nulla hinc mutua causalitas arguitur; q^a vide. licet substantia a suis proprietatibus tantummodo dependet tamquam a termino a se exacto, et ab ipsa elicitur, non vero tamquam ab aliquo, a quo ea causetur. Sic etiam (et hoc exemplum semper pro oculis habendum est) quamquam anima rationalis existit pro priori ad novas partes, quas homo per nutritionem acquirit (disponit enim materiam alimenti, ut in hominis substantiam transeat, sic que causat dispositiones illas, quae cum materia preparant ut ab ipsa anima informantur) et ab ipsis quodammodo dependet; nulla hic mutua causalitas intercedit: q^a ab illis partibus vice dependet anima tamquam a termino a se exacto, ut in corpore conservari possit, et in eo suas operationes elicere valeat. Unde hoc solum discrimen, quod ad partes per nutritionem acquisite attingit, inter animam sensitivam, et rationalem datur; quod illa, cui partibus deficientibus, periret; anima vero rationalis, ut pote, quae immortalis est, perseveraret adhuc, et operationes ederet.

Sed adhuc contra dicta replicari potest: q^o anima bruti est in loco, ubi ipsius causa non existit; cum ea existat in toto corpore, in quo toto non existit materia primigenia, ex qua causatur: q^o terminus esset extra sphaeram suae causae materiae. Concessa 1^a conia, nego 2^{am} nam fra materia sic existeret in loco, in quo non existit sua causa, ut ibi presentissima sit: q^o non esset extra sphaeram suae causae sic vero, quam anima rationalis producit, dum per nutritionem acquiritur nova materia, extra sphaeram animae rationalis non est licet non sit in loco materiae primigeniae, cum qua anima unitur; ideo autem extra sphaeram animae non est, q^a ea vero, quando existit, anima, a qua causatur, presentissima est.

Non quiesces, sed replicabis adhuc: effectus non tantum petit esse alicubi intra sphaeram suae causae, sed etiam extra eam nullibi esse; alioquin accideret potest alicubi sine subiecto existere, dummodo alibi subito praesens foret: q^o anima bruti existere non potest ibi, ubi illius causa non existit. Nego autem, quod falsum esse con-

* hae pari-
tar ex
inadverten-
tia fuit
portata.

vincit exemplum proxime allatum unionis ab anima rationali productae; quae sique 1^o mo alicubi non existit, ubi ipsius causa praesens est, minimum in loco materiae primigeniae: in hac enim anima sic praesens est, ut in ea ratio ab ea producta praesens non sit. q^a praesentia commensuratio effectus cum sphaera suae causae solum necessaria est, dum effectus in duobus locis esse nequit; quod certe accidenti competit, atque adeo nullibi existere

Præ subto valet. Si tamen effectus pluribus in locis collocari possit, ea commensuratio non requiritur; sed satis est, ut effectus in uno loco intra sui causæ sphaeram existat; eo vel maxime, quod illa loca, in quibus in presenti effectus existit, et non existit sua causa, cum loco, in quo ista existit, constituunt unum locum adequatum organi, quod a tali effectui formatur.

Q. saltem replicabis 1.º negari nequit, formam materialem multiplicari in loco collocari. cur igitur punctorum multilocationem alibi tanto more asserimus? conceva 1.ª causa, ad quam 1.º, ideo illam punctorum multilocationem a nobis negatam esse; et quia illa quævis difficultatem ad quam enodandam asseriebatur, non solvit; et quia nullum ex eis punctis obtinet rationem actus a quo alivicius compositi valde diversis organis constanti, et in eis elicientis valde diversas operationes, ut prædeant. Contra præ materialem habet rationem actus relate ad suppositum substantiale in se specificans, ei que unitatem præstans; et que aliunde toti composito præest, et potentiarum ipsius vim dominatui suo cohibet, ita ut illarum actiones principaliter eliciat. Ad que fortasse occasionem dedit Pythagoreis, ut formam substantialem appellarent harmoniam; quia videlicet diversas notas, et harum operationes ad concentum redigit.

Replicabis 2.º q. anima leonis in pluribus locis existet, in quibus ipsius educatio non existat: nec enim educatio existet, ubi causa materialis illius animæ non est. sed anima leonis esse nequit, ubi ipsius educatio non existit. q. præ minorem subsumptam: educatio est quidam intrinsecum leonis animæ, et in ista substantiatur: q. comitari debet animam, que proinde nequit esse, ubi ipsius educatio non existit. conceva causa, nego minores, subsumptam: nam, si anima rationalis existere potest, et existit in materia nutritionis ubi neque materia primigenia, neque huius cum anima mixta existit, quid ni leonis præ existere possit in materia nutritionis, in qua talis præ educatio non existit.

Ad minores subsumptam probationem 1.º educationem esse quidem quidam intrinsecum termino, et in isto substantia si ubi est illius productio; seu ubi illius productio non est. Unde, q. educatio animæ leonis huius productio non est relate ad omnia loca in quibus ea anima existit, quoniam non denominat eam productam ex omnibus materiis partibus sed solum ex materia primigenia, ideo in hac solum existere debet. Pateo, præ educationem denominare educatam formam, que existit in aliis partibus a materia primigenia distinctis; sed q. eam ex istis educatam non denominat, quæ non est, ut in eis existat. Sic licet anima rationalis, que existit in materia nutritionis, denominetur mixta per nomen eventuale; hæc tamen mixta in nutritionis

maā n exiitit, cog^o essentialis vno animam tali mag^o vnam n̄ denominat. nec eo
nra solutione inferitur, terminum omnino localit^o a sua actione separan^o, cum uterque
in maā primigenia existat, sed solum inferitur, terminum plura quam actionem, lo
ca regere. Sed quid inde? cum terminus ipse in pluribus locis existerē valeat, et in illis
existat, unionem sui cum maā, quę reglet illa loca, producere possit, et se vera producat.
Sectio 5. alii argumentis occurritur

Sectio 5.

Aliis argumentis Occurritur.

Obiector 4^o: operationes bruti sunt integralit^o divisibiles, partibus constat; q^a in toto or
gano sensorio divisibili recipitur: q^o anima bruti etiam divisibilis est: quoniam
qualis est operatio propria alicuius principii, tale et principium eē debet. Optime: q^o cum
operatio bruti cognoscitiva indivisibilis sit, talis etiam erit bruti anima, a qua illa pro
ficuntur. Sic q^o bruti operationes cognoscitivas, ut et appetitivas, subiective, et in infor
mando, et etiam obiective et in representando, indivisibiles eē: nam si cognitio esset
divisibilis subiective, et in informando plures illius partes erent superflue: cum
enim per unam partem totum obiectum cognoscatur, ad quid partes alie deserviant.
Est pariter indivisibilis obiective, et in representando: q^a non datur aliqua visio, et cogni
tio totum obiectum videns, et representans. Nec obstat, visionem in organo divisibili
recipi: nam vel hoc admisso, ea licet indivisibilis, totum illud organum, et oēs il
lius partes informare potest; sicut ipsa anima tota est in toto corpore, et tota in qua
libet corporis parte existit.

Obiector 5^o: anime brutorum imperfectorum divisibilita
tem integram obtinent: q^o eam quoque brutorum perfectorum anime sortiuntur.
p^oans: partes animalis imperfecti absque motu sentiunt, et doloris sensum habent,
ut experientia ipsa compertum est: q^o partes ille post sectionem animantur, sed
non animantur vna et indivisibili anima; atque hec partes discontinuas in
formaret: q^o animantur parte anime, quę eis, dum cum aliis vnebantur, inhebat,
ac proinde horum animantium anima partibus constat et divisibilitatem in
tegram obtinet. Hoc argumentum difficile sane est; sed, ut initio dicebat, M.
Augustinus, non continuo nos ita perturbari illo oportet, ut a sententia nra dis
cedamus

8^o negato anti ad huius probationem, concedo omnia propter ultimam causam: Cui enim partes ille absque animam habeant, non ideo animantium imperfectionum animae, divisibiles sunt: si quidem per illam corporis sectionem anima secunda non est, et hoc aucto exemplo N. Augustinus explicat. In nomine, inquit, vel ut in aliquo animante, somus est corpus; significatio autem quasi anima somi. Sunt vero aliqua nomina, quae divisa queunt etiam in singulis partibus quidquam significare; in eis que post praecisionem non omnimoda veluti mort effecta est: quin potius quilibet ex eis, partibus significationem habet, et animam, ut Lucifer qui videt 2^{am} et 3^{am} syllabam scilicet, ita scilicet luci. fer, non nihil priori parte significat, et illius etiam eadem pars, animam et significationem habet. Unde, dissecto corpore, sono scilicet, anima seu significatio non secatur. Haec similitudine explicat acute Magnus D. quomodo frustra corporis animantis imperfecti, cum anima secunda non sit, vive re possunt.

Dic igitur nunc philosophice loquendo res partes animalis imperfecti post sectionem vivere, quae in parte nobiliori corporis concipi remanet antiqua anima, quae totum corpus informabat; in alia vero ad exigentiam dispositionum ibi remanentium nova anima, et indivisibilis etiam a Deo producitur. nam, dum existit materia ultimo disposita ad aliquam formam tenetur Deus et naturae author eam producere; sed in parte minus nobili vermiculi secti existit materia ultimo disposita ad aliquam formam vitalem, quae tenetur Deus, et naturae author eam formam vitalem, et animam producere. minus inde probatur, quod in his animantibus unius partis dispositio ab alterius dispositione non pendeat, et constat in semibusone cuius anima in corpus nondum integre efformatum introducitur: quod ob sectionem non pendit ultima dispositio in parte minus nobili; quin potius in ista manebit materia ultimo disposita, et aliquam vitalem formam suscipiat.

Sed replicas 1^o

cur non eodem modo disuimus in partibus abscissis viventes pure vegetativi; imo et in partibus sectis cuiuslibet inanimatis, lapidis nempe, ligni, et similibus? R. 1^o quod et dictum supra est vivencia omnia non pure vegetativa differunt per se supposito ratione, sed, quae intrinsece coalescunt, vivencia autem pure vegetativa, et composita non vivencia, solum differunt supposito ratione continuationis materiae. Et certe, cum facta operationes sensitivas eliciens superet in perfectione formam pure vegetativam, et factas omnes non viventes, a prima ad alias paritas duci non valet.

Replicas 2^o in parte animalis imperfecti

abscissa, nec caput nec os, nec similia organa conspiciuntur. q̄ ea pars non est ultimo disposita, et aliquam partem vitalem suscipiat. Concedo enim, nego consequi: nam et pars sit ultimo disposita ad aliquam partem vitalem suscipiendam, opus n̄ est, ut ea ornata existat eis organis, quae ad omnes vitales functiones abundanter requiruntur et patet in semibus, quae eius partes, et non gaudeant optime elaborata organizatione, et quae omnibus operationibus vitalibus eliciendis necessaria est, ultimo dispositae sunt, et sua vitali informantur. Patet q̄ est, si pars illa habeat organa, per quae aliquae operationes vitales elici valeant, his autem organis gaudet pars animalis abscissa, cum in ea operationes nutritivae, sensitivae, et appetitivae eliciantur.

Replikas 3^o et immediate sensus communis est in capite, appetitus autem in corde sedem habet, et non ipsi sectione 3^a dicebamus: q̄ si caput, et cor in parte abscissa non remaneat, non remanebit organum, medio quo operationes cognoscendi et appetendi eliciendi. Et cum E. D. et 2^o Comibus, in animalibus imperfectis sensum, et appetitum aliter se habere, atque in aliis: nec enim obtinent detratam omnino sedem, sed per totum corpus diffunduntur. Et hoc est ratio cur horum animalium secus vero perfectorum, pars secta post sectionem vivat, quod modo sectio non fiat secundum longitudinem sed per transversum, et pars secta admodum exigua non sit (alioqui enim non viveret) q̄ videlicet nulla animalis pars informata anima vitali sine organo ad sentiendum, et appetendum; et in parte secta animalis imperfecti, secus vero perfecti, tale organum, licet non adeo perfectum penetraret. Quod ut ca (et alteri regis hinc exurgenti satisfacias) tamen rationes conclusionis nostrae pro omnibus animalibus indiscriminatim adductae videantur; retinetur ipsa secunda ratio, et quae communem philosophorum sensum mirerrantiter n̄ continet, pro animalibus imperfectorum animalium adducta non est.

Replikas 4^o: anima, quae in parte abscissa produceretur, n̄ esset diversae speciei, ac anima, quae totum corpus informabat: quoniam nullum fundamentum est ad talem animam adstruendam. Aliunde eiusdem speciei cum illa n̄ esset: 1^o absolute nulla esset minor multiglociti pr. 1^o; q̄ anima denuo in parte abscissa introducta eliceret operationes minus perfectas, quam sint operationes animae totius corporis. 2^o q̄ in parte abscissa n̄ sunt partes magis primigenae; alioqui istae discontinuationem subirent: 3^o talis anima, si daretur, absque magis primigenae partibus produceretur, ac proinde n̄ esset eiusdem speciei cum 1^a anima, quae sine illis partibus generari nequit. 3^o q̄ anima, quae totum corpus informabat, ab agentibus naturalibus producta fuit

aut saltem ab eis produci potuit; fra vero que in parte abscissa produceretur, nec ea haberet, nec habere posset a naturalibus agentibus.

4.º q.º 1.ª fra est completa; secunda 7.º incompleta: nam sicut pars abscissa cum suis organo naturaliter ordinatur ad conjunctionem sui cum aliis partibus cum quibus integrum corpus constituat, sic anima ei parti, et huius dispositionibus debita, ordinata erit natura sua ad conjunctionem sui cum alia anima, cum qua unam constituat animam completam, atque adeo incompleta erit. 5.º q.º 1.ª anima informat matrem, que antea carebat vita; anima autem in parte abscissa producta matrem antea viventem informaret. 6.º q.º 1.ª anima vitalis est vita tum sensitiva, tum vegetativa; 2.ª vero vitam vegetativam non obtineret. 7.º et ultimo, q.º 1.ª anima aliquam quietem et beatitudinem naturalem habebat; anima 7.º in parte abscissa producta nullam posset unquam habere quietem aut beatitudinem naturalem; quin potius semper inquieta dolens, et violenta esset. Nunc autem de novo absolute impugnatur anima, quam adstruere intendimus: etenim nulla est possibilis creatura, que pro statu in quo naturaliter esse valet aliquam quietem et beatitudinem naturalem non possideat.

Ad hanc replicam concessa maiori nego minorem, ad 1.ºam probationem 7.º; hoc eo, quod animæ operationes in parte abscissa productæ minus perfecte sint, quam operationes animæ totum corpus informantis, minime concludi, alteram ab altera specificè differere; sed solum alteram pro altera integram matrem informare; quod in causa est, ut diversæ sint operationes unius ab operationibus alterius. sed q.º utraque similes operationes elicere posset, si in matre simili collocaretur, utraque eiusdem speciei convenienda est; quoniam diversitas specificæ fractionum non ab operationibus diversis, sed a potentia tales operationes elicendi regulariter desumitur, licet unica et indivisibilis valde diversa minima coefferens et valde diversas actiones edere valeat.

Ad 2.ºam probationem, concessa anti et 1.ª contra, nego subillationem: nam et anima, que totum corpus informabat, licet hic et nunc ex partibus magis primigenis educta sit, sine illis tamen generari potuit; cum a solo Deo eam ex matre putri educenti ortum habere valeat. Ad 3.ºam probationem nego primam illam, que hic et nunc partem abscissam informat, ab agentibus naturalibus produci non posse: quia enim prohibet, quominus fra illa, que a solo Deo produci ad coexistentiam magis abscissæ partis, a Deo, et naturalibus agentibus ex matre integra educi possit? Ad 2.ºam probationem 7.º, utramque partem esse completam; quia utraque est in actu 1.º actus totius corporis, licet 1.º actus

50
totum corpus in actu 2^o informarent; secunda vero solum corporis partem in actu 2^o informat.
Unde 2^a ad 1^{am} non ordinatur, q^{ia} illius pars non est, licet pars mag^{is} ad alteram partem ordi-
netur, q^{ia} istae partes totius se habent.

Ad 5^{am} probationem 1^o ex ea non concludi, nam animas
ab altera specificè differre; sed vice, 1^{am} animam genitam fuisse generatione per se inten-
ta a natura, in qua generatione vivens ex non viventi generatur; 2^{am} autem animam ge-
neratione casuali reductam esse; in qua generatione vivens ex parte alterius viventis ge-
nerari valet. Ad 6^{am} 1^o utramque animam vegetativam esse; q^{ia} per se imperfecta a-
nimalia post directionem conspiciuntur nutrire et augescere sicut antea, ut in lumbri-
cis, et quibusdam aliis patet. Quod vero aliquando impossibile sit vegetatio, nihil ob-
est; alioqui, q^{ia} multoties impossibile est visio in homine (in eo videlicet, qui a natura
te opus est) anima rationalis viviva non esset.

Ad 7^{am} et 8^{am} 1^o utramque animam
aliquam quietem, et beatitudinem habere; q^{ia} utraque et operari poterit et coexistentia
gauderet. Sed q^{ia} altera integrum corpus informaret; altera vero duntaxat corporis par-
tem, altera non semper doloris sensum haberet, secus vero altera. Hinc tamen non pro-
nam ab alia specificè differre; alioqui vel hac distinctione gauderent animae illae, qua-
rum altera informaret corpus quod incommodis semper subsisteret; alia vero actua-
ret corpus, quod raro ea pateretur. Quo circa anima illa, quae in parte absente produceret,
eo solum esset inquieta, violenta, et dolens, q^{ia} fortasse semper dolorem ederet, sed quia
coexistentiam obtineret, et aliquas operationes eliceret, aliquam quiete, et beatitudine poti-
retur, sicut ea gauderet anima illa, quae tale informaret corpus et semper cum dolore
viveret. Unde iam constat ad probationem, quae huic probationi adiungitur.

Et certe, si ani-
ma illorum animantium, quae post nimiam ricitatem ex guttis pluvialibus generantur,
aliquam quietem, et beatitudinem habet, licet ea animantia brevissimo tempore vivant,
cur non idem dicatur de anima, quae in parte absente produceret? Quamquam enim ita
semper dolorem edat, secus vero illa; anima tamen in parte absente producta longo
tempore durare solet, id quod animae semibiosae (in animal ex pluvialibus guttis geni-
tum) non competit. Profecto vita diuturnior doloris carentiam abunde compensat, q^{ia}
melius est vel cum dolore durare, quam omnino non durare. Sectio 6^a an animae
divisibiles partes homogeneae sint; an vero heterogeneae?

An anime divisibilis partes homogenee sint; an vero heterogenee.

Quoniam proposita questio de animabus sensitivis potissimum institui solet, et in eis par-
ta a nobis negatae sunt, eas modo permittimus et questioni locum prebeamus. In ea C. D.
L. P. Hurtado et Alfonso, et aliqui R. P. tenent partes anime heterogeneas esse. Eorum ho-
moeneas tumentur coiter Thomae, et Scotus, oes, qui presentem questionem agitant. Idem
docent e. notus L. P. Cominus. Obiedo, Arriaga, Guira Reynado, et plurimi R. P. quibus
suffragari videtur D. D. dum 1^a p. q. 16, artic. 3. ad 3^{um} sic loquitur. dicendum quod
partes animalis ut oculus, manus, caro, et os, et huiusmodi non sunt in specie, sed to-
tum; et ideo non potest dici proprie loquendo quod sint diversarum specierum, sed quod
sint diversarum dispositionum. En ubi L. P. totam diversitatem oculi, manus, et car-
nis, et consequenter operationum harum partium ad diversitatem dispositionum vice
reducit; atque adeo tenet eas partes, et partes anime eis respondentes non esse inter se spe-
cifice diversas.

Affero cum A. P. 2^a sententia partes anime divisibilis sunt homogenee.
Nusus assertionis 1^a ratio est negativa, desumpta scilicet ex eo, quod in partibus eandem partem
integrantibus diversitas specifica proveniendi non est absque gravi fundamento, quod in presenti
non adesse, infra constabit. Nunc negativae rationi accedunt alij positivi, quantum 1^a ea sit,
qua proprium adversariorum fundamentum labefactatur. Ea autem sic habet.

Diversitas specifi-
ca operationum quae in diversis magis partibus a viventi coefferentur, dari potest ab anima,
quae partes homogeneas possideat: 2^o ex ea diversitate heterogeneitas partium non recte concludi-
tur, atque adeo proprium adversariorum fundamentum nullius roboris est. praevis. 1^a mi-
ca, et indivisibilis pars sufficit ad diversitatem organorum radicandam, et ad eliciendas
operationes specificae diversas, ut comere est in homine cuius anima indivisibilis cum
sit valde diversas operationes in valde diversis organo a se coactis elicit: quid igitur, si
diversitas specifica operationum, quae in diversis magis partibus a viventi coefferentur, dari
possit ab anima, quae partes homogeneas possideat.

Probo e. idem ans: partes anime in
formantes carnem faciei, brachiorum, pectoris, et femorum eiusdem rationis, et homo.

homogeneas sunt; et tamen ab illis partibus exiguntur diversa organa, in quibus diver-
se operationes eduntur: quod ab una anima partes homogeneas habente valde diver-
ses in diversis magis partibus exerceri possunt. Et ratio a priori est: quod anima partes homo-
geneas possidens exigere valet, inter eas distribuere diversa temperamenta, et aliam ex illis
partibus esse in capite, aliam in pede, et sic de aliis; sed ab anima, que coigit et diversa tem-
peramenta et aliam sui partem in tali magis parte, et aliam in alia esse, exerceri possunt in
illis magis partibus operationes specificiter diver-
se: quod ex diversitate specifica operationum, que
in diversis magis partibus exerentur heterogeneitas partium animam integram
non recte concluditur. Contra liquet; utraque autem proportio animae rationalis, exemplo cla-
rescit: si enim una anima et indivisibilis integraliter pluribus animabus specie distinc-
tis in ordine ad eliciendas operationes diversas equivalere potest, et ad sua munia exerce-
nda, diversa temperamenta exigere valet, cur non idem habere queat anima illa,
que etsi integraliter composita sit, ex partibus homogeneis coalescat?

Nec quidquam adversa
viri prodest recurrit ad unionem animae rationalis cum corpore; que uno adstruitur
integraliter divisibilis, et partibus unionibus, sed heterogeneis constans. Nil, inquam,
recurrit iste adversarius fauet: tum, quod si anima rationalis specie, et numero eadem
postulare potest, et postulat uniones heterogeneas; cur non quaevis alia anima ex pluribus
partibus licet homogeneis constituta optinere valeat tum accidentia diversa, quibus
corporis organa continent, tum diversa temperamenta, mediis quibus diversas actiones
producat? tum, quod uno sicut et quatenus modo, ab extremis, que sunt specificatur; sed uno hu-
mana sunt extrema, que quoad speciem eadem sunt: si quidem anima rationalis eadem
numere est et una capitis specie non differt a una pedis et reliquorum membrorum.
quod non est, unde uno illa partibus specie diveris constans adstrui debeat. tum denique, quod
si tanta diversitas dispositionum et operationum, que in homine reperitur solius unionis
heterogeneitatem arguit similem heterogeneitatem tantummodo arguet diversitas ope-
rationum et dispositionum, que in aliis animalibus committitur.

2^a pro nostra avertione positiva
ratio, supposito (quod plures ex adversariis admittunt) nempe animam matris ad solius
generationem active concurrere, ita affirmatur. Vel sola pars animae equae, que facta matrem
in vtero contingit efficiunt producit omnes partes animae equinae, que in prima generatione
producentur, vel istae equae producentur ab omnibus partibus animae equae? si hoc tum dicitur,
conceditur omnes partes animae equae, eiusdem virtutis, et perfectionis, atque adeo homoge-

neas ee. Si enim oēs istę partes ad animam equi generandam eque immediate concurrunt, oēs et quęlibet earum habent equalem virtutem producendi operationes illas, quas oēs partes animę equi producere possunt, (quia plus est concurrere immediate ad animam equi producendam, quam posse elicere operationes illas, quę ab anima equi produci valent). Si autem oēs partes et quęlibet earum equalem virtutem productivam operationum habent, eiusdem rationis et homogeneę sunt. Si propter hoc dicatur, oēs partes animę equi sic concurrere ad oēs partes animę equi producendas, ut singulę ad singulas sed sibi similes concurrat, inferam: q̄ ab equa oculis carente, aut alio modo mutila non potest oriri equus oculatus et integer, quod certe experientis adversatur.

Si vero asseratur ^{sum} inferitur etiam satis clare, vel imperfectius tamquam causam adquatam, saltem in genere causę principalis, quidquam se perfectius producere, vel nunquamque vivens partem reliquarum omnis perfectionem in se continere, ac proinde oēs homogeneas et equales ee. Latet illatio: nam sola pars animę, quę fetus matrem contingit, vel quid imperfectius est tota anima fetus a se producta, vel continet perfectionem omnium illarum partium, quibus anima fetus coalescit, atque adeo equalis perfectionis cum ipsis erit. Quod si de illa parte ita discurre fas est, cur non eodem modo de reliquis partibus Philoſophari liceat?

3^a ratio etiam positiva pro assertionem nrā sic habet. Si anima bruti partes heterogeneas haberet, istę n̄ essent partes integrales, sed essentielles, atque id non conceditur, cum 2^a oēs simplicitas essentialis auctis animabus competat. q̄ nec dicendum est partes animę bruti heterogeneas ee. Probo sequē, tam. la. censetur pars essentialis, qua ablata ceterę permanant, essentia totius destruitur; ob id que maā et fra partes essentielles compositi dicuntur, q̄ qualibet ex illis deficiente ceterę permanerent, compositi essentia destrueretur. Contra, illa pars dicitur integralis, qua deficiente, si ceterę permanant totius essentia periret. Hanc ob causam manus 2^a pars integralis hominis est, q̄ nempe ea abscissa tota hominis essentia permanet. Nunc sic: si ab equi anima auferatur pars ocularis, et ista heterogenea seu diversę rationis ab aliis adstruatur ea anima cum tota sui essentia non permanebit, q̄ tunc visiva n̄ erit, cum tamen ee visivam ei essentielle sit. q̄ si partes animę equi heterogeneę adstruantur illę non integrantes animam, sed hanc essentialiter constituentes merito dicerentur.

hęc ratio: anima equi existens sine parte oculari heterogenea distinguitur specie ab aliis animabus equinis integris, et completis, a quibus non sic distinguebatur,

42
dum ipsa erat completa, et integra q̄ per ablationem illius partes mutarent euentiam, ac
proinde pars illa non ad integritatem, sed ad euentiam animę pertinebat. Abi rursus du
bium pr. Ut duę animę specie differant, satis est, quod una habeat intinsecam exigen
tiam, quarundam dispositionum et operationum, quarum alia nullam exigentiam obti
neat. Id ab aduersariis admittendum videtur: nam ex ipsis eo pars animę digitalis, ex
a parte animę capitalis specie recernitur, q̄ partes illę diuident penes exigentiam ali
quarum dispositionum, et operationum. Sed anima equi integra, et completa, ac proinde
diuidata diuidet ab anima, que parte oculari caret, penes exigentiam operationum,
et dispositionum. ocularium, quam profecto exigentiam illa obtinet, sequi sero ulla, si par
tes animę heterogeneę sint: q̄ anima equi existens sine parte oculari heterogenea ab
aliis animabus equinis integris et completis specie distinguitur. Ne q̄ id dicatur, te
nendum est, animę diuisibilis partes non heterogeneas, sed homogeneas ee.

Contrarium
tamen multipliciter suadere conantur aduersarii. 1.º infirmando iam nr̄am probationem,
qua illorum prosequum fundamentum impugnabamus. Arguunt itaque hoc pacto: totum
nequit aliquid exigere nisi ratione suarum partium; sed in nostra sententia nulla
est in animę pars, que in capite v̄g. existere cogat: q̄ nec ipsa anima id exigere valet,
que proinde diuersa temperamenta pro diuersis suis partibus non postulabit. Constat: si
nr̄a sententia vera est, nulla animę pars capitales dispositiones exoptulat: q̄ nec tota ani
ma eas cogit, hinc autem subinfertur: q̄ sicut nulli parti violentia fieret, quamvis ei
accidentia capitalia denegarentur, sic nec toti animę violenta erit ea denegatio.

Pro solu
tione huius Argumenti, et ut aliis ipsius contrastribus satis facias, nota 1.º, totam collecti
onem partium animę diuisibilis cogere Collectionem omnium dispositionum, que per
totum corpus parantur: cogit enim ea collectio ee id, quod ad operationes vitales eli
ciendas necessarium est, cui certe muneri oēs dispositiones, seu partes organice partem
corpus disperse necessarię sunt. Quoniam ea collectio partium animę sic eam dispositionum
Collectionem cogit, ut tantummodo exoptulet eam omnibus partibus distributione
accommoda conferri. Quandoquidem quoniam pars animę in capite existens, potuit ee in
pede, et e conuerso; ea pars non cogit capitis potius quam pedis dispositiones; id quod pari
ter de qualibet parte detrata dicendum est. Sed, q̄ tota anima oēs eas dispositiones
exoptulat, quęlibet pars totę animę easdem cogit.

Nunc nota 2.º quęlibet animę

partem duplicem exigentiam habere; alteram vagam respectu terminum, et aliam de-
 terminatam: exigit enim, aliquam sibi dispositionem, hanc vel illam donari, et exigit de-
 terminate totam collectionem dispositionum, que non sibi adquate, sed sibi, et aliis par-
 tibus concedatur. Nota 3.^o pro modo Des libere partem animi, que in capite est, in ca-
 pite existere, et cum capitis dispositionibus coniungi, sicut in sententia adversariorum,
 cum man. carit. disposita ad plures partes se oculans divisive suscipiendas, solus
 Deus determinat, quoniam ex illis partibus man. inferre debeat. Imo 2.^a ipsa pars
 anime, que brachium dextrum informat, ad ignem informandum, per memum Dei,
 libere dextratur, q.^{ia} ea non exigit potius brachium dextrum, quam sinistram info-
 mare; cum partes utriusque brachii homogenee sint, et ad quodvis informandum
 indiffra possent.

His notatis, ad argumentum, concessa maiori, distinguo minorem: nul-
 la est pars in anima, que detracte exeat, se in capite esse, concedo minorem, que exeat
 indetracte, se vel aliam in capite, existere, nego minorem, et sub eisdem terminis conce-
 do, aut nego consam. Constat solutio eo notatis. Ad comparationem similiter 7.^o distinguen-
 do ans: nulla anime pars capitales dispositiones exoptulat exigentia detracta, qua
 in eas sibi conferendas feratur, concedo: exigentia vaga, qua nempe toti anime, aut
 alicui huius parti eas deponat, nego ans; et distinguo cons eodem modo: q. nec tota ani-
 ma eas exiget, et alicui parti detracte conferendas, concedo: et conferendas huic, vel
 illi parti, quam Deus in man. capitali constituat, nego consam. Ad subillationem
 dico, denegationem accidentium capitalium non esse violentam alicui parti, qu-
 ando eadem alteri conferuntur; sedus vero si nulli conferantur. Unde nec toti a-
 nime violenta est eadem denegatio, si huic, vel illi parti divisim considerate fiat; erit
 autem violenta anime, si toti collectioni partium, aut istis collective consideratis
 efficiatur.

Solutio a nobis tradita, quam fortasse amplexentur adversarii, et simili
 argumento, quod adversus partes similes (et inveniatur a nobis est) eformari
 potest, satisfaciam; nostra inquam, solutio aptissimo exemplo consam valet. Hac
 Dytonis munus in aliqua. Civitate vacare, illud, que vni ex civibus (quos eque dig-
 no suppono) per suffragia conferendum est. In hoc euentu singuli, et cuncti Cives
 ius habent, ut eorum aliquis in Dytonem eligatur; tamen nulli in particulari
 ius habeat, ut ipse ad Dytonis honorem determinate promovatur. Unde nec illi
 privato, nec toti Civitati imputetur iniuria, eo quod hic et ille, et ille Civis exere

reatur, dummodo alter eorum concinibus diceretur, fieret tamen iniuria, et singulari-
tibus, et civitati universae, si eorum nemo, sed externus aliquis in posterum mu-
nus auumeretur. Pari modo in nostro casu discurre, et solutionem datam satis effica-
cem habebis.

Sed adhuc contra ipsam ita replicari potest: si illa efficax est, cur gan-
modo non dicimus, animam equinam non coigere sibi determinate eas disposi-
tiones, quas actu habet; sed indeterminate illas, vel quas leonis praeservat; sicut
anima capitalis dispositiones capitales sibi destrate non coigit, sed illas vel alias tra-
ge? R^o esse manifestum discrimen; quia cum anima equina nec sit eiusdem ra-
tionis cum anima leonina, nec cum ista nam per se eventum constituat, nulla
est ratio, cur asseratur, eam indifferentem esse ad dispositiones equinas, vel leo-
ninas; quin imo ratio est ad dicendum eam animam coigere destrate disposi-
tiones equinas, quae ad illius munia exercenda necessariae sunt, et nullo modo
leoninas, quibus ea necessitas non competit. At anima capitalis equi est eiusdem
rationis cum praedigitali pedali et reliquis, quae nam integram equi formam consti-
tuunt; atque adeo res istae ad nam per se eventum constituendam conspirant.
Unde nihil mirum, si quilibet ex istis dispositiones capitales, et res alias coi-
gat, in minus sibi destrate, saltem sibi, vel aliis; ita tamen ut quibus res equi
dispositiones collectivae sumptis coportulet, licet non omnes potulet sibi; sed sibi
aliquas, et reliquis partibus alias.

Jam vero pro heterogeneity statuenda utri-
us adversarii argumentantur. 1^o sic: leo, et equus distinguuntur specie: quod gan-
modo distinguuntur partes dissimilares eiusdem equi, nempe cor, oculi, et pedes;
sed partes istae non distinguuntur specie ratione magis: quod ita distinguuntur ratione
sua, quae primum ex partibus heterogeneis coalescit. sola 1^a contra tubia est; sed fa-
cile probatur: tam diverse sunt operationes, et dispositiones cordis, oculorum, et pedum
eiusdem equi, atque operationes, et dispositiones equi et leonis; sed ex diversitate ope-
rationum et dispositionum equi et leonis horum diversitas specifica arguitur:
quod ex simili diversitate, quae in corde et oculis eiusdem equi invenitur, hanc
partium diversitas specifica recte colligitur.

Hoc argumentum retorqueri potest
in adversario hoc pacto: si leonis et equi non solum specie distinguuntur sed etiam
sunt inter se inconnexae inimibiles, et ad nam etiam constituendam, nullatenus potest

et manū eas detracta expositulent; aliar animę illę specie inter se differunt, quod certe a veritate alienum est. Constat 2.^o q.^a anima S. Augustini semper habuit dispositiones valde diversas a dispositionibus hominis omnino rudis, ut vniuersales et alterius operationes intellectuales consideranti notum erit; et tamen neutra eorum illis animabus dispositiones, quę obtinuit determinate postulabat; alioqui una ab alia, specificè distingueretur. Constat 3.^o q.^a sicut oculus dexter semper coniungitur cum dispositionibus predicti oculi; et tamen vel se aduersarius eas detracta non exigit; sed eas vel alias, quę oculo sinistro insunt.

2.^o q.^a, quod pars animę capitis semper coniuncta sit cum dispositionibus ad capitis operationes, et non ad operationes pedis non provenire ex detracta illius exigentia, qua videlicet in eas dispositiones detracta progendeat; sed ex eo, quod anima vivens, ut pote quę tota in singulis organis non residet, sed per se unam partem in tali organo, et per se aliam in alio (penitus enim nunc, eam divisiibilem esse) exigit, ut, semel facta distributione suarum partium per organa, ille perpetuo sub talibus organis pererent; ne, si crebra mutatio fiat, ordo potentiarum, et operationum in confusionem abeat.

Ad contrariam nego animam; ad huius probationem nego maiorem, quin obstat ipsius probatio; nam ea sola potentia frustranea dicitur, quę ab intrinsicè habet, et ad actum non reducatur; secus vero illa, quę tantummodo ab extrinseco ab operatione impeditur; alioqui frustranea foret in homine omnino rudis potentia ad eliciendas operationes illas, quę a solo homine doctissimo, et sapientissimo eliciuntur. Jam vero pars animę capitis solus ab extrinseco habet, quod pedis operationes non eliciat; cum ei extrinsecum sit, cum pedis dispositionibus non coniungitur.

3.^o sic arguunt: si equus amittat virum, istum non recuperat; quod partes animę in eo remanentes non sunt eiusdem speciei cum parte deperdita. Contra: quod si eiusdem speciei forent, possent recuperare dispositiones viruales, sicut eas pars deperdita conservabat; et consequenter virum recuperare possent. Hoc argumentum patitur instantiam in homine, qui nunquam virum deperditum recuperat, tamen illius anima integra semper (est enim omnino simplex et immortalis) et invariata permanet; et in homine vidente viruales dispositiones conservat.

Ad negatam contra, nego pariter illius probationem: quod virum amittitur si qualitatum contrariorum, quę ita magis inhiere, et anima eas expellere nequeat, neque in earum consortio dispositiones ad virum sibi restituere. Illius autem doctrinę aliam rationem in presenti prestare non possumus, quam naturam qualitatum.

que eas dispositiones destrunt, que profecto nãa ab experientia ipsa colligitur: cernimus enim, quos, aut nullo modo, aut difficulter admodum recuenerare visum, tametsi cum eadem anima permaneant, et alias dispositiones recuenerare soleant. Unde clare constat, non stare penes animam, quod h̄ potius quam illi dispositiones recuenerentur; sed id ad nãam qualitatum, que dispositiones destrunt, reducendum eẽ.

Arguunt tandem: partes anima-
lis, que diuersum temperamentum sortitę sunt, agunt in se mutuo, et a nãali statu se se deiciunt, cor enim perpetuo calefacit cerebrum, et ab eo vicium refrigerat, et docet Artes lib. 2. de partibus animalium cap. 2; et aliunde experientia quotidiana demonstrat membrum affectum contagione aliqua alienum perradere; et a manu in brachium, a brachio in pectus, paulatim quandoque et quandoque citissime morbum serpere. Febris item, que est calor immodicus operationem ledens, a corde in reliquum corpus communi cari conuenit. Unde spiritus totius compositi dissolutio et mors euenit. Sed hęc partium actio mutua, et vnius partis actio, intuitu cuius alia a sua temperie remouetur, et compositi mors euenit, a sua parte homogeneas possidente provenire nequit; q̄ provenit a sua que ex partibus heterogeneis coalescat.

Non etiam argumentum in homine instanti am patitur, et certissimum est; illud que adremarii Ex toto non vitant: nam et si anima divisibilis partes heterogeneas possideat; ea tamen partium harmoniam, atque concordiam conciliare studet; et illius partes in commune totius corporis bonum, alijs alijs partibus calefaciendo refrigerando, humectando, et desiccando; ita ut alijs alijs partibus in officio sint. Duo q̄ titulo in se mutuo agunt, ita ut alia aliam a sua nativa temperie deiciat, et totius dissolutionem, atque mortem quandoque cauet. Et q̄ partes, que diuersum temperamentum sortitę sunt, licet in se mutuo agant; non tamen a nãali statu se dimovere, dum quilibet nãalem temperiem seruat; alioqui cum partium actiones a sua totius per se sint, sua et sibi (modo corruptibilis sit) et toti composito, interitum per se moliretur. Sunc igitur ita in se agunt, et se mutuo forçant, et alijs alijs partibus.

Quod si aliqua ex partibus extra nãalem statum constitutur, solet aliam a sua temperie deicere, et sibi et toti composito incommodum afferre; id tamen non s̄ partibus heterogeneis constanti, aut s̄ simpliciter totius compositi adscribi debet; sed qualitibus primis, quarum moderatione temperamentum constituitur, et tunc ea moderatione carent. Illarum autem qualitatum temperie deficiente, actiones partium animę interpellantur, seu animę

facultates, ne suum munus expleant impediuntur; et qualitates nocivae illam temperiem destruentes, confestim per arterias solent confluere, et in v. corpus spargi; sicque et partes a temperamento sibi debito deflectunt, et eadem compositi destructio cavatur. Dum autem temperaturae defectus cor (quod et vitae, et valetudinis fons est) occupat, et accidit duobus inmodico cor estuat; minus non est, si immodicus iste calor (ut de qualitatibus nocivis dicebamus) per arterias profluat, et in omne corpus diffundatur. Dij. 2^a de conceptu formali viventis, et vitae, et de potentiis animae in genere.

Disput. 2^a

De conceptu formali viventis, et vitae, et de potentiis animae in genere.

Quoniam, occasione derumpta ab illa voce vitam in animae definitione contenta, dicitur autem, et quidem latissime ab A. A. solet conceptus viventis, et vitae; in hac disputatione, quae tota fere de animae potentiis instituetur, conceptum illum, quem in precedenti non exponimus, breviter exponendum assumptum. Et itaque sectio 1^a conceptus formali viventis et vitae traditur, et solutione objectionum multiplici quae illatione illustratur.

Sectio 1^a

Conceptus formalis viventis, et vitae traditur, et solutione obiectorum, multiplici quae illatione illustratur.

Deum, Angelos, homines, equum, et reliqua animantia, imo, et plantas verera vivere communis tenet Philosophorum, atque Theologorum sensus, ut inquit E. P. et vel eo amobis dicitur liquidum est. Ea enim, quae anima praedita sunt, quid nisi vera vivant. Unde cum homo, equus, et alia animantia, atque etiam plantae anima gaudeant, vivere merito dicuntur. Deus autem et Angelus, licet anima careant, vitam tamen intellectivam, atque volitivam habent: quippe Angelus amorem, atque intellectionem elicit, et Deus perfectissime amat, atque perfectissime intelligit.

Licet hoc ita sit, Deus est dumtaxat intentionale vivens; plantae dumtaxat vivens physicum; reliqua vero intentionaliter, et physice vivunt. Ratio est: quod vivens intentionale illud dicitur, quod per aliquos actus sic vivit, et illud physice non producat, cum tamen per ipsos intentionaliter tendat, hoc est vel

cognoscat vel amet; quod certe Deo re vera competit: nam intellectio, et volitio Divina modo intentionali tendunt; cum tamen physice non producantur; quoniam talis productio relate ad predicata absoluta, a Divinis exultat. Vivens autem physicum illud est, quod dum vitæ munia exerceat, aliquid physice producat, quod itaque competit plantis: hæc enim dum augescunt re vera aliquid producant; cum interim omni tendenti intentionalis expertes sint; atque adeo vita tantummodo physica gaudent.

Nunc, cum Angelus, homo, et alia animalia vitaliter operari possint, aliquid producendo (nam Angelus et homo suas intellectiones et amores physice eliciunt; et animal dum se nutrit, re vera aliquid operatur) vivencia physica dicuntur; et q^a aliunde Angelus, et homo, et alia animalia perceptivæ, aut prosecutivæ in obta feruntur, vivencia intentionalia appellantur. Unde obiter vides, vitam aliam esse physicam, quæ videlicet productionem, aut potestatem physice productivam importat; aliam intentionalem; quæ solum importat modum quemdam tendendi intentionalem, perceptivum aut prosecutivum obta.

Jam vero quamquam P. Arriaga, et Synce existimant impossibilem esse conceptum et viventis et vitæ, qui omnibus viventibus et omni vitæ univoce conveniat; horum tamen opinio falsa ceteris censetur, eiusque falsitas assignatione talis conceptus liquido constabit. q^o omnium innumeris definitionibus viventis et vitæ, quæ a P. assignari solent, et quas referre, et impugnare, nec vacat, nec con-
 venit; vivens ita definiendum est, quod non solum ante sed etiam et maxime post statum sui connaturalem obtentum potest se actuare immanenter ex propria determinatione, et exigentia se actuandi. Vita autem sic exponenda est actus immanens rei potenti ex propria detractione et exigentia se actuare, habito etiam connaturali statu. Sic quoad rem ipsam E. D. d. 30 metaph. sect. 12 n. 2, P. Molina, Valencia For. Seca, Siletus, Paezquez, Elizalda, Obiedo, et plurimi ex P.

Antequam harum explicationum rectitudinem comprobem, adverto 1^o tunc dici rem in suo naturali statu constitutam, dum omnes illas perfectiones obtinet sine quibus, aut existeret non potest, aut, si existat violenter, vel miraculose exortet. Adverto 2^o actionem aliam esse immanentem, transcurrentem aliam. Immanens est, quæ in eodem agente, a quo oritur, manet, ut nutritio, sensatio, atque intellectio manent in planta, bruto, et homine, a quibus physice eliciuntur. Nunc q^a intellectio, et volitio Divina in Deo manent, seu (ut aptius loquar) cum Deo identificantur, actiones immanentes, aut melius operationes et actus Dei imma-

manentes dicuntur. Actio transiens est illa, quae in agente non permanet, sed ad
subiectum extraneum transit, ut calefactio, quae ignis aquam calefacit; quae certe actio, licet
ab igne oriatur, in igne non remanet, sed ad aquam transmigrat.

His notatis, proinde
tantum explicationum bonitas liquet. 1. q. utraque et vivens et vitam explicat per con-
ceptum illum, qui 1. occurrit, audito hoc nomine Vivens et hoc nomine Vita. Do-
fecto adeo commune vobis est sub Vivens nomine intelligere principium sese actuum
etiam per obtentas perfectiones sibi debitas; et sub nomine Vitae operationem illam et ac-
tum, quo suggestum se immanenter actuat, et cum, qui hoc proterrus negarent, re-
linquendum te moneat E. D. lib. 1. de anim. c. 4. n. 12. tamquam contendendam de voce
contra communem usum eiusdem vocis.

Purior illorum explicationum bonitas est, quae
quod optime quadrent omni et soli viventi, et omni et soli vitae conveniant. Nam in 1.
conveniunt plantis et harum operationibus vitalibus: nam plantae per acceptum a 1. gene-
rante statum illum, qui sufficit, ut naturaliter existant, ex se ipsis aluntur, et augentur, at-
que adeo immanenter actuantur. Unde et vegetatio, quae inter operationes vitales infi-
mum gradum obtinet, immanenter plantis, eas quae ut statum communalem habentes, ex
propria debita, et exigentia actuat. Conveniunt ulterius brutis: ista enim constituta
iam in perfectione sibi naturali debita, ulteriorem sibi perfectionem comparant, se-
nutriendo nonnulla cognoscendo, videndo, et appetendo. Unde nutritiones, cognitiones,
visiones, et appetitiones sunt actus, qui in eis ut habentibus proprietates suas debitas
immanent. Conveniunt etiam homini, qui ut constitutus in statu sibi naturali,
praedictis actionibus, atque etiam intellectionibus, se actuare solet. Conveniunt quoque An-
gelis, qui se actuare et exercere postulant per cognitiones, quae ad ipsorum communalem
statum non pertineant. Denique Deo conveniunt: si quidem Deus, ut intellectivus, et ut
volitivus, ex propria exigentia se actuare valet per actus contingentes intelligendi, et
amandi, qui ad ipsius communalem statum non spectant.

Immo (ut quasdam obiectiones
procurges) vitae explicatio a nobis tradita competit 1. cognitioni, quae Angelus se ipsum
cognoscit; et etiam cognitioni, et volitioni Divinis necessariis: nam, licet illa cognitio,
ut patet quae Angeli propria passio censetur, illum in statu naturali constituat; et similiter
tamen non eo titulo, cognitio et volitio Divinae necessariae ad Dei statum commu-
nalem spectant; sunt tamen actus immanentes rei, quae ex propria determinatione.

atque exigentia se actuare valet, ut in statu naturali constituta: Quandoquidem Angelus per alias cognitiones distinctas a prima cognitione sui eo propria exigentia se exercere potest; et etiam, ut proxime dicebamus, Deus, ut intellectivus, et ut volitivus, constitutus iam in naturali statu per cognitionem, et amorem naturam, potest eo propria exigentia se actuare per cognitiones, et volitiones contingentes, quae ad ipsius naturalem statum non pertinent.

Præterea nostrae definitiones soli viventi, et soli viæ conveniunt: nam omnia et levia quae solum se ab intrinseco movent, quando sunt extra locum naturalem, quo obtento conquiescunt; atque adeo motus sursum, et deorsum non sunt actus immanentes rei, quae habito naturali statu, se per eos motus actuare exigat. Ad hæc, licet oes subitas immanenter operentur dum suas proprietates eliciunt, eis tamen semel habitis, iam amplius se ab intrinseco non movent. Quod et si aqua immanenter producat frigiditatem, hanc quae, si deperdita sit, recuperare conatur; post illam tamen productam, aut recuperatam ab omni motu intrinseco prorsus cessat, quod solum intendit, eam sibi possidere, et statum naturalem obtineat, non rem ut aliquam perfectionem non necessariam sibi conciliet. Pariter, licet anima ab intrinseco eliciat suas potestates, si hæc ab illa distinguantur, hæc tamen operatio non est actus immanens animae potenti se actuare; sed potius eam in esse potentis se actuare in insinuata sententia constituit. Unde soli viventi, et soli viæ expositiones a nobis traditae conveniunt; ac proinde conceptus viventi, et viæ expositus amplectendus est.

Ille tamen nonnullis objectionibus impeti solet, quas solvere oportet, ut illustrior evadat. opponitur quod 1. ignis in statu naturali constitutus se ipsum auget convertendo in se materiam sibi approximatum, eam quae sibi vivendo per actionem, quae in ipso manet, et quae aggeneratio dici solet, et tamen nec ignis vivens est, nec aggeneratio est actio vitalis. quod nec ratio viventi, nec viæ ratio recte explicata est: nego constam: nam ut eo nostris definitionibus patet, viventi, eo propria detractione, et exigentia se actuandi nostram sibi perfectionem comparat, aut comparare potest; et actus vitalis rei sic operanti immanere debet. Atqui licet ignis nostram sibi materiam vivat, id non exequitur eo propria detractione et exigentia se immanenter actuandi: nam cum eisdem dispositionibus subiectum extraneum actuaret, illud scilicet augendo, si non illud potius quam ab se materia combustibilis apponeretur. Ignis quod non vivit, nec illius aggeneratio vitalis est, quod et si ista in ipso maneat, rei vitali operanti non immanet. Nunc licet ignis quodammodo nutri videatur, quia

maam devorat, et tamquam ex alimenti decoctione fumum exhalat; ne ipsa non nutritur: quoniam rem nutritio fit, attracto intus alimento per attractionem, et decoctionem virtutem Animi, qua ignis caret.

Sed replicari potest: unio continuativa cum materia approximata producit ab igne per agnationem ex propria detractione, et coigentia: quoniam talis unio nec divinitus valet in subto extraneo, produci: quod si nostra coaglatio recta est, ea agneratio vitalis erit. Dico autem: producit ex propria determinatione et exigentia ignis potius immanenter, quam transeunter operari, nego autem: ex propria detractone et exigentia uniois suo extremo essentialiter affici, concedo autem: sed nego contra, nam pro vitalitatis ratione potius ad coigentiam principii immanenter operantis, quam ad coigentiam termini cum principia essentialiter affici attendi debet.

Item et immediate replicari potest: quod supernaturalis intellectio vitalis non est respectu intellectus nostri. Et contra: licet intellectus noster intellectionem supernaturalem eliciat; cum tamen non exoptulat, sed pro vitalitatis ratione ad principii coigentiam contra nos attendi debet: quod nego ^{nam} contra; ad cuius probationem distinguo maiorem: cum non exoptulat, ita ut absolute in ignem feratur, concedo maiorem: cum non exoptulat, ita ut si eam eliciat non cogit illam immanenter elicere, nego maiorem; et distingo minorem: ad coigentiam principii absolute postulantis elicere actionem pro huius vitalitate attendi debet, nego minorem: ad coigentiam principii postulantis per talem actionem ^(si eam eliciat) immanenter se actuare, concedo minorem; sed nego contra: nam vel intellectio supernaturalis est ab intellectu nostro postulanti (casu quo eam eliciat) sed per illam immanenter actuare; quod sola coigentia principii pro actus vitalitate attendenda est; alioqui voluntas, quae non postulat detrate et absolute amorem naturalem elicere, tamen cogit, se per illum (sub conditione, quod a se eliciatur) immanenter actuare, per talem amorem non viveret.

Opponitur 2^o.
Animalia, quae per spiritudinem statum naturalem amiserunt, illum multiplici actione recuperare conantur, erectione scilicet illarum qualitatum, quae ea propria temperie destituerunt, et acquisitione aliarum qualitatum, quibus se ad primum sibi quae congruum statum reducant; et tamen actiones istae vitales sunt: quod actiones, quae contra statum naturalem ab animalibus eliciuntur, vitalitate pollent. Concedo totum; sed quid inde? cum a nobis dictum non sit, illam solum actionem vitalem esse, quae a principio statum congruum habente, ortum ducit; sed solum omnem actionem vitalem esse immanenter

rei que post talem statum obtentum per alias similes actiones, se valet actuare, id quod propriis actionibus se vera competat. nam et in animali eas elocenti manebit, et similes sunt aliis actibus, quo animal in statu naturali constitutum cadere potest; illud enim, dum statum naturalem obtinet, expellere a se potest nocivas qualitates, que morbo invadere solent; et sibi comparare salutifera accidentia, quibus nocivam qualitatum vi resistat, et suam incolumitatem serret.

Opponitur 3^o argentum vivum quod hinc inde a quoque dicitur in statu naturali constitutum se movet ab intinseco, et inquietus. illius motus convincit: aqua etiam dum statum naturalem obtinet, sursum movetur, et vacuum vitet; et tamen motus isti vitales non sunt: q^o explicatio a nobis tradita recta non est. 1^o motum illum irregularem argenti vivi non esse ab illo, et statum sibi naturalem possidenti, sed potius ut illum queritanti; nam, ut optime nonnulli RR^o discernunt duo debentur argenti vivo ratione naturae, quam obtinuit: alterius locus inferior subter alia corpora: gaudet enim gravitate, et quidem maxima inter omnia metalla si aurum excipias. Aliter suam partium colligatio ut ille contrariis fortius resistant. Ratione huius proprietatis in modum globuli colligitur; quoniam globuli figura maxime conducit ut partes magis inter se uniantur: sicut enim aquae guttuli cadentes in terram globuli figuram induunt, et scilicet magis uniantur, sic que pulveris, aut alterius corporis siccis contactum fugiant. Quoniam gravitas argenti vivi cum huius fluiditate coniuncta globi figuram facile dissolvit, singulis eius partibus gravitantibus in centrum; et q^o dum illud concidit, tangit qualitates contrarias, eas attrahens, iterum attollitur. Nihil provenit continuus, fere ac inquietus argenti vivi motus, a quo cessaret, si locum sibi naturalem obtineret.

Quod ad motum attinet, quo aqua sursum ascendit ad vitandum vacuum, eo dictis in physica constat, vero similis esse, talem motum non provenire ab aqua, sed ab agente extrinseco, quod impellit corpus, in cuius locum aqua succedit. Motus autem ventorum, fulminum, et cometarum (qui nobis etiam opponi solet) si ea a loco debito, et naturali extrahat, non ab intinseco, sed ab extrinseco provenit, et in tractatu de meteoris RR^o sequenter docent. q^o conceptus viventi, et vite a nobis assignatus obiectionum solutione perspicuus evadit.

Et tamen illustrandus adhuc multiplici illatione, quarum 1^a RR^o, ille vivens est non modo respectu viventium creatorum, sed etiam respectu Dei: quo

quoniam ratio per ipsum significata si viventi creato, atque etiam Deo, et omni
vitz etiam Divinis competit. Tum aliunde conceptus ille viventium, aut vitz diffin
n exprimat. Inferitur 2^o, conceptum vitz a nobis expositum soli vitz in actu 2^o compe
tore. In huius intelligentia advenit, prout vitam substantialem, que est id, a quo ut
e fonte vitales operationes vitaliter dimanant, qualis est in homine rationalis anima,
et in reliquis viventibus propria illorum fra, que vita in actu 1^o. dicitur convenit, aliam
esse vitam accidentalem, que duplex adstrui solet: alia enim virtualis, aut vita in ac
tu 1^o dicitur, et alia actualis aut in actu 2^o. 1^a est illa, que vitz substantiali
advenit, et eadem administra ad vitales operationes qua tales elicendas. Huiusmodi
convenit pro illo, que vitales appellamus intellectus nimirum, et voluntas s ab ani
ma realiter distinguantur. Vita actualis, et in actu 2^o est ipsa operatio vitalis, a sub
stantia viventi procedens, et in ipsa manens. Tales sunt intellectio, et volitio que ab
solute nomine vitz actualis donantur, et quibus solis (dummodo similes operationes
comprehendas) vitz definitio competit, et eam consideranti patebit.

Hinc inferitur 3^o.
rationem vitz in actu 1^o. (sive hęc substantialis sive accidentalis dicatur) omni sub
stantię viventi creato convenire; sed ita ut 1^a. 2^a oēs tali substantię conveniat, cum hu
iusmodi substantię operationes vitales elicere valeat; secunda vero dumtaxat in sententia
eorum, qui potas ab anima distinguunt; q^a in tali sententia nequeunt non quodammo
do advenire tales pot, quibus ad vitz munia exercenda iuvetur, vel a quibus, et a tota
ratione agendi actiones vitales prodeant. Dixi, omni substantię creato viventi: nam Deo
nec vita in actu 1^o accidentalis convenit, cum oia accidentia a Divinis exsulent; nec co
flures Theologos vita in actu 1^o substantialis, competere valet: existimant enim, via attri
buta Divina fraliter identificari; atque adeo denegant Deo, omnem rationem pot, na
dicit, aut principii, etiam virtualis respectu intellectiois, et amons; qui certe actus ideo
Dei vita perfectissima sunt, q^a sunt a Deo viventi, et a plenissima differentia eveni
sunt que operationes summe intinveq Deo per summam inclusionem fralem, et idem
tatem cum ipso.

Inferitur 2^o nec species, nec habitus vitales ee, que illatio dupliciter in
telligenda est. 1^o ita ut vitaliter non producantur 2^o ita ut vitaliter n producant. Et in 1^o
species non producantur vitaliter, q^a vel infunduntur a Deo, vel ab objectis producantur.
q^a cum, nec in Deo nec in objectis maneat, immanenter non sunt, atque adeo nec
vitaliter. Quod si intellectus species spirituales elicit, et illy in intellectu maneat, cum

tamen eas non producat, ut iam potens se actuare per intellectiones, sed potius per ipsas
 constituitur, in ratione potentis se per intellectiones actuare, species vitales non sunt, seu
 vitalitas non producuntur, ut de potentis ab anima distinctis dicebamus. Exterea species
 non operantur vitalitas, quod licet ad intellectionem vitalem concurrant, intellectio in eis non ma-
 net: quod talem intellectionem immanenter non producant, ac proinde per eam vitalitas non
 operantur.

Eodem modo de habitibus philosophandum est, nam vel isti sunt acquisiti, et
 ita ab obitu in quibus non manent eliciuntur; vel sunt infusi atque ita a solo Deo, in quo
 non manent vitam habent: quod nunquam producantur immanenter. Exterea habitus sic
 concurrunt active ad elicientiam actuum ut rationem principii parvi relate ad eos non
 obtineant: quod non operantur actus, qui in eis manent, ac proinde vitalitas non operantur.

Nec

obstat habitus quodammodo supplere concursum potentis vitalis, que utique presente habitu,
 minorem comatum adhibet, quam si habitu destitueretur. Non, inquam, id obstat: nam
 idem etiam obtinet species, siquidem dum huc intensior est minorem comatum ad eius
 presentiam, quam ea absente potest exhibere) et tamen species vitalitas operans non dicitur. huc
 paritas maxime arguet Aristoteles, qui ex una parte vitalitatem speciebus denegant; cum
 ex alia eam concedant habitibus, ut tueantur totam rationem elicienti actus vitales
 supernaturales in habitibus residere. Maxime, inquam, Aristoteles arguet: nam si ipsa ideo spe-
 cies vitalitas non operantur, quod et immittuntur ab obitu et huius nomine operationes edunt.
 Atqui etiam habitus infunduntur a Deo, ut de habitibus supernaturalibus extra dubium
 est, et aliunde hi habitus Dei nomine operantur: nam Deus operum supernaturalium potentis
 aique author et causa principalis existit: quod nec habitus supernaturales rationem principii vi-
 talitas operantis obtinent.

Inferatur 5. initionem, seu actionem qua Ramus Arbori in-
 sentur, vitalem non esse; quod ea actio non fit ab arbore, que augetur; nec ita augetur per in-
 itionem ipsam, sed vnicie per actionem, qua producit in se unionem continuativam
 cum ipso ramo, que proinde actio vitalis est. Inferatur 6. actionem nutritivam qua ali-
 mentum alteratur, vel qua in alimenti materia forma introducit, vitalem non esse; quia
 illae actiones non manent in substantia, que earum elicit, sed ad materiam alimenti, quae aut san-
 guinis transeunt. Est tamen vitalis actio illa, qua substantia vivens producit unionem
 continuativam sui cum materia atque substantia, que de novo ab ea comparantur, quod illa
 actio in substantia se nutriente manet.

Infertur ultimo actionem progressivam esse vitalem, atque adeo potestatem locomotivam esse
 viventem in actu 1^o; q^{uod} licet vocatio, quae per motum progressivum acquiritur, ab exobi-
 reco esse valeat; tamen actio illa per se immanens est, et oritur ab anima et status
 sibi commensurabilem providente, ita tenet communis sententia, etsi oppositum tueantur
 Ariaga et Reynado, et nonnulli. Quos qui censent potestatem locomotivam solum arguere
 de vitalem esse; et eadem, sed proportionata vitalitate motum progressivum gaudere.
 Honorum ratio est: q^{uod} potestatem locomotivam se actuare solet per vocationem non a se, sed a vo-
 luntate imperatam; ita ut nisi voluntatis imperium accedat, motus, qui factus dicitur,
 vitalis esse non sit: q^{uod} motus solum denominative a voluntatis imperio vitalis est:
 q^{uod} motus, et potestatem illum eliciens non sunt formaliter vitales, sed solum arguuntur et per
 modum signi loquere ut volens. Sectio 2^a utrumne animae potestates ab ea distinguan-
 tur, an non?

Sectio 2^a

Utrumne animae potentiae ab ea distinguantur, an non?

Eti in proposita questione ea sit sententiarum varietas, ut decem vel duodecim enu-
 merentur ab E. D. et L. Comptono; tres tamen celeberrimas in scholis habentur: 1^a est
 Thomistarum omnium, qui tenent potestates ab anima realiter adaequate distingui, hoc
 est, totam virtutem immediate elicivam actuum vitalium in accidentibus ab
 anima distinctis consistere censent. 2^a e regione docet, totum immediatum princi-
 pium operationum vitalium in anima consistere. Unde et hanc sententiam animae
 potestates nec inadaequate realiter ab ea distinguuntur. Hanc tenent: Nominales Scoti,
 et nostrorum plurimi. Tertium inter utramque media adstruit quidem potestates, si-
 peradatas, at non nisi tamquam instrumentarias virtutes quibus anima iubetur,
 ad eliciendas operationes vitales, quas anima ipsa principaliter, et immediate imme-
 diatione virtutis edit; et hoc vocat potestates inadaequate ab anima distingui. Sic sentiunt
 E. D. et L. Scholae Valenciae et Sazguera, quibus adhaerent Quinos et plurimi. Haec
 ultima sententia amplectenda est; sed quoniam duplicem partem continet, duplici
 est avertione statuenda, quarum 1^a prorens sectio praestabit, missa alia ad sectio-
 nem aliam.

Lib. itaque 1^a avertio animae potestates ab ea realiter adaequate non differunt,
 seu aliter terminis anima per se et immediate in immediate

inadequate et minimum in actus vitales influunt. Ita *Phil' prim' 2^o et tertio sententia*
 contra *Thomas: Hic* avertio probari in 1^o ponet eis argumentis, quibus substantiam esse non
 mediate operativam in physica statuimus: si enim semel concedatur substantiis ac-
 tività immediata, nihil est cur similis activitas animę denegetur; eo vel maxime,
 q^o anima (et eo *Arle* dicebamus) est id quo vivimus, sentimus, et i^o intelligimus; et
 aliunde multo nobilior est aliis substantiis incompletis, et magis, aut eque propo-
 rta cum suis actibus, ac quævis alia substantia cum suis.

Eis tamen argumentis omnibus
 p^o avertio n^{ra} aliis specialibus rationibus, quas etiam in physica attigimus, vbi de
 p^oa obedientiali questionem instituebamus. 1^a sic offerretur. Actus vitalis, et talis ori-
 tur immediate ab anima tamquam a virtute saltem partiali q^o anima influunt im-
 mediate, saltem inadequate in suos actus vitales. Prob^o ans: actus vitalis, et talis ori-
 ri nequit immediate tamquam a virtute, a potentia, nisi p^o hęc animę inheret:
 q^o actus vitalis et talis oriatur immediate ab ipsa anima tamquam a virtute sal-
 tem partiali. ans concedit ab adversariis: avertentibus apud Collegium *Philom.* lib 2.
 de anima q^o 3. p^oa divinitus separatas ab anima (quam separationem possibilem
 esse plerique fatentur) nec divinitus posse vitales operari: q^o actus vitalis et talis ne-
 quit oriiri immediate, tamquam a virtute a p^oa, nisi p^o hęc animę inheret.

Jam
 vero contra dupliciter p^o sic: si anima non esset virtus saltem partialis, actus vita-
Propterea, et si ea propositio maior absolute concederetur, est clara disparitas inter actus immanentes subitas inanimatas, et actus, qui in subitanea animata remanent. Et enim omnes actus immanentes subitas inanimatas (secundis illis, quibus corpora gravia deorsum feruntur, et levia sursum, ad quos eliciendos radicant accidentia a se distincta) sunt opera omnes, quibus proprietates ab eorum essentia manant. Tales sunt actus, quibus ignis calorem in se producit, et aqua producit in se frigiditatem: huiusmodi actus a solis substantiis proficiuntur, quod si ad eos eliciendos opus haberent adiectiva facultate non esset, cur haec facultas eorum substantiarum proprietates non esset. Unde proprietates ope alterius proprietatis a substantiis oriuntur: et haec proprietates ad sui ortum, alterius proprietatis ministerio egeret, et ita sine fine. At vero actus vitales animae sic in ista manent, et eiusdem proprietates non sunt, quin potius eam in statu connaturali exsistentem supponant. Quo circa adveniunt animae actualiter proprio in aliquibus accidentibus invariabilibus, quibus in tali statu constituitur, et quorum ministerio actiones vitales obit.

Insurgens 4^o intellectus, et voluntas nec inadeguate ab anima distinguuntur: quod nullae sunt rationes, quae ab anima vel inadeguate differant. probatur autem 1^o si intellectus et voluntas vel inadeguate ab anima distinguerentur, voluntas non eliceret cognitionem: quod nec eliceret amorem; quod principium amorem eliciens, cognitionem elicere debet. 2^o data ea distinctione, intellectus, et voluntas extra animam divinitus conservari possent; si autem possent esse extra animam, possent etiam ita spectare vitales operationes producere, atque adeo intellectus intelligere, et voluntas amare; quod est absurdum.

Ad hoc argumentum nego ans; ad cuius primam probationem concesso autem de voluntate accidentali, distinguo conis: quod voluntas subitanea amorem non eliceret, nego contra: voluntas accidentalis amorem non eliceret, subditivus conis non eliceret instrumentaliter amorem, nego contra: non eliceret ipsum principaliter, concesso contra,

Sed quid inde, cum principium principaliter eliciens amorem, eodem modo cognitionem eliciat? Si hinc inferas: quod voluntas non aliter elicit amorem, quam habitus iuvans animam eundem edat; ac proinde sicut habitus animae potest non dicitur, nec talis dicitur voluntas relata ad animam. Si inquam ita dicatur, concessa contra, subillationem negabo: nam voluntas, quam animae superaddimus, eam invariabiliter perficit, ipsam semper comitatur, et ab ea tamquam proprietate dimanat. Nihil horum competit habitui, ac proinde nihil mirum, si voluntas per habitum potest nomine donetur.

Ad 2^{am} probationem vero intellectum, et voluntatem, et si ex ea animam conservari valeant, non posse vitales operationes producere: sunt enim operationes vitales, ut initio huius disputationis dicebamus actus immanentes rei, quae in statu naturali constituta se valet actuare. Unde cum in eo eventu intellectus, et voluntas talem statum non haberent, nec etiam aliquos elicerent actus, illum obtenturi event, ideo vitales actus elicere non valerent. Sectio 5^a duplex dubium circa potestatem resolvitur, et quodnam sit subiectum actuum vitalium declaratur.

Sectio 5^a Duplex dubium circa potestatem resolvitur, et quodnam sit subiectum actuum vitalium declaratur.

Dubitatur 1^o, in quo sit sint potestates illae, seu facultates vitales, quibus anima iuratur ad operandum vitaliter? 2^o potestates spirituales esse accidentia, seu spirituales qualitates, quae perpetuo comitantur animam, eamque siue in corpore existentem, siue a corpore abeuntem ad intelligendum et amandum coadiuvant; potestates vero materiales esse quaedam accidentia, quae partium organicarum sunt, seu per quae organa in esse talium constituntur. Dicuntur partes organicae illae corporis partes, quae peculiari aliquo officio destinatae sunt, vel uti cor, cerebrum, et manus. His perfectis partibus quaedam peculiarissima accidentia insunt, quibus anima ad materiales operationes vitales eliciendas, ut instrumentis utitur. 1^a resolutionis pars supposita distinctione potestatum ab anima probatione non indiget.

2^a rem inde patet, quod accidentia illa exiguntur ab anima, et vitaliter materialiter operetur: est quod ad sic operandum ut instrumentis utitur, ac proinde talia accidentia rationem potestatis materialis obtinent. per consuetudinem: ea accidentia existunt per se priora ad actus materiales vitales, et cum istis ut pote materialibus proportionem habent: quid ergo nisi dum ab anima exiguntur, est ut instrumentis uti valeat? eo vel maxime quod ad vitaliter operandum ab anima elevari possunt, sicut species et habitus ad opera vitalia elicienda, ab eadem anima ele-

elevantur, et aliunde, dum illa accidentia deficiunt, vitales operationes materiales non peraguntur, ut in anima separata cernere est: illa enim ideo in eo statu materialiter vitaliter non operatur, quia instrumentis, et concursibus partialibus ad sic operandum, in separationis statu deserviuntur.

Nunc dum sectione 3. dicendumur, animam deferre secum potestates materiales, procedebamus in sententia eorum, qui censent, potestates nullo modo realiter ab anima differre; sed dicitur tunc at eandem animam, quatenus ad diversos actus comparatam, diversa nomina sortiri. Unde quemadmodum in tali sententia ideo proprie potestates spirituales animam a corpore absentem comitantur, quia huiusmodi potestates ab anima re ipsa non distinguuntur, sic anima ideo dum taxat materiales potestates secum defert, quia unum quid reale cum ipsis est.

Dubitatur 2. quoniam, et

quotuplex sit causa potentiarum? R. solum animam sortiri triplex genus cause respectu potentiarum spiritualium; videlicet genus cause efficientis, finalis, et materialis. Sortitur anima causalitatem efficientis, quia potestates spirituales ex se active fundit, sicut quævis eventia suas passionis in se producit. Finalis - quia potestates sunt propter animam et propter finem cui a natura destinantur. Materialis, quia ipsas in se recipit, ac sustinet; id que sine materia consortio: sunt enim immateriales, atque adeo a materia eleuantur, et extra illam in statu separationis cum sola anima perseverant. Dicitur potestatum spiritualium: nam animæ potestates materiales, in 1. instanti sui productionis a generante efficiuntur, licet deinceps ab ipsa anima conserventur. Unde in omnibus instantibus non obtinet anima rationem cause efficientis respectu potestatum materialium. Harum tamen causalitatem finalem semper sortitur, quia anima semper est finis, propter quem natura tantam membrorum varietatem, et organorum distinctionem effingit.

Ad hæc potestates materiales in

nuda anima non recipiuntur, sed indivisibilitate in toto corpore animato Ratio, cur in sola anima non recipiantur, hæc est; quia alioquin illæ materiales non essent; quoniam nullam dependentiam a materia obtinerent. Accedit, quia si, vel potestates materiales in sola anima subiectarentur, nullæ essent potestates, quæ id non haberent. Id autem est contra. Artem qui docet, potestatum quasdam esse organicas, id est organice corporis inherentes, et quasdam organicas non esse. Ratio vero, cur in toto corpore animato potestates materiales recipiantur, hæc est, quia hæc potestates titulo materialitatis a materia dependent, et aliunde titulo proprietatis et facultatis vitalis animam perficere debent: Equum ergo est, ut in utraque recipiantur. Excipit tamen 1. generantis instans, pro quo materiales potestates in anima recipi nequeunt, ne inter ipsas mutua prioritas.

Queritur tam, quodnam sit subiectus

EX
cui actus vitales inherant. R. 1.º actus vitales spirituales in sola anima subiectantur.
Ratio est: q.º si in maa recipiantur, ab ea intrinsicè dependenter; quæ certe dependentia cum
eorum actuum spiritualitate non stat. Experientia in potentiis superadditis ñ recipiuntur: p.º
namque per illa ñ vivunt; viverent autem, si et eos producerent (et re vera ea instrumen-
taliter produciunt) atque reigerent. Reliquum q.º est, ut in sola anima recipiantur.

R. 2.º actus
vitales maaales in toto corpore animato, id est in anima simul et maa subiectantur. Ratio est
q.º ubi recipitur p.º, ibi eius actus immanens, et vitalis subiectatur; sed p.º maaales in toto
corpore animato recipiuntur: q.º et in toto corpore animato actus vitales maaales subiectantur.
Accedit, quod si tales actus in sola anima subiectarentur, nec recte docuisset Aristes, sentire
ñ esse solius anime, sed esse motum anime per corpus, seu totius compositi motum; nec
aliunde actus isti maaales forent. Si vero in sola maa recipiantur, quo pacto anima per
eos actus immediate, et formaliter viveret? Sane ad hunc effectum ñ sufficit actus vitales
agere, alioqui vel habitus, et causa 1.º, quæ ad elicitionem actuum vitalium effectiue concur-
runt, per tales actus formaliter viverent.

Item maaales actus in sola maa recipi, multis sua-
dere conatur P. Muntado, qui 1.º ita arguit: in sola maa subiectatur fr.º substantialis maaalis:
q.º et in ea sola actus maaales subiectantur; eo vel maxime, q.º tales actus fr.º substantialis perfectio-
nem ñ attingunt. Concesso anti, nego consequam, cuius inserta probatio inefficax est: non enim va-
let, hęc entitas recipit perfectius: q.º et imperfectius; sicut ñ valet, homo producit alium hominem,
qui utique suis proprietatibus perfectior est: q.º et alterius proprietates producit: q.º ideo fr.º substantialis
in sola maa recipitur, q.º solius maa actus est; at actus maaales ñ actuant vice maaam, sed
p.º anime, quam viventem strictè, et immediate reddunt.

Sed respondit idem Author
hoc vltimum eē falsum: q.º quidem ñ anima, sed totus homo v.º. et qui potissimum denomi-
natur vivens, quam p.ºfecto denominationem sortietur, per id p.ºprie, quod anima eliciat
maaales actus, et isti in maa recipiantur. Contra tamen est: q.º implicat, aliquod totum denomi-
nari formaliter vivens nisi ratione alicuius partis formaliter viventis; sicut implicat denominari
formaliter calidum, corporeum, intelligens, nisi ratione alicuius partis formaliter calide, corporee, et
intelligentis; sed corpus ñ est formaliter vivens, et agud oēs certum est: q.º anima formaliter vivens eē
debet. Atqui talis ñ erit, nisi actus vitales maaales immediate suscipiat, et consequens viventis per-
pendenti liquido constabit: igitur anima tales actus immediate suscipiet.

Arguit 2.º: ni hili

Spirituale potest adhuc inadquate in materia substantia subiectari: & et nihil materiale potest adhuc inadquate recipi in substantia spirituali, ac prout de Sensatione materialis. Quod nullo modo in anima recipi valet, nego etiam contra: nam si aliquid spirituale subiectaretur vel inadquate in materia substantia ab aliquo corporeo dependeret, atque adeo rationem spiritualis amitteret. At ven, etsi aliquid materiale in substantia spirituali inadquate recipiatur, corpore in remanebit per id quod in re corporea subiectetur, et a materia dependeat.

Arguit 3^o recipient et receptum proportionari debent, cum, quicquid recipitur, ad modum recipientis recipatur: quoniam autem proportio inter spirituales animam, et sensationem corpoream? Constat: si anima rationalis reciperet inadquate sensationem, divinitus posset in separationis statu eam adquate sustentare; suppone Deo in genere causae efficientis defectum causae materialis inadquate; sed anima separata nequit adhuc divinitus adquate sustentare sensationem, alioqui in separationis statu sentire materialiter posset: & ad argumentum dicitur, inter recipient et receptum non requiri eam proportionem, intuitu cuius in eodem ordine sunt; alias nec accidens in substantia, nec ipsa sensatio materialis, quae accidens etiam est in materia substantia subiectari posset. & tantummodo requiritur inter ea proportio subiecti, et ob, hoc est, ut utrumque capax sit alicuius formalis effectus a se ipsa prostanti. Nunc cum anima capax sit, alicuius effectus formalis, quem sensatio corporea prostat (ista enim prostat potest effectum vivendi, et anima vivens per illam denominari valet) inter sensationem etiam materiale, et animam spirituales proportio, quam intendimus, re vera invenitur.

Quo circa adductum prologium sic intelligendum est, ut tantum denotet, receptum adtemperari recipienti in ordine ad prostantes denominationes, quas continet illas virtutes prostantes, quas indoles et capacitas subiecti tulerit; id quod reperitur in sensatione, relata ad animam, et proxime dicebimus; et in eadem relata ad materiam (et obiter aliam objectionem procurrer) etiam invenire est: nam, licet materia non denominetur vivens, quae huius denominationis est incapax, denominatur tamen suscipiens sensationem, quae huius denominationis capax est. Constat attingit gravissimam atque theologiam difficultatem, de modo quo demones, et anime separate torquentur. Illud in presenti dicendum, si ignis materialis elevari possit, ut eo gravissimos Theologos Divina virtute elevatur, ad torquendos demones (tametsi nihil corporum in rem corpoream magis suapte natura possit aperire) nihil esse, cur nequeat divinitus anima in separationis statu sensationem adquate sustentare; vel, si aliquid huiusmodi sit, id certe materialitatem non esse. Dig. 3^a de anima vegetativa et sensitiva, eandem

que potentis in particulari, Sectio 1^a. quid sit anima vegetativa, quot potas sibi vendicet
et an iste inter se realiter differant? Disp. 3^a

De anima vegetativa, et sensitiva, earumque potentis
in particulari. Sectio 1^a

Quid sit anima vegetativa, quot potentias sibi vendicet,
et an iste inter se realiter differant?

Quoniam communis sententia tenet animę definitionem initio huius tractatus a nobis
traditam, cunctis animabus vegetativis nempe, sensitivis, et intellectivis inuicem convenire.
ex ea communis definitione hęc animę vegetativę definitio erui debet, actus 1^{us} corporis orga-
nicę potas habentis infimum vite gradum: talem quidę esse vegetationem, proxima disp.
a nobis dicebatur, et talem revera esse certum ceteris habetur. Huius animę functiones tres
ab Aristotele recensentur lib. 2. de anim. c. 3. nimirum nutritio accretio, et generatio; quantum
1^a pertinet ad conservationem individui, secunda ad eius perfectionem secundum molem
corporis, et 3^a ad propagationem et conservationem speciei. Hinc 2^a harum operationum nume-
rum tres potas animę vegetativę adscribuntur, nutritiva scilicet, augmentativa, et genera-
tiva; de quantum distinctione, aut identitate inter illas non convenit: nam Philibertus Magnus
Carolanus, et alii non solum (ut alibi dicebamus) potas nutrientem a generante rea-
liter distinguunt, sed etiam facultatem nutrientem ab augente realiter differre censent. Alii
vero eam distinctionem realem inter has potas inficiantur. Quid a nobis tenendum sit, paucis
accipite.

Sicut enumeratę potas realiter inadęquate ab anima 2^a superioris statuta differant,
inter se vero realiter non distinguuntur. Hanc conclusionem quoad posteriorem partem probat
ea ratio, quod natura, et que paucitatem magis, quam multitudinem affectat, non solet potas, si-
cut nec res alias, absque necessitate multiplicare; atqui in presenti necessitas non cogit mul-
tiplicare potas: iste igitur realiter inter se non differunt. Minor alibi probari nequit, quam dilu-
endo ea argumenta, que pro parte asserente distinctionem afferuntur. Opus igitur est ea pro-
ponere, atque diluere.

In distinctione inter potas Augentem, et nutrientem dupliciter argui
solet. 1^o sic: vivens, cum ad consistentiam, seu statum pervenit, virtutem augmentativam
non retinet; 2^o potas statum non accipit: sed adhuc tunc virtutem nutritivam conservat,

si quidem vivens, q^{do} vivit, nutrit: q^o virtus nutriens distinguitur realiter ab augen-
te; alioqui virtus eadem maneret, et n^o maneret. 2^o in hunc modum: Obiectum facultatis nu-
tritivae est alimentum, prout est substantia; obiectum autem facultatis augmentativae est idem ali-
mentum prout quantum: q^o obiecta harum facultatum toto genere differunt; sed ex tanta
objectionum diversitate recte arguitur distinctio realis in potentiis: q^o facultas nutriens, et
augens inter se realiter distinguuntur.

Ad 1^{um} nego maiorem: eti enim vivens, cum ad sta-
tum pervenit, n^o accrescat, n^o ideo virtute augmentativa destituitur; sed ista minus ro-
busta remanet, quam antea. Nunc provenit, ut minus roborat, quam dilabatur. Sic eadem
pot^o viriva, quae erat in Lebo iuvene, remanet in ipso Seno; tamen q^o in Lebo Seno mi-
nus robusta permanet, Lebo minus purgacitate in senectute, quam in iuventute in-
tuetur; imo eti in ipso pro quocumque statu eadem virtus nutritiva sit, n^o q^o in omni-
bus statibus se ipsum nutrit. Ad 2^{um} Concedo Enthymemate, nego minorem Subsumptam:
nam, ut ex alibi dictis constat, objectionum diversitas n^o sufficit ad arguendam pram realiter dis-
tinctam cum actu, qui ad ea obiecta feruntur, eundem modum immutandi habent, ut in
presenti evenit: quoniam eodem prout modo, quo substantia alimenti in rei aliter substantiam
transit, alimenti quantitas in viventis quantitatem convertitur.

Quod attinet ad distinctionem

inter pram nutrientem, et generantem, duo pro ipsa, prout superius expositum et solutum,
argumenta se offerunt. 1^{um} ita habet: virtus nutriens datur absque virtute pignone
ut accidit in illis, quorum aetas effeta iam est; et in illis, qui vel nae defectu, vel ob alias
causas pignendi facultate carent; cum tamen virtute nutritiva gaudeant. Sed quae ita af-
fecta sunt, ut unum sine alio inveniantur, realiter differunt: q^o 2^{um} ita effatur: prout gene-
ranti competit aliqua operatio, quae nutrienti n^o competit: q^o ita ab alia realiter distinguitur.
Contra liquet: nam q^o aliam pram competit aliqua operatio, quae alteri n^o competit, distinctio
realis inter eas veratur. An inde suadet, q^o pram generanti competit membrorum ef-
formatio, quae pram nutrienti n^o competit, alias cur facultas nutriens n^o restituat brachium
abscissum, q^o a facultate generante fuit 1^o efformatum?

Ad 1^{um} nego maiorem: nam

ubique datur nutritiva virtus datur etiam et generans, quoniam oppositum suadendi potest
ex inventa probatione: hoc namque tantummodo evincit, actum nutriendi dari absque pign-
nendi actu. Non autem potest, ut facultas, quae diversis actus vendicat, impediatur ali-
quando, ne aliquem eorum eliciat, eti interdum alio exerceat. Sic licet eadem vir-

228
alimentum attrahat, et retineat, nonnumquam eo morbo euenit, et virtus illa priorem ac-
tum, attrahendi scilicet in vivente administrat, et posteriorem, nempe retinendi, non ead. Illud
quod nego ans, ad cuius probationem v. nec ab adversariis posse negari, membrorum efforma-
tionem a praeterea etiam nutriente effici. Id enim conspicuum est in arboribus, in quibus proci-
rami denovo pullulant, et eo magnitudinem, atque debitam figuram aequant, non magis
alterius virtutis, quam nutrientis ministerio, et opera. Idem quoque videre est in homi-
nibus, praesertim infantibus, in quibus non raro aliqua membra solida regenerari consue-
verunt.

Cur autem brachium amputatum non restituitur a vivente, nonnulli causam esse vo-
lunt, quod illud eo seminis materia coalescit, atque ita, si perierit, ob magis defectum re-integra-
ri nequit. Coeternum hi non satisfaciunt: etenim adhuc quaeri potest, cur si virtus nutriens va-
let eos sanguine in carnem verro brachium nutrire, non valeat quoque eo eadem materia, bra-
chium amputatum reparare? Vera igitur, et germana causa est, quod virtus illa, quae mem-
bra efformat, non tam vehemens, et efficax est in prole genita ad eius membra, praeser-
tim solida, et quae plus opere exigunt reparanda, quam coeternum in semine ad illa de-
integro coagmentanda, ideoque nihil mirum, si quae ante generare valent, postea rege-
nerare non possint, cum minus efficax, atque robusta maneat.

Accedit, quod in prole genita
eadem virtus, quae ministerio nutritionis deseruit generationem totalem alterius posse
tare potest. Unde obiter vides in proposito argumenta fieri transitum a prole generante
propria parentis, ad facultatem nutrientem, quae in prole est; haec autem facultas, sicut mi-
nisterio nutritionis membra prolis conservare, et augere potest, sic generationis opera alte-
rius membra efformare valet. Idcirco vero prolis membra solida regenerare nequit, licet
ea nutrire valeat, quod robustior virtus ad agendum se, quam ad se reficiendum necessaria
est; alioqui sicut vivens se ipsum reficere valet, sic etiam se efficere poterit. Sectio 2^a. quid
sit anima sensitiva, et quot eius potestates ubi speciatim de visu.

Sectio 2^a
Quid sit anima sensitiva, et quot eius potestates ubi
Speciatim de visu.

Anima sensitiva, ut potest quae propria est eorum animantium, quibus vitae gradus re-
getatione perfectior, sed intellectione imperfectior competit, haud incongrue sic definitur:
actus 1^{us} corporis organici prole habentis medium vitae gradum. Nihil autem gradus

vires mediocritas in eo consistit, quod animus sensibus operationes oriuntur a principio, quod saltem materialia percipere valet, (provisis autem vegetatis) a tali principio ortum non ducit, cum tamen obta spiritualia percipere nequeat, quae utique media intellectu ab anima rationali cognoscuntur.

Porro animus sensibus plures interveniunt potestates, quantum aliis sunt externae, ut visus, auditus, odoratus, gustus, et tactus, qui ceteri sensus dicuntur, propterea quod obta sensibilia immediate attingant. Alii sunt interni, ut sensus communis, et appetitus materialis. De istis potestates sic definitur parunt, Facultates permanentes animus elicitive actuum materialium tendentium in sua obta. Per postrema verba haec potentiae a spiritualibus differunt, quoniam istae deserviunt animus, ut modo spirituali in sua obta ferat. Oportet tamen, et de singulis huius potentiae nonnulla dicamus.

Visum esse sensibus dignitate preluere, communiter et vere dicitur. tum quia in nobilissimo, maxime que conspicuo organo residet: tum quia illius obta adeo nobile est, ut cum colores et lucem comprehendat, non solum ad caduca, et sublunaria corpora, sed ad ipsa quoque immortalia, et aeterna sese diffundat: tum quia illius tendendi modus a materia liberior, expeditior, atque certior est. Sum denique (et ceteras eius proprietates omitam) quia nullus sensus ad cognitionem inventionem propria comparandam, est magis idoneus. Ob id Plato visum acceptam sefert philosophiam, et Philo. Hieronius de visu loquens haec ait, quod mens in animo est, id oculus in corpore: videt enim uterque altera intelligibiles res, alter sensibiles. Visus autem mentis ad noscenda incorporea, oculi ad contemplationem corporum, quae res ad alia multa potest, et in primis ad id, quod maximum est, scilicet philosophiam.

Quod vero ad oculorum situm attinet, haec ex Ambrosio lib. 6 Hexam. c. 9. proferre libet, Adhaerent velut quibusdam montium supercilii oculi, ut et protegente montis cacumine, tutiores sint, et tamquam in summo locati, de quadam scena superiore universa prospiciant: neque enim oportebat, eos humiles esse sicut aures, vel os, ipsos quoque narium interiores sinus. specula enim semper in alto est, ut advenientium caeteranum hostium explorari possit adventus, ne improviso occupent orientem, vel visis populum, vel imperatoris exercitum. Haec et alia Ambrosius, qui ibidem docet, ideo eos supra summum verticem capitis constitutos non fuisse, quia ibi locati temporum iniuriis maxime paterent.

Quod ad eandem figuram attinet, ea est sphaerica, tum ut illi facilius in hanc et illam partem

circumferantur; tum ut melius excipiant species immixtas ab obiectis, quorum visio fit per lineas rectas super oculum perpendiculariter incidentes, earumque concursus in oculi centro conficitur; ad quod munus idoneus non esset, si figura plana constaret. Quod denique ad oculorum compositionem structuramque pertinet, multa expositione et speculatione digna occurrerent; sed quia tempus non patitur, ea pro dignitate exponere, hic tradere sufficiat.

Constant oculi septem musculis, tunicis quinque, tribus humoribus, et duobus nervis. Ex septem musculis sex variis motibus deserviunt: 1^{us} enim in oculi ipsius vertice constitutus cum attollit, 2^{us} huic oppositus cum deprimat. Unde ille superius, hic humilis nomen accepit. 3^{us} (qui obductorius dicitur) oculum ad internam ad ducit angulum; huic oppositus (qui indignatorius appellatur) in contrariam partem abducit. duo alii, qui amatorii vocantur, oblique eum circumducunt. 5^{us} denique oculum sustinet, et alligat, hoc est, sedi suo fixum tenet.

Ex tunicis interna specularis vocatur, quae imitatur speculum nitet; huic proxima reticularis dicitur, quae retis fabricam imitatur. 3^a vocatur urea quae similis est uree folliculo, a quo pedunculum detractum sit. Ex colore huius tunice, quae varie imingitur, oculus niger, ceriseus, glaucus, aut alio colore imbutus dicitur; et haec tunica perforata est, illiusque foramen pupillae nomen accepit. 4^a tunica cornea nuncupatur, quae densa admodum est atque firma, et imitatur laminae tenuissimae cornes habet. 5^a tandem tunica adnata seu adhaerens dicitur, quae eius et proprio musculi beneficio nunquam totus oculus consistit, et sibi cohaeret; quae etiam a colore alba nuncupatur.

Ex humoribus internus chrystallinus seu glacialis dicitur, quod etiam aliquantulum mollis sit, Crystallum, seu glacem pelluciditate emulatur. hic includitur velut gemma in annulo in alio humore qui vitreus dicitur, seu albugineus, quod consistentia, et colore vitis fuso, seu recocta vel ori albo similis sit. 3^{us} humor, quae aquae similis, appellatur aqueus. Duo etiam nervi, qui optici, seu visioni appellantur, ad oculi structuram concurrunt; descenduntque a cerebro, alter a parte dextera ad dextrum oculum, alter a sinistra in sinistrum; sed aliquantulum proprium, antequam ad oculos perueniant, et media quasi via, inter se coeunt, deinceps vero separantur, et in oculum cuique deputatum subintrant.

Duplici fini deserviunt hi nervi. 1^o ut species visuales, quas oculi ab obiectis habuerunt, in cerebrum transmittant. 2^o, ut deferant ad oculos

83
visorios spiritus in cerebro elaboratos, sine quorum ope facultas visiva suum munus
perfecte obire non valet. Nunc enim provent, ut affecto cerebro, et si oculi nihil aliun-
de incommodi patiantur, hebetetur visus, ut patet in ebriis, delirius, et phreneticis, et
quorum cerebro dereliunt spiritus nebulis obducti, atque adeo minus puri, et ad vi-
sionem minus idonei. Unde autem deprehendatur, oculorum fabricam sic conpimenta-
tam esse, apud E. D. L. Connimb. Nervam et alio invenietur. Nec existimandum
est, talem compositionem ultra naturam esse, quin potius mirari par est (quod mirari
satis non possumus) Deificis non ingratam sapientiam, quod naturam facultatem attribuit, et
in exigua mole ex tot musculis, tunicis, humoribus, atque nervis mira arte contextis
mirandam oculorum fabricam perficiat.

Sam rem, in qua ex dictis partibus visio fi-
at, exponamus. Quia enim ea in toto oculo non peragatur, certum videtur, quod et si
nonnullae oculi partes laedantur, visio non impeditur. Quia rem in aliqua oculi parte fiat,
certum etiam apparet, quod non ob aliam causam, affecto oculo, visus confestim laedatur,
nisi quod illic facultas videndi vendet, ibi que visionem exequitur. Dicunt aliqui,
oculus mittere extra se spiritus quosdam visorios neque ad certam distantiam, et ibi
visionem perfici. Nunc tamen dicendi modus ex eo refellitur, quod si ibi fieret visio,
extra animam fieret, atque adeo vitalis non esset.

Alii consent, visionem fieri in Con-
gressu nervorum, qui optici vocantur, moventur inde, quod nisi in ea parte, qua nervi
coniunguntur, visio perficeretur, deberent nobis geminata apparere ea, quae simplicia
sunt: quod quidem, si aliter res habeat, in ambobus oculis distincte recipientur speci-
es, atque adeo eliciente distincte visiones, quae obiecta simplicia, et duplicia repre-
sentant. Sed nec hic discurrendi modus placet, quod argumentum, quod pro eo adducitur,
intantum non probat. Profecto, quod non sit necesse, species coire in ea parte, qua nervi con-
iunguntur, ne res simplices gemine appareant, ex eo convincitur, quod alioqui oporteret,
dari etiam ante cerebrum aliquem nervum, in quo species audibiles hinc inde in
num copularentur, ne soni simplices duplices videantur.

Quid autem causa sit, cur
geminatis speciebus, et geminata in oculis visione non appareat geminatum id quod
singulum est, ita exponi solet. Visio fit, ut perspectivi docent, per radiosam pyramidem
id est, per speciem productam in oculo ad modum pyramidis, cuius basis est in su-
perficie obiecti, seu rei visae, angulus in oculi centro. Deinde intra lineas efficientes

visualem pyramidem est alia recta tendens ab oculo ad obtum, quae linea axis cognitionis dicitur. Nunc licet species viruales per duplicem pyramidem ad geminum oculum terminentur; attamen, q^a linea recta a quolibet oculo in obiectum ducta tendit ad obtum secundum idem punctum, et in hoc puncto terminatur. Et inde, ut quolibet obtum simplex, adhuc cum gemina visione geminum non apparet.

Quod si lineae rectae, et axes cognitionis disiungantur, ut accidit, vel dum quis alterum oculum attollit, depresso altero, aut cum eo copioso vitio laesati nervi optici pupillarum squaehatatem non sustinent, obiectum simplex duplex apparet, q^a videlicet tunc non est idem punctum terminatum linearum rectarum, per quas ambo oculi vident. Nunc contra predictam sententiam sic argui posset. In his eventibus obtum simplex duplex apparet, atqui non erit, cur duplex apparet si vitio fieret in eo puncto, in quo nervi optici cogulantur, cum illud punctum vicium sit. q^o vitio in eo puncto non efficitur.

Dicendum

q^o cum communi sententia, visionem fieri in pupilla in cuius humore crystallino terminatur. Ratio est iam invincuta, q^a videlicet, haec pupilla, amittit visum, et amittit etiam, dum humor predictus laeditur. Ad haec pupilla cum eo humore maxime splendida, et congrua est, ac nullo colore infecta: cum q^o id ad actionem videndi appropinquat, nihil est, cur visio in ea non efficiatur. Quod si quis opponat, humorem istum lucem a circumfuso aere admittere, ac proinde in illo lucem omnem videri non posse, quemadmodum nec in eo colores intermiscerenti, si eorum aliquo imbutus eret. Si inquam, aliquis id opponat, ei occurrendum est, lumen illud, quod humor crystallinus ab aere collustrato recipere, ceterorum luminum aspectum non impedire, q^a lumen ita est obtum visus, ut sit etiam medium cuius interventu omnia cernantur, ac proinde nullius luminis visionem debet inhibere. Color autem ideo aliorum colorum visionem impediret, q^a sic est obtum visus, et medium, quo alia videantur non sit.

Quo autem modo visio

fuit non uno modo ab A. A. explicatur; aliqui enim Antiqui censent, visionem fieri, emissis ab oculis radiis, qui una cum lumine aeri exteri obiectum quasi manibus prehendant, ipsaque visibile efficiant; tum vero ad oculum referendi eos radios affectos alteratione obiecti visibilis, et ubi in pupilla insederint, visionem effici. Novum tamen sententia nobis non pro, q^a licet non semel quosdam veluti radiolos oculi eraculentur, tum scilicet, cum nimium perficerentur, incredibile tamen apparet, e tantula pupilla tantam copiam radiorum ab oculo exhibere posse, ut ad res tam varias tamque inter se distantes, quas simul contuemur, pervenire valeat, ita ut totum emisserium, quod oculis, conspiciamus, occupet.

Miri docent visionem fieri, receptis ab obto speciebus, que simul cum p^oia visiva cum ope rationem efficiant. Nonum sententia amplexanda est, s^o q^a obto in sui visionem effective concurrat, sed, reclusis speciebus, ita concurrere n^o potest: nam ope a facultate vidente distat, sic que nisi media specie cum ea facultate concurrere effective n^o valet. q^o maior inde constat, quod nisi obto in sui visionem effective concurrat, non erit, cur illius aspectus aut tenebris aut longa spatii intercapedine impediatur. Alique hinc 2^o eadem sententia p^o; q^a ideo in tenebris res n^o videntur, q^o colores egent lumine, et sui speciem mittant. Item, idcirco res in magna distantia n^o intuemur, q^o species trajecte ab eis in medio languent, et evanescent. Miri accedit, quod nonnulli inspicilla concava acutius vident, id autem inae^o ortur, q^o tunc in centro plus videntur species, redduntur que efficaciores in representando, quemadmodum radii solares in cavitate vitri magis coeunt, et in operando efficaciores redduntur.

Obiectum visus sunt

Lux et color: quoniam nihil a visu percipi potest quod luce, et colore, vel saltem sola luce investitur, n^o sit, ut omnium consensus, et experientia testantur. Unde audiendi n^o sunt nonnulli Theotani, qui adam lucem dicunt rationem suam sub qua p^oia visiva; aliter color n^o videretur per se et ratione sui, sed ratione alienius a se adaequate distincti; et male etiam definiatur p^oia visiva, eo modo, quo defini solet, scilicet hoc pacto, facultas permanens animae christi actuum in lucidum coloratum materialiter tendentium.

Circa modum autem, quo lux reddit proximie visibilem colorem, duplex est opinio. 1^a aut, lucem ee tantum conditionem obiectivam, et color propria, et adaequata virtute speciem mittat. 2^a tenet lucem, et colorem ee causas partiales speciem productivas. hae opinio probabilior est, eam que illa ratio suadet, q^o nullum agens naturale postulat formam excellentiorem, et solam dispositionem ad ignobiliorum formam, lux vero tam specie coloris, quam colore ipso potentior est. Ad hae, colores, quo magis illuminantur, comelius videntur: igitur ex participatione lucis sunt actu visibiles, ac proinde lux et complementum, seu partialis virtus speciei coloris productiva. Nec hanc sententiam impingit, quod felis mures, et alia animalcula noctu etiam, et in abscurtissimis locis vident. emittunt enim ex oculis aliquid lucis, qua obto proxima perfunduntur, et visibilia fiunt, et vel ipsi, qui tenent lucem solius conditionis munus obire, faten^o debent. Duo circa, etri sola radiorum, et lucis emissionem visio n^o fiat; n^o est tamen negandum, ex oculis emicare lucem; sed non tantam, que sola pro visione efficienda satis sit.

Quod tamen, san, et obto videri potest debeat illuminari, non solum obto ipsum, verum etiam aer intermedium, et ipsa p^oia visiva? V^o solum requiri lumen

ex parte obti, atque adeo ad visionem satis est, si obtum ipsum actu illustret. Ratio est q^a oculus in obscuro loco constitutus videt procul obtum, si istud affertur sit lumine, quamvis medium illustratum n̄ sit; sic que flammam distantissimam nocte videmus, tamen aer intermedius, et pupilla lumine n̄ perfundantur.

Rogabo etiam, quid sit lux. quid color. Lux seu lumen, quod etri x^a D. C. aliquomodo distinguantur, in idem recidere vident, definitur ab Arle lib. 2. de anim. c. 2. in hunc modum, actus percipiendi propt̄ percipiendum est, id est qualitas pure physicalis (ere pure intentionale tribuit lumine Scotus bene impugnatus ab eodem D. 3. de ani. c. 14) quod tribuit corpori denominationem percipiendi, seu clari. Substratum luminis est quodcumque corpus a g^o vivis attingibile. Corpus autem huiusmodi aliud est diaphanum, quod videlicet totus luce perfunditur, et vocari solet percipiendum interminatum, quod minimum aspectus in illius extremitate n̄ sicut, sed ulterius videndo totum illud pervadat. Huius inaeolis sunt aqua ignis, et aer. Aliud corpus est opacum, quod nempe in pluma tantum superficie lumen recipit, et hoc corpus percipiendum terminatum dicitur, q^a lucem terminat, visum que in superficie subsistere cogit; huiusmodi sunt atra res que oēs coloribus imbutis.

Color rariè ab Arle definitur; sed vix clarius defini, aut explicari valet, quam vulgato coloris nomine definitio tamen, que a D. cum P. Reynado traditur, clarior est illa, que in predictum locum ab Arle traditur: hic enim definit colorem, aeri esse id quod movet actu percipiendum; illi vero hanc definitionem efformant, qualitas 2^a orta ex primarum temperie qualitatum, que simul cum luce visu percipiuntur. Quoniam hæc definitio ita intelligenda est, ut non universim ex qualibet primarum qualitatum temperie color oriatur; Atlas vel humor crystallinus, et g^o qui est corpus vivens atque adeo eorum qualitatum temperamento constat, colorem obtineret, contra id quod supra insinuabamus; sed ex ea permixtione, que in corporibus densis, et opacis perficitur.

Predictam expositionem nonnulla difficilem reddunt. 1^{um} q^a calor, et frigus eiusdem coloris sunt, cum tamen in altera calor, in altera dominetur frigus; e converso vi prædite vigent piger, quod multo calore pollet, et atra bilis, cui frigus intensum inest. 2^{um} q^a incredibile apparet, totidem esse in iaspide partes dispari temperie qualitatum affectas, quot si partes colore dividentes. 3^{um} q^a in elementis puris, quibus mixtio qualitatum n̄ obvenit, color reperitur: ille q^a per primarum qualitatum mixtionem n̄ recte explicatur.

Propter hæc tamen a communi sensu, qui predicto modo colorem explicat, discedendum n̄ est.

89

Dic itaque ad 1^{um} calorem et nigram eiusdem coloris esse, licet in altera calor, et in altera frigus excellat; q^a nec a solo calore, aut a solo frigore, sed a permutatione omnium primarum qualitatum color oritur. Fieri autem potest, ut dispar^{es} ^{sanum} qualitatum permutationes seu combinationes eundem colorem pignant; quemadmodum a causis diversis speciei idem effectus produci valet. Accedit, quod in calce non sunt aquei humores, qui in nire reperiuntur; atque adeo nigrum non erit, si utraque albedine polleat licet in predictis qualitatum discrepent. Saepe autem piger, et si multo calore polleat, nigredine riget, q^a terrena portio admixtum est: calidum enim, si cum terrena portione iungatur, nigrum efficit. Unde, qui ad meridiem incalunt, magna eo parte fuci, aut nigri sunt. Altra bilis, cui frigus intensum inest, etiam nigredine riget, q^a in ea quoque, licet in gradu minus intenso, terreae qualitates inveniantur.

Ad 2^{um} dicitur, incredibile non esse, iaspidi pro diversis partibus temperamentum qualitatum dispar concedi, quam quod pro diversis partibus diversa ac valde dissimilia organa corpori tribuantur. Ad 3^{um} respondeo pura elementa nullum sibi colorem vendicare. Nec obstat, quod nostrum ignem flavus color perfundat: nam id provenit ab opaci tenui admixtione, de qua nihil habet elementaris ignis in sua regione, ubi syncerus est, et a fece terrena prorsus liber.

Inter colores duo sunt extremi, albedo scilicet, et nigredo: albedo aqua, nigrum color disparans visum, nigredo vero color visum congregans. Disgregare visum, est disgregare spiritus visivos, qui a pupilla cerebri confluent, id quod potissimum praestatur a luce intervenitu caloris, quem edunt; et suo modo praestatur ab albedine, q^a ad lucem prope accedit. Contrario modo se habet nigredo. Sunt etiam alii colores medii, inter quos hi praecipue numerantur purpureus, ruber, flavus, viridis, et caeruleus. Sed hii aliqui colores sunt veri, illi vero delicti, qui non ex luce, sed ex varia primarum qualitatum mixtione evadunt. Huius in dolis sunt albedo in cyano, et nigredo in corvo. Alii sunt apparentes, illi nempe, qui ex luce ut repercussione praecipue oriuntur, quales sunt colores, quos columbae collum obtinunt. Sibi contentare certimus: et huiusmodi etiam sunt 2^a communem sententiam colores iridis. Hi autem colores 2^a plures ideo apparentes vocantur, q^a revera colores non sunt, sed cum luce idem significari creduntur; 2^a alios vero ideo apparentes nunciantur, q^a ortum habent a radice fixa, et permanente. Fixa, et permanens radice mixtio qualitatum dicitur, sed a complexo eo luce et colore imperfecto corporis illustrati; ideo que instabiles, et fugaces sunt, et cum lumine evanescunt. Sectio 3^a de aliis sensibus externis; ubi an sensatio externa obtinere non existens attingere valeat?

Sectio 3^a
De aliis sensibus externis: ubi an sensatio exter-
na obiectum non existens attingere valeat?

Auditus, qui inter sensus externos secundum dignitatis locum obtinet, vel eo dumtaxat
(ut alia omittam) quod ad coelestis fidei disciplinam capevandam deseruit: siquidem fides
eo auditu est, et cap. 10. Epist. ad Rom. Apotol. edocet, definitur in hunc modum, facultas per
manens animę elicitiue acturum in obiectum sub ratione soni maius tendentium. Eius orga-
num et oculi palpebris, externis auribus protegitur. Sunt autem istę cartilagineę, et medio-
criter molles; q^a si nimium molles erent, et carnes, parvo negotio tunderentur; si durę, facile san-
gi possent. Abundant aures flexibus obliquis instar labyrinthi, ne sonus recto impetu subiens,
sensum ledat. Intra has cavitates oblique inflexas humor quidam viscosus residet, et si qua
bertiola, vel aliud quid noxium intrugerit, inherescat, et capiatur.

Ad hęc intra has cavitates
membrana quędam est instar bellici tympani, quę propterea tympanum auditus dicitur;
ea quę, et oculi in nervo optico desinunt, affixa est cuidam nervo, ę cerebro descendenti,
per quem tum spiritus animales ad eam invehuntur, tum sonorum species ad sensum
communem transeunt. Porremo, intra tympanum latet substantia quędam animata, rara
et subtilis, quam aerem vitalem vocant; talem quę substantiam auditionis officinam ęe, com-
munis sensententia tenet; q^a sicut id, q^d potissimum recipit sonos, est elementaris aer, sic ad
eodem secundum ęe intentionale recipiendos maxime idoneus est predictus aer nobis inhius.
Par q^o est, organum audiendi in eo constituere: sic enim inter obiectum, atque ipsam proporsio
et affinitas reperitur.

Soni obiectum auditus est sonus, qui dicitur definitur qualitas sen-
sibilis eo corporum collisione resultans. Eius efficiens causa est corpus percutiens, et percussum,
motu, et percussione se habente per modum conditionis sine qua non; q^a sine percussione et mo-
tu partium corporis sonus nec fieri, nec conservari potest. Nunc, quoniam calor, etsi quandoque
eo motu, aut collisione corporum resultet, aliter generari potest, altera qualitas ab altera distingui-
tur. Ob id predictę definitioni addi possunt particule nonnullę, et ea sic efformari valet, quali-
tas sensibilis eo corporum collisione resultans, nec aliter apta generari subitum, seu maius
causa soni est aer, dum aliquo impulsu violento agitur, maxime, si interceptus inter duo
corpora dura volenter collisa frangatur, et impetu resiliat.

Ad hęc aerem esse medium, quo so-

sonus, siue eius species ad auditum derehuntur, dubitare nequaquam licet. Aquam 90
etiam esse ad predictum finem medium idoneum, probabilius apparet. tum q^a pisces sub a-
quis audiunt cum vocibus terreantur: quoniam Plinius lib. 10 naturalis historię cap. 20 scri-
bit, pisces certo quodam sono euocari solitos ad cibum, et in piscenis Gręcis quosdam
proprios nominibus appellatos venire conuerisse. Ad hec Delphini non audire tantum.
sed etiam Symphonię cantu mulceri dicuntur. Sum q^a licet Plinustado pro opposita
opinionē afferat, quod homines capite aque immerso, nihil audiunt; attamen Sereña
experientis deditur contrarium edocet, nimirum homines sub aquis natantes au-
dire, licet debilitate; ingentem fragorem exterius editum. Ob id n̄ negareim, multo faci-
lius sonus per aerem, quam per aquam traduci: q^a raritudine aque species audibiles obuen-
duntur, et obscurantur. Exterea, etsi homines sub aquis nihil penitus audiunt, tribui
id potest, non quidem incapacitate mediū, sed lesioni organi ob nimiam humiditatem
aque inimicam auditui: sicut enim pluuie tempore, madefacto aere, minus per se
dignoscuntur soni, quam sub sereno coelo, sic a nimia aque humiditate, ortum
habere potest, ut soni omnino obscurantur, atque adeo n̄ audiantur.

Si interroges, unde pro-
ueniat echo? respondet Ed^{or} aliquando provenire eo reflexione specierum vnius simpli-
cis soni eo corpore ad reflexionem apto, sicut speculum aptum est, ad coloris species reflecten-
das; aliquando provenire eo geminatione, seu repetitione soni; cum videlicet aer agitated,
et sonum deferens incurrit in corpus concavum, solidum que, inde impetu resiliens, novum
que sonum concipiens, ad aures iste reveritur. Non audiuntur autem in Echo, ut notant
Ed^{or} Coniung⁵ nisi vix verba, q^a licet fiat reflexio totius vocis, et tota ad aures per-
labatur, tamen priores eius partes ab vltimis a tergo videntibus turbantur. Quare n̄ nisi
eę partes, quantum regressus n̄ impeditur, quales s̄ proximime a nobis regulariter percipiun-
tur.

Nic, q^a vox sonus quidam est, non nihil de vocis fraone dici conuerit. Est vox quidam so-
nus, aut quidam soni species definitur que eo Arte sonus editus ab ore animantis cum qua-
dam imagine. Ad eius effraonem quinque potissimum instrumenta concurrunt, videli-
cet pulmones thoracis muscoli, aspera arteria, larynx, et pharynx, seu gurgulio. Pulmones
obseruiunt ad excipiendum aerem, quem muscoli thoracis deperberant, et excludunt per
asperam arteriam, que a pulmonibus ad fauces usque protenditur; cuius summum caput
quod larynx vocatur, ortum habet agetum lingula quadam fistularum more, que gurgulio
epiglottis dicitur; et impedit, ne quid potus, aut cibi in laryngem illabatur. Pharynx autem

autem seu gurgubio, qui est caruncula rotunda in extremo palato dependens, qua
si plectrum ad suavitatem, et moderationem vocis conducit.

Nec itaque in pulmonibus ex
ceptus facultate motrici, qua thoracis muscoli pollent, exbruditor per vocalem arteriam
(que ob inaequalitatem aspera dicitur) et in laryngem impingit, in ea que vocem efformat,
quam, si lingula opposita non coet, formare non posset, quia totus aer sine percussione periret.
In huius autem lingulae varia repercussione variatur vox, ac modulatur temperaturque,
ad finem, ut dicebam, maxime etiam gurgubio confert. Postea vero in ore formatur sermo,
qui est vox varie fracta, et articulata linguae, palati, dentium, et labrorum ministerio a ra-
tionali ortum habens.

Oloratus qui inter quatuor sensus ceteros tertium dignitatis locum
vendicat (propterea quod nec remotissima percipit, ut oculus, nec in ea distantia, in qua au-
ditus, nec solum contigua, ut tactus et gustus, sed mediocri intervallo) est facultas perma-
nens animae elicitivae actuum in obitum sub ratione odoris materialiter tendentium. Propria
huius facultatis officina communiter, et vere censetur esse, in quibusdam carunculis, quae
in interiori summitate narium protulerant mamillarum instar; ob id quae mamillares
carunculae vocantur: nec enim apparet ad quod aliud munus natae, quae nihil frustra mo-
latur, eiusmodi carunculas, tubercula quae insituerit. Habent haec carunculae commercium cum
cerebro per duos nervos sensorios, per quos spiritus in eis excipiuntur, et species ad commu-
nem sensum mittuntur, per eodem etiam ascendunt in cerebrum qualitates nocivae se-
ditorem comitantes, et qualitates vitales, quae suavem odorem comitantur. Itaque cerebrum vivunt,
ac mulcent, illi vero eodem incommodant, atque nocent.

Odor, qui olfactus obitum est, ex Philo-
sopho definitur, qualitas sensibilis orta ex primarum qualitatum temperie, in qua sicque
vincit humidum, dominante calore et siccitate. Nunc res odoriferas, quae sicciores sunt, co-
pius halant odoris, et dum incallescunt, vehementius redolent. Sunt qui dicant, odorem
esse substantiam tenuem, ac fumeam. Sed vero substantia per se sentiri non valet; et ulterius
odor a sua substantia separatus conservari potest, ut in mysterio Eucharistico comens est. Non
tamen negaverim, exhalari frequentem a rebus odoriferis tenuem vaporem, seu fumum;
sed vero vapor iste seu fumus non immutat per se olfactivam formam, sed medio odore, qu-
om secum defert.

Nec obstat, quod odore recreetur cor, forcentur spiritus, et cerebrum
confertur. ^{plurimum enim} si solius qualitatis effici potest: nam et voces, si numeris musicis

musici content, homines recreant; reliqua vero, uti etiam ei^{sum} n̄ a solo odore effi- 91
ciuntur, sed ab isto simul cum qualitatibus vtilibus, quæ illum comitantur, et cum
substantia aerea, qua odor defertur. Quod autem narrant Strabo, et Plinius, quosdam In-
diæ populos solo odore, quem effloribus, et gomis captant, nutrire (quod fieri non poteret, nisi o-
dor esset substantia) id, inquam, fictitium habetur si autem quæras, inde proveniat, quod flo-
res et alia odorifera aliquantulum a naribus distare debeant, et suavius oleant. R. cum
Aristotele in problem. sect. 12. q. 2. id inde provenire, q. ad locum aliquantulum remotum
defertur odor purior a terreis vaporibus, et defecior a fumo, qui odorem vitiant, et quæ
odorandi vim hebetant.

Quod ad gustum, tactum que pertinet sunt, qui iudicent, eos inter
se n̄ distingui. Communis tamen sententia realem inter eos distinctionem agnovit: tum q.
aliud est obitum tactus, nempe calor, frigus, alij que huius modi qualitates; aliud gustus, ni-
mum sapor. Tum quia aliud est tangendi, aliud gustandi organum: licet enim in ea
corporis parte, in qua vis cognoscendi saporis inest, tangendi quoque facultas insideat, n̄
tamen e converso ubicumque tactoria facultas reperitur, vis etiam gustandi coexistit, ali-
as vel in manibus, quibus atrectamus cibos, horum saporis perciperemus.

Est itaque gus-
tus facultas permanens anime elicitive actuum in obitum sub ratione saporis materialiter ten-
dentium. Residet facultas ista in lingua et palato et experimento deprehendimus, quam
quam lingua illius organum præcipuum coiter habetur, lingua inquam aut qui dignam
lingue proportionem respondens in illis, que lingue expertia s. Sapor obitum adquatam hu-
ius facultatis sic definitur. Qualitas sensibilis orta ex primarum qualitatum temperamento præ-
dominante calore cum humiditate. Nunc pro varatione s. qualitatum, harum que diversa
mixture saporis variantur inter illos dulcis, et amarus eodem consento pinguis et salus
acer, acerbus acutus et acidus saporis medii s. et hi octo tantummodo ab Aristotele numerantur, licet
ad nullum certum nomen illis reducant, et alii pauciores, alii plures recenseant.

Tactus est facultas permanens anime elicitive actuum in obitum sub ratione tangibilis ma-
terialiter tendentium. Huiusmodi facultas per totum corpus diffunditur, nec solum in corde signi-
dam volvere, nec in nervis tantum, et consuevit alii sedem habet; sed in carne etiam, et in
omni parte animata (si ova, unguis, et capillos excipias) tactus inest. Ratio est: quia ibi
est facultas tangendi ubi sensus tactus efficitur, ibi vero efficitur sensus tactus, ubi ipso
sentitur; sentitur autem ipso in omnibus partibus animatis, prædictis exceptis, et

Et experientia docet.

Obiectum tactus est multiplex specie, nec ad unicum genus ideo
nec revocari valet, ideo que ceteris non aliter explicatur, quam nomine qualitatis tan-
gibilis. Sub eo comprehenduntur omnes qualitates, nec non quantitas, duntaxat molitu-
do, asperitas lenitas, viscositas et impulsus, medio quo sentiuntur etiam gravitas, et levi-
tas, quas ratione sui immediate non tangi, verius est; ideo que, si Deus impederet impul-
sum, gravitas plumbi &c. non sentiretur in manu. In universum omnis qualitas materialis
asserens dolorem aut voluptatem, sub predicto nomine comprehendatur; ea que propter
obtusum tactum adeo late patet, ut nonnulli existiment, tactum non unum, sed plures esse.
Ceterum quod qualitates tangibiles habent eundem modum organi tactus immutandi
(immutant enim complexionem primarum qualitatum, quibus constat animal) obtusum
tactus facti est unum unitate videlicet derumpta ab eo modo immutandi; ubi autem
Obiectum tactus facti est unum, tactus ipse unus specie est.

Nec refert, quod qualitates
que sub tactum etiam cadunt, temperamentum proximè non immutent. Enim
vero unitas rationis in immutando organo tactus, non nisi secundum primas qualitates
estimari debet; quoniam utique proximum tactus obtusum sunt; relique autem secun-
daria ratione ad eum pertinent, ac primum secundarie, seu remote temperamentum
immutant; quod satis est, ut omnes tangibiles qualitates non plures, sed unam ratio-
nem immutandi constituent, atque adeo ut ad unam tangendi facultatem
spectent.

Quod ad 2am tituli partem attinet, sunt qui asserant, nec divinitus fieri
posse, ut sensus ceterum rem absentem percipiant, atque adeo nullo modo fieri valere,
ut sensatio externa obiectum non existens attingat. Verum opposita sententia probatur
V. g. potest Deus ponere in meis oculis speciem Petri absentis, qua illi informati Pe-
trum videant: quid ni vero? cum ea species, et a suo obiecto separari valeat, et aliunde
obtusum in genere cause efficientis ad suam visionem concurrat, et tandem causalitates effi-
cientium causarum divinitus possunt suppleri. 2^o quod omnis concursus obti in actu ex-
ternos ad ipsum terminatos divinitus suppleri valet: etenim ille vel est actus, et hunc ut
proxime dicebamus divina virtus suppleri potest, vel est terminativus, et iste etiam supple-
ri valet: nam ad pure terminandum actum coexistentia actuali obti opus non est, cum
ipsa scientia prioris Dei, que intuitiva est, ad obiecta futura, de facto que non existentia

terminetur. Ad hoc: nonne pluries Deus in Divina Eucharistia mysterio suorum car-
 nem, manum et quaedam alia oculis representavit. quo autem pacto, nisi producendo
 talium rerum, etsi praesentes non fuerint species, ut docet Angelicus Magister 3. q. 26. art.
 8. fieri potest, saltem per Divinam virtutem et sensatio externa obitum non existens alibi
 dat.

Dico, saltem per Divinam virtutem: nam id naturaliter fieri non posse, vel ipsa experientia
 convincitur; cum percipitur sit, obitu deficiente, deficere visionem externam, auditionem
 et similes. Nec refert, quod remigium aquis immerisum obliquum nobis apparet cum
 tale non sit. Enimvero id non probat, remigii inflexionem, quae certe nulla est, a nobis videri.
 tantummodo itaque remus ipse videtur; illius autem species ex inquieto aquis motu
 sic in potentiam visivam tradiuntur, et intellectui ansa praebetur iudicandi, remum
 obliquum esse. Attamen error iste in oculis non est nisi occasionaliter, quatenus nempe visio il-
 la remi ob specierum imperfectionem, seu quia istae oblique tendunt, modo imperfecto,
 seu oblique exercetur.

Quoniam nec divinitus fieri posse, ut sensatio externa producatur
 aut converretur, suo obitu non existente, nonnullis Argumentis suaderi intenditur. ^{1.}um sic
 habet: quoniam externa sensatio est actus intuitivus; sed huiusmodi actus est essentialiter re-
 presentatio, seu perceptio obitu et praesentis: talis ergo est quoniam externa sensatio, quae prorsus nec
 divinitus in obitum non existens fieri valet. ^{2.}um ita efficitur: implicat cognitio sine obitu:
 ergo et cognitio obitu praesentis, sine huius praesentia. ^{3.}um hoc pacto constructur: repugnat cognitio
 obitu apparentis sine obitu apparenti: ergo et cognitio obitu praesentis sine obitu praesenti. ^{4.}um
 in hunc modum conficitur: si res absens potest sentiri, poterit mel non existens gustari, pa-
 ri que modo res sine cibo nutrir: ignis non existens poterit tangi, et ab eo animal vi: po-
 terit cymbalum non existens audiri, et eius sono auditus laedi; et alia multa, quae videntur
 implicationem involvere per divinam virtutem effici poterunt. ^{5.}o tandem contra meam
 sententiam arguitur: quia si ea vera esset, in sensibus externis error daretur; quod ta-
 men fieri posse, coiter negatur.

Non tamen Argumentis satisfacere difficile non est. Ad ^{1.}um
 concessa maiori dispo minore: est perceptio obitu praesentis et praesentis dumtaxat nego mi-
 norem et praesentis, aut ut tale representati, concedo minorem; sed nego consum. Et dicitur, ac-
 tus intuitivus ex suo tendendi modo fertur in obitum praesens sive illud verum praesens sit
 sive et praesens representetur: si enim a propria virtute propria eliciatur, in obitum re vera
 praesens fertur; si vero eliciatur a propria Divinitus adiuta, in obitum, etsi non praesens, tende-

tendere valet suppleto scilicet Deo obli. concurre, quatenus producit aut conuenit illi
ius obli. n. presentis speciem imaginariam.

Perius fortasse negaretur propositio maior cum
E.D. qui censet visionem externam h. de qua in presenti, abstractivam eē, et posse que
in rem n. existentem ferretur, licet a vidente presentis existimetur. q. quæri solutio eo
terna ut summum est intuitiva eo modo tendendi; q. videlicet est perceptio obli. ut reali
te presentis, n. quidem illius realem presentiam imitando sed eam dumtaxat exprimen
do. Ad 2. sum. h. cognitionem dari n. posse sine obli. vel in eie reali, vel in eie cogniti; ni
hil tamen prohibere, quominus sine obli. in eie reali (si de naturali cognitione sermo sit)
cognitio dirimitur detur.

Ad 3. sum. Concesso anti. nego. Coniam. Astringitatis est, q. cognitio ob
li. apparentis constituitur per ipsam apparentiam, seu cognitionem illud representantem; ac
proinde, cum cognitio sine se ipsa dari nequeat, nequit item dari sine obli. et apparenti. At
rem, cum obli. in eie presentis non constituitur per ipsam realem presentiam sed per
speciem illud et presentis representantem, cognitio obli. presentis sine huius reali presentia,
et existentia dari valet. Ad 4. sum. v. nullam eē contradictionem, si mel. n. existens quæritur
interuentu sue imaginis, que gustui inleget. Nunc tamen n. deducitur rem abique cibo
nutriti posse, q. nutritio involvit conversionem cibi in viventis substantiam; que certe con
versio in proposito euentu n. daretur. Item nulla est implicatio, quod ignis n. existens sen
tiatur per species tangibilem qualitatum ignis; his tamen speciebus animal n. videtur
q. vitio n. fit nisi per calorem inherentem rei, que videtur. Nec item est implicatio, quod cum
balum n. existens per existentes soni species audiat; quibus tamen speciebus n. deferretur
auditus, q. huius ignis n. a speciebus, aut sono est, sed a vehementi agitatione aeris, qui
sonum, huius re. species defert.

Ad 5. sum. v. cum error proprie non nisi iudicio spectetur, quo
aliquid eē, aut n. esse ptinamus, in sensibus vero externis huiusmodi iudicium nullo mo
do continetur; catenus tantum dici posse, sensus errare, quatenus, eiusmodi notitias eli
ciunt, quibus superiores pot. ad quas iudicium spectat, in errorem inducantur. In hoc sen
su eo errare posse, docetur a nostr. sententijs. Latonis, qui glures et magne. authoritatis s.
nobis enim fauent (et alios omittam) Eo. D. lib. 3. de anima, c. 12. n. 5. De Conrumb. lib.
2. de anima c. 6. q. 3. art. 2. Unde ideo sensus externi errare n. possunt, quatenus extra sui
obli. metas cocurrere nequeunt, sic que videri n. nisi visibile, auditus non nisi sonum per
cipere valet. Sectio. 1. de sensu interno, et naturali appetitu.

Sectio 1.^a

De sensu interno, et materiali appetitu.

Sicut nonnulli sensum communem negaverunt, eo potissimum argumento q^d nullum occurrit sensibile, quod in aliquem e quinque non cadat; illius tamen existentiã communitate agnoscitur, et innegabilis apparet. Et in primis eum in hominibus reperiri, inde patet, q^d in eo datur materialis appetitus, qui spe, veniente voluntate, obitum amplexatur: q^d eum appetitum materialem precedit sensus communis etiam materialis. Preterea communem sensum in brutis existere, multiplici argumento notissimum est. Prequam vero a memoria desumitur. Perfecto canes, et alia animalia meminere, ubi nam loci cibum compererint, ubi latidati sint, et fustibus excepti: cum q^d hoc per aliquem ex sensibus externis qui obiectis presentibus alligantur non cognoscant, eorum cognitio ad aliam altiore communioremque potam ad quam sensibilibus species confluant, referenda est. Datur itaque sensus communis, qui sic definitur potest, facultas permanens anime discutiens actuum in obitum sensibile, qua late patet, materiali tendentium.

Nunc ad argumentum pro contraria opinione constat: licet enim nullum sit sensibile, quod in aliquem e quinque sensibus externis non cadat; quoniam tamen nullus e sensibus absentia percipit, dandus est aliquis sensus communis interior, qui et cunctarum sensibilibus species hauriat, et sensibilia ipsa percipiat, et quid necessarium, quid salutare, quid minus, aut magis conveniens, quid fugiendum, amplexendum re sit discernat; alioqui animalia exeri in interitum ruerent. Unde sensus communis necessitas demum deprehenditur: q^d cum predicta discretio ad aliquem e quinque vulgaris sensibus non pertineat, alia communis pota, cui id muneris incumbat, adstruenda est.

Necessitas faciet, qui dicat, talem potam in homine esse intellectum, atque adeo solis animalibus irrationalibus communem sensum concedendum esse: nam, cum homini concedantur omnes potes, que ad partem vegetativam spectant, non est, cur ei denegetur aliqua eo potentia que ad partem sensitivam attinet: cuiusmodi absurdum est sensus materialis internus, qui a Deseptorio lib. 11. Mor. c. 8. iudex cerebri dicitur his verbis: cum unus sit iudex cerebri, qui intrinsecus presidet, per meatus tamen proprios quinque sensus discernit.

Habet predicta

poa diversa nomina pro diversitate munerum, quae ei delegantur. Pro ut representet ob-
ta sensuum exteornorum actualiter praesentia, et per species ab ipsis sensibus haustas,
nuncupatur sensu Communis; quatenus diu retinet species, et obta absentia seu actu non
percepta ab illo sensu cognoscit, phantasia dicitur; quatenus ex duplici obta simplici dum
Compositum sibi effat (ut cum eo monte et auro montem aureum effingit) imaginativa
vocatur. Post dicitur noivum ab vili, appellatur estimativa; et in homine coisiativa di-
ci solet, quia in eo vis peculiaris inter noivum, et innoxium discernendi reperitur. De-
tera vocatur memoria, quae non aliter est, vis cognoscendi praeterita, et iam capita, et in
Communi apprehensione vim etiam retinendi obtorum species includit. Demum appel-
latur in homine remimiscencia quae est vis recolendi praeterita, seu praecognita, per quamdam
indagationem seu illationem, et fit, cum eo modo obta in alterius memoriam per circuitum
devenimus.

Sed dubitari solet, num haec sint tantum plura nomina eiusdem potestatis, an re-
ro potestatis realiter inter se distinctas denotent. Plures ininvicem diversitate munerum, et
operationum, quas retulimus, diversas potestates adstruunt, sed in earum officii distribuendis,
non parum dividunt, et in earum numero assignando non conveniunt. Aliqui cum Philosopho
Magna quinque potestates internas constituunt; Noti quatuor enumerant; Salenus tres re-
censet, et alii duas tantummodo statuunt. Genium M. nostri Cotter cum E. lib. 3. de
anima C. 30. univiam dumtaxat potestatem agnoscunt, quae variis nominibus nuncupetur, et
vili quae actibus coerceatur.

Notandum sententia tenenda est. 1.º quod nullum est in presenti
Fundamentum regens multiplicationis potestatum. 2.º quod saepe a nobis dictum, et probatum est,
a sola variatione munerum, potestatum diversitatem non recte argui. 3.º quod phantasia, quae
obta absentia cognoscit poterit et praesentia cognoscere, maxime cum illorum species con-
vet: cur quod cum sensu Communis non identificabitur? Imaginativa autem estimativa et memo-
ria, et pote quae per exteornorum sensibilem species, quas in se condunt in obta absen-
tia operantur, cum phantasia reuerrunt: quid quod non cum sensu Communis coincidunt? 4.º
videlicet, inquiunt nonnulli, saepe accidit, ut aliqua ex his potentis datur, altera illa,
sed vero nunquam id probabit, sed tantummodo quandoque accidere ut unica potentia ob-
operari leionem quorundam actus perfecte non eliciat, licet interim alios perfecte edat.

Sed ad quem
finem inquit aliquis, elaboravit naa tres cellulas, quas anatomici in cerebro observant,
nisi, et sint domicilia, quibus potestates distinctae excipiuntur? 5.º huiusmodi cellulas deorsum

ad spiritus animales elaborando; minime ven ad potum sedem et habitaculum. Cuius signum est, q^d nervi sensorii n̄ ad cellulas, sed ad cerebri medullam congruunt. Confluerent enim ad cellulas, si istę ad eum finem destinaty a nāa fuissent, et potum maaliurn sedes sint.

Ad hęc si tres tantummodo cellule in cerebro regerunt, vel ma duas potę excipiet, istiqua ex illis (quatuor enim potę coiter adstruuntur) sine cellula remanebit. Scio, Carmelitar disq^e 15 de anima q^e 2. 5. 4. n. 93., pro quaternario numero potentiarum quatuor etiam cellulas adstruere; sed nescio utrum illę ab anatomicis observaty fuerint. Propter quam quod si nāa adeo sollicita fuit pro habitaculis potum maalium, cur non aliud pro intellectu contraxerit? Defecto minus provida fuerit nāa, si potentis maalibus ignobilioribus habitaculum effinaverit, intellectum vero, qui nobilior est, sine domicilio reliquerit.

Nic obiter (quoniam de spiritibus vitalibus, et animalibus sepe in hoc tractatu mentio fieri solet) nonnihil de spiritibus dicendum est. Spiritus coiter censent tenuissime desicati sanguinis particule, que ab aliquo principali membro in reliquas corporis partes continenter influunt. Vocantur spiritus, sive quod obitum fugiant, sive quod velut aura quędam rarissima mulceant, pulsent, et spirent. Eos autem sibi efformavit nāa, et invitum calorem, qui aridue dirigatur adventitio instaurent, simulque membris oibus ad sua munia obeunda vim conferant; que oia facile exequuntur. Sunt enim tenuissimi, maxime que apiles, ac prinde ^{huc} discurrent, et totum corpus traiciunt. Jam vero si spiritus isti ab ipso vite fonte, id est, a corde, per arterias decurrant, vitales dicuntur; si autem a principio animalium operationum hoc est, a cerebro, emanent, animales vocantur. Quocirca spiritus vitales ad singularum partium vigorem, et ad nutritionem iuvant; et spiritus animales potę sensitivas forant, et ut istarum actus vividiores fiant, conducunt.

Ere in animali huiusmodi spiritus, plurima argumenta convincunt. Et quidem omnivis aliis, quod dicitur spiritus vitales, liquet ex eo, quod si arterię crasso humore repletę fuerint, animalia pulsu orbant; q^d videlicet tunc traiectioni spirituum, qui a corde decurrunt, locus non est. Similiter dicitur spiritus animales, inde constat, quia posterea qui in gymum aguntur, concidunt, quoniam spiritus, qui per nervos, recta deducendi erant a cerebro, circum illo flexu alio versere coguntur, ne que in cāa s̄, ut circumvoluti concidunt.

Jam pro distinctione memorię a sensu communi sic argui solet. Ad recipiendas species, iis que in presentia obti utendum requiritur humiditas; ad ear vero in posterum diu conservandas excipitur siccitas; nam humida probe excipiunt, sed n̄ retinent.

sicca autem, eiri sere recipiant, diu conservant. Sed humiditas, et siccitas, sunt accidentia contraria, et in eadem m^o parte incompatibilia: q^o organum communis sensus, cuius est species recipere, non est idem cum organo memoriae, cuius est, eadem species diu conservare: q^o nec sensus communis cum memoria idem est. Sed vero, cum eiusdem sibi sit species recipere, et conservare (nec enim species conservantur a subto, in quo n^o recipiuntur) argumentum ab oibus solvi debet. Dic igitur, siccitatem, et humiditatem in gradu remisso aut temperato in mo eodem que organo recipi posse. Unde dari poterit in eodem organo humiditas, que facili species impensionem deseriat, et retentioni n^o officiat, atque etiam siccitas, que retentionem foreat, et impressionem n^o impediat. Si tamen altera nimium prevaleat, difficilior erit, vel impressio, et retentio. Hinc autem solum colligitur in eodem organo dari successive posse species diversas dispositiones, que diversis functionibus successive elicientibus interire valeant.

Sensum
internum in cerebri residere, ex communi Philosoph. sententia abbi a nobis dictum est. Verum dubitari solet, utrum in cerebri medulla, an in eius membranis, seu in volucribus (quorum alterum cranium exterius contegit, vocatur que dura mater, alterum intra cranium medullam cerebri vertit et dicitur gr^a mater) collocetur? Dicendum est, sensum communem in ipsa cerebri medulla sedem habere. Huius dicti fundamentum efficax est, quia ad illam conflunt indeque que nervi sensoris, per quos rerum sensibilium species ab exterius sensibus veniunt. Item q^o ea parte lesa, leditur etiam phantasia. Ad dictum, scitis, q^o de homine, et animalibus perfectis nunc loquimur. nam de imperfectis aliter philosophandum ee non ignoratis.

Propterea veritati
solet in dubium, an sensus communis, propter species ab exterius sensibus acceptas quas sensatas vocant, habeat alias a nullo externo sensu mutuatas, quas insensatas dicunt, q^o licet rem sensibus exterius cognitam representent, representant tamen sub aliqua ratione, que nondum per experientiam innotuit. affrant plures cum ^{99^o} Rubio et Arriaga, Echazae et Averroa eo quod canis querit leporem, quem nunquam vidit; et pavon bnta querunt, et sibi applicant herbas salutiferas, et noxias vitant, et sere numero res futuras prognunt: comperit enim est, ea mutationem acris indicare, et pluvias, atque tempestates dubio Coelo predicere, que oia et huiusmodi alia absque nullo precedenti experimento demuntiant. Ad huc, avis videns lupum numquam antea visum, fugit; cum tamen dum t^o videt canem, aut Elephantem, quamvis externa figura terribiliorem, n^o fugiat: q^o ideo fugit lupum, q^o illum sibi inimicum cognoscit, licet nondum ab eo nocumentum acceperit.

Quo circa de hoc M. bntis animantia

Ius nam Author indidit velut proprietates quasdam ad eorum conservationem necessarias, multorum species obtonum, quae vel nocere, vel prodesse possunt. Huiusmodi autem species excitantur per alias ab externis sensibus acceptas. 29. species aut cognitio coloris, et figurae lupi, quem videt oris, est occasio, vel conditio existans speciem insensatam inimicitiae lupi cum ore, vicinius speciei statim oris lupum, et sibi inimicum apprehendit, ipsum que fugit. Neque hinc infertur, similes species a natura homini inditas fuisse; quoniam in eo praesentia experimenta non militant, et abunde constat, hominem brutis cedere in multis ad corpus eo spectantibus, et in virus perigicidia, acumine auditus, et sagacitate odoratus. Unde vulgatum illud.

Nos aper auditu, Lynce visu, simia gustu,
Vultur odoratu, praecedit aranea tactu.

Notant tamen, et probant ^{99^s} Coniunctio. hominem reliquis animantibus tactu, atque gustu excellere, licet visu auditu, et olfactu a multis superetur; atque adeo quod de simia, et aranea in eis verbis canitur, et poetice, non et philosophice dictum accipi debere.

Quoniam huc ventum a nobis est, libet contra nam calumniatores aliquid animadvertere. Defecto sunt nonnulli, qui eo usque ingrudentis perreperant, et naturam odeunt, quod homines in praedictis perfectionibus infra belluas constituerit; et minus providam eandem incuraverint naturam, quod cum reliqua animantia eis oibus instructent, quibus vel a temporum iniuria protegantur vel illatam vim vi repellant; hominem veluti ipsius abiecta cura, vis oibus destitutum relinquent. Libet inquam, contra hoc id animadvertere, licet nam conditio plurima, quae in excellenti gradu belluis indidit, hominibus denegaverit; id tamen compensare abunde cum magno cumulo, dum ei rationem elargita est, qua artes varias ad comparanda sibi necessaria excogitaret; dum que ei simul attribuit manum et commune instrumentum tum ad oia conficienda, quae a belluis fiunt, tum ad vana armonum genera fabricanda, quibus se et ab illis incolumem servet, et quibus valentiora animalia sub iugum mittat, et velociora consequatur. Quin imo, et optime ingeniose que ait mille nominibus venerab. ¹⁵ Paulus Seneca homo illis omnibus denudatus, dum tormenta bellica, quae sub manibus posita habet, evaculari potest, non solum vel leo ruginens, aut lupus vulans; venum etiam non secus ac coelum ipsum intonans temere afficere valet. Ita loquitur in libro vere aureo Confusionis instructae c. 8.

Et

Jam ad institutum repredientes proposita sententia non parum verisimilis apparet; nihilominus probabilius videtur (loquor cum ² E. lib. 3. de anima c. 9. n. 13) species

insensatas non disqui a sensatis; sed per eandem speciem, que ori representat lupo, cogno
co ab illa sub ratione inimici atque adeo posita illa specie actum fugę elici ab ore solo
dictamine phantasie. Ratio est. q^a ori posita ita a natura comparata est, ut posita tali specie,
talem actum eliciat: nulla est o necessitas disquendi species insensatas a sensatis. Quin
immo addit idem E. D. or, impossibile videtur, rationem inimicitie a specie sensibili modo abs
tracto separari: nam quo pacto species sensibilis representare valeat lupo sub ratione ini
mici nisi representando sub hac figura, hoc colore, odore, et aliis? impossibile igitur est speciem
representantem sub ratione insensata distinctam esse a specie, que sub ratione sensata repręat.

Scio,
his argumentis ita occurri posse, ut ad 1^{um} dicatur, ideo orem, posita specie representante lu
pum istum fugere, quia visio lupi cęcat speciem insensatam inimicitie eiusdem cum
tue. Alac autem inimicitia Cognita simplici, vel composita apprehensione, et o discursu
secluso (qui certe in bruta n̄ cadit) illico orem ad fugam moveri; et ad 2^{um} similiter dica
tur, inimicitie rationem a specie sensata n̄ representari; id tamen n̄ prohibere, quominus
species insensata inimicitie intuitu speciei sensibilis, et visionis, que illa mediante elici
tur, cęcitetur, et ad fugam moveat. Sed scio etiam, hęc oia vti et plura alia, sine immitis
speciebus prestari posse a phantasia, que fugam precipiat, vbi obitum disconvemens appetitui
obicitur, que etiam fantasia gressum, aut volatum precipit vbi pro qualitatibus nocivis co
pellendis medicinalis herba necessaria est.

Si tamen queras cur phantasia n̄ precipiat fu
gam a lupo cavere? queras inimicem abire, cur a tali lupi visione species insensata ad
imperandam fugam n̄ moveatur? deinde v^o ideo phantasia talem fugam n̄ precipere, q^a
illius nature dictamen lupo illum et ori contrarium n̄ proponit; ideo autem dictamen
illud non sic proponit, q^a ori spe cępeta lupo mansuetum, et innoxium esse contrarium
quasi iudicium de tali individuo efformavit.

Sensui interno respondet appetitus sensitivus
seu materialis, quem in brutis reperiri evidens est (cum videamus illa, salutaria convec
tari, et declinare nociva) que functiones sine dubio ab appetitu manant) et in homine et
iam reperiri fide certum est, ut inquit E. D. lib. 5. de anima. C. 1. constat que ex Apollonio
ad Palatas s. aiente: caro concupiscit adversus spiritum; et ad Romano v. in clamante
video aliam legem in membris meis resonantem legi mentis mee. Non est quidem, fide
certum in homine voluntatem (que appetitus intellectivus dici solet, eo quod ductu in
intellectus cognitionis moveatur) ab appetitu sensitivo realiter distingui, sed tantum in:

circa sensus deciduntur. Sectio 2.

Nonnullae quaestiones circa sensus deciduntur.

Quaestio 1. Num sensus suas funciones percipiunt? Quod ad sensus externos attinet, communiter, et bene respondetur negative: nemo enim se videre videt, neque se audire audit. Et ratio est: q^a nulla p^oa sui obiecti limites excurrat; excurreret autem, si suas funciones perciperet: quoniam visio v.g. color n^o est, auditus n^o est sonus, et sic de aliis. non tamen negandum videtur, id quod docet et probat E^d. 3^o de anima c. 11. videri licet externos sensus per ipsas met^o sensiones directas quodammodo cognoscere, et sentire. At sensus internus communis in primis cognoscit operationes sensuum externorum, et nemo dubitat, sive per species illarum proprias, sive per species aliarum obiectorum, post sensationibus modificatas, et vult idem e^o. Deinde satis verisimile est, sensum internum reflexe cognoscere suo actu: meminit enim, se cognoscere; inclinatur quoque in delectationem morosam, quae est obiecti delectabilis cognitione prius habita oritur: q^o cognitionem eam cognoscit.

Quaestio 2. Num sensus carentias percipiunt? P^r Arriaga inclinat in sententiam affirmativam, saltem dum de interno sensu sermo est; nonnulli eandem sententiam absolute tenent in eodem sensu; et n^o desunt V. T. qui eam amplectantur, etiam dum de externo sensu sermo instituitur. Moverentur isti, q^a b^eta terrentur umbra, quae lucis carentia est; v.g. gallina milvi umbra terretur: vident q^o talem umbram, eamque oculis percipiunt. Ad hoc canis dolet de catulorum carentia; et muro clausus, si foramen videat, cogredi tentat: q^o muri aut alterius obstaculi carentiam videt. Propterea, virus dum eligit lapides, quos iaculetur omnia vires, lapidem parvum arripit, et iaceat: agnoscit q^o lapidis parvitate, quae in carentia maioris molis sita est.

Quoniam haec omnia, aiunt primi, et summum probant, carentias per sensum internum cognosci, non autem oculis videri. Communis tamen sententia nec per internum sensum eas cognosci tenet: illi enim, et potest quae nihil se nullam sui speciem immittere valent, et aliunde rationem suam sub qua communis sensus tendit nullatenus participat. Unde ad argumenta respondetur, sensum occasione carentiae detrahi ad varios actus tenoris delectationis, aut doloris, n^o q^a carentiam percipiat, sed q^a n^o percipit rem, cuius carentia tunc datur, et huius intuitu vel obiecti sibi notitiam adesse apprehendit.

Nunc bruta detementur Umbra, n̄ q̄ utam videant, sed q̄ illius occasione suum Contra-
 rium adese apprehendunt; canis memos catulorum, et eos videre desiderans, nec inven-
 ens tristatur, et dolet, q̄ carentia cognitionis ipsorum et presentium simul cum eorumde-
 memoria est in causa ut apprehendat aliquod malum, quod forte catuli patiuntur. Tentat
 autem egredi per muri foramen, caret enim visione obstaculi, quod visio cum adest, impe-
 dit, ne canis apprehendat, se posse egredi. Sic noctu aggreditur etiam coire per murum,
 in quem graviter impingit, licet tunc muri carentiam n̄ videat. Ursus denique lapidem
 corquum pro rupe, arripit, n̄ q̄ parvitatem et talem seu magnitudinis carentiam videat,
 sed q̄ caret visione maioris molis quae visio si aderet, eum retardaret; vel q̄ dum parvus
 lapidem videt, procurrente naturali phantasiae dictamine ad eum eligendum deviat.

3.º an res spiritualis ab externo sensu divinitus cognosci valeat. Lupitx
 (quoniam inter Theologos versatur sub his terminis Utrum oculus corporeus ad viden-
dum Deum elevari queat) brevisime a nobis expediatur. Et in primis, quod attinet ad
 sensus naturales de facto existentes, certum inter oes habetur, nullum ex eis ad obtin-
 endum spirituale attingendum elevari posse. Quod vero spectat ad sensum suae pot̄ae naturali
 possibilem divinis indolis a presentibus, dubitat L. Valencio, et PP. Anaya, Quiso, et Sigala,
 quibus nonnulli PP. subscribunt, sine formidine affirmare dicuntur. At tamen Commu-
 nis Theologorum et Philosophorum sententia partem negantem tuctur.

¶ Sit assertio nostra cum
 Communi: Cui spirituale ita est potentis naturalibus imperium, ut nec divinitus possit per
 alio sensu naturali etiam possibili percipi. Ratio est: q̄ obitum spirituale est extra sphaeram ob-
 sensibilibus: q̄ est extra sphaeram pot̄arum naturalium: q̄ cum nulla pot̄a extra suum obitum
 vel divinitus tendere valeat, nulla in obitum spirituale ferri potest. Et hae ratio efficax ha-
 beatur, observatum diligenter velim, nullam pot̄am vitalem, quae vitaliter operetur, extra
 huius divinitus pot̄ae a sua sphaera, tum obiectiva, quae est ratio formalis sub qua pot̄a tendit; tum
 etiam vitali, id est ab ea vitalitatis linea, in qua naturaliter constituta est. Unde nec intellectus
 percipere potest, nisi per actum, qui sub ratione veri tendat, et intellectio sit; nec visus videre va-
 let nisi per actum, qui sit visio, et in Colorem feratur.

¶ Ratio huius est: q̄ effectus videns q̄
 essentialiter constituit, n̄ solum per visionem, sed etiam per subitum naturae suae visum; et cum
 Deum facere n̄ valeat, et oculus sit naturae suae visus rei spiritualis (nec enim rerum essen-
 tias invertere valet) facere nequit, ut oculus denominetur videns, siue percipiens spiritum

visione m^oali. Reliquas, aut humani oculi de facto existentes, aut cur oculi equini ad Deum clare videndum elevari nequeant?

Nec diutius repugnat M^o Aug^o dum libro ultimo de civitate Dei c. 29. de Beatorum statu loquens, ita dicit, vis propterea oculorum est illorum, ut acutius videant, quam quidem prohibentur videre, serpentes, vel aquilae. Quanta libet enim acrimonia cernendi eadem quoque animalia vigeant, nihil aliud possunt videre quam corpora, sed ut videant et incorporalia. Non inquam, per h^oc verba est, quae dicta sunt, M^o Aug^o repugnat. tum q^o minimum sine dubio eret, si tantus D^o repugnaret clarissimis S^o P^o et Conciliorum testimoniis, quibus traditur, Deum nulla ratione visibilem esse, aut perceptibilem sensibus corporeis, et quibus pro eodem sursum spirituale sive incorporeum, ac invisibile, aut n^o sensibile; quae testimonia apud eruditissimum P^o Menae lib. 8. Empyrologiq^o exercit. 26. sect. 8. videre potestis.

Sum q^o si propria verba accipiantur, ut iacent, nimium probabunt, videlicet oculos de facto existentes ad Deum clare videndum elevari posse. q^o dicendum est cum S^o P^o 1^o q^o 12 art. 3. ad 2^{um} M^o Augustinum ea h^o tam asserendo, quam am^o diverendo pronuntiare, cuiusque mentem esse, ut constat ex his, quae paulo post subiicit, Beatos etiam ex his, quae aspectu cernunt, et ex resplendentia Divinae claritatis in corporibus gloriosis apparente, Dei presentiam singulari intellectus semplicitate cognituros, neutiquam tamen isam naturam Divinam in se, aut rem illam spirituales oculis corporeis percepturos; sic dum motus vitales ab hominibus coarctari videmus, illorum vitam non videre dicimur. Ita Mag^o Aug^o 2^o q^o 4. de speciebus et habitibus

Disp^o 1. De speciebus, et habitibus.

Quoniam saepe in hoc tractatu, imo et in tota Philo^ophia perierum, et habituum mentio fit, de utrisque diverere oportet, atque in 1^o de speciebus sit Sectio 1^a. Num species in genere admittende sint?

Sectio 1^a Utrum species in genere admittende sint?

Species in presenti idem sonat ac imago vel similitudo rei, n̄ quidem physica aut in esse physico, sed intentionalis sive in esse representativo. Et autem duplex, expressa scilicet, et impressa. Expressa dicitur formalis representatio obiecti a cognoscente vitaliter producta. Impressa, ita dicta, quod ab obiecto per cognoscitum imprimitur, est qualitas intentionalis complectens et adiuuans potam cognoscitivam et formam obiecti representationem eliciat. Tria in specie impressa repeririuntur: 1. enim est obiecti imago, n̄ quidem formalis, ut multi Aristotarium putant (alioquin a cognitione n̄ differret) sed virtualis, q̄ est ipsum obiectum in virtute. 2. concurrens cum pota ad eliciendam representationem formalem. 3. pota inheret, q̄ titulo qualitatis alicui inherere debet, quam inherentiam relate ad obiectum n̄ obiectum, licet cogitare huius se habeat, q̄ illius nomine influat, et eius vices quasi gerat.

Quidam species omnes impressas omnino tollere conati sunt; quidam in solis sensibus eas admittunt; et quidam in solo intellectu dari consent. In Aug. adeo conperitum reputat, species impressas dari, ut lib. 11. de Trinit. c. 2. dicat, ingenii tardioris esse de eis dubitare. Quid a nobis tenendum sit, exo dicendis constabit. Ac primum quidem de his tantum, que ad sensus pertinent, in presenti disputabimus, ad hanc sectionem proxima de his, que intellectui propria sunt, q̄ quod ad sensus attinet, sit 1. a sensu: in sensibus ceteris viuis, et auditus species impressas admitti debent. Probatur: facultates istę indifferentes s̄, et ex se indeterminatę, ad hoc vel illud singulare percipiendum: igitur et huius potius quam alterius sensationem edant, necerunt ab aliquo detrentur, sed non est aliud, a quo detrari queant pręterquam a similitudine obiecti, huius que specie impressa: ita q̄ in sensibus predictis admittenda est. Prob. min. subiungit. si aliquid aliud eret maxime obiectum, quod nullius speciei interventu concurreret, sed obiectum tale detrativum n̄ est, alias cum illud sepe ab eis facultatibus distet ageret in remotum, quin aliquid in medium operetur, vel si aliquid prius in intermedium ageret, que potam ad agendum succitet et ad operandum detret, illud utique species erit.

Propterea, quod species impressa in oculis detur, multiplici experimento comprobatur. ^{sum} inde sumitur quod nonnullis, quibus debilis est visiva pota, subornitur per crystallina, vitrea que concipicilia, que utique nulli visui commoda esse possent, si obiectum per illa nihil omnino ad potam transmitteret, ideo autem commoda consentur quia et alibi dicimus, tunc plus in centro ununtur species, atque in representando efficaciores redduntur: q̄ huiusmodi species dari negari nequunt. ^{sum} Oculis n̄ videt se ipsum; videbit tamen si ei obiciatur speculum; sed et n̄ aliunde provenit, nisi quod oculus producit in speculum sui imaginem, que inde ad oculum reflex

Affectus, cuiusque informati per visionem elicit: talis quoque imago, atque species datur. 3um

Obiectum non videtur sive clare in quacumque distantia, sed in minori magis, in maiori minus, et in maxima nullatenus. Si autem obtum nihil efficeret, quo prout ad sui visionem coadivvaret, in quacumque distantia sive clare videretur, et nullius spatii intercedendo illius visionem impediret, et in prout volitiva, et intellectiva, quarum obta in quacumque distantia sive bene amari, et intelligi possunt, videre licet. Obtum quoque visibile aliquid immittit in prout vivam, quo ista ad visionem iuretur, illud vocamus speciem impressam, igitur hinc in prout viva necessario constituenda est.

Hinc et alia experimenta esse admodum sine speciebus explicari queunt: sive enim obtum in se immutatum perererans, pro varietate medii variis modis adspicitur: videtur quippe obscurius, cum medium est densum; apparet quasi divinum et fractum, et remus sub aqua, cum medium est tremulum; apparet multiglex, cum medium varie figuratum est, et cum obtum per vitra polygonia, seu per conspicilla directa apparet. Hinc autem varietas aliunde sumi nequit nisi a speciebus, que ob varias medii affectiones perveniunt ad oculos nunc tenuiter, nunc intense, nunc continue, nunc discontinuate, nunc per lineam rectam nunc per varios flexus, et obliquitates, nunc denique per reflexionem perveniunt. Quid vero varia dispositio medii ad visionem variandam conducat seclius speciebus.

His vero admiranda predicta experimenta facile explicantur nam (et alia omitam, de quibus iam rationem dedimus) ideo quis se ipsum, et oculos suos in speculo intuetur, quod producit species que in speculum incidentes, et eius opacitate a tergo posita repercursas, per lineam reflexam ad oculos recta transiunt, faciunt que et obtum ibi appareat, ubi linea reflexa incipit, et directa desinit. Nunc obtum in speculo ita apparet, et pars dextera dexteriori intuitis conrespondet, et sinistra sinistra licet via contraria seu in verso ordine, ita nempe ut si facies directe orientem respiciat, reflexe respiciat occidentem, reverso tamen eodem ordine lateris et nostri, ac dexteri, quod scilicet obtum immittit species sui directas ad speculum e regione partem, et inde incipiens linea reflexa speciem efficit, et obtum per eandem species ad pupillam redeat. Nunc etiam provenit, et obtum per conspicilla directa vnum multiglex appareat, quod species invicem develluntur ob eas quasi incurvas, aut angulos. Unde quod ad vnum pervenit sunt quasi multe species totales, quia diversas lineas rectas efficiant, et vnum in plures quasi partes dividunt.

Dices: si in prout viva darentur species, species albedinis, et nigre

divinis in eodem met oculo simul recipiuntur, quoniam album, et nigrum per se simul videntur. Atqui species albedinis, et nigredinis in eodem met oculo recipi nequeunt: nam si tales species existant a contrariis causis producentur, atque adeo contrarij inter se, et in eodem subto incompatibiles esse debent. Nulli igitur species in ipa natura adstruendae sunt. Conceda maiori nego minorem; ad cuius invertam probationem fateor eas species a causis contrariis ortum ducere; nego tamen ob id contrarias esse oportere, quae tunc solum contrarij causae contrarij effectus edunt, dum comparatione suorum effectuum privoce sunt, reaverum dum se equivoce; qualia sunt obta respectu specierum, quas emittunt; sicut talia sunt, et negantes species, respectu visionis; et ob id visiones albedinis, et nigredinis contrarij non sunt, et in eodem oculis simul coherere possunt.

Quod item species impressae admittendae sint in ipa auditiva, probatur 1.º; quod alioqui integer sonus a nobis percipi non posset. nam, cum impossibile sit totum sonum auribus illabi, praesertim dum concionator coram mille hominibus voces edit, ea tantum ratione integer percipietur, si species, quae integrum sonum representat, auribus imprimatur. 2.º quod dum generatur Echo, saepe immoto aere, eadem vox non semel tantum per reciprocationem ad auditum pervenit, sed saepius ita ut decies interdum audiat, sicuti Latarii quidam in loco fieri narant, id autem a specierum reflexione ortum habere certum apparet. Tandem: nisi ab ea met parte aeris, qua sonus editur, continuo species soni efflueret, non possemus discernere, unde nam sonus veniret: nihil enim aliud est, quod locum soni (praesertim, dum iste in magna distantia efficitur) indicet, nisi species soni: siquidem, si sonus ipse ad aures usque perveniret, et sui locum indicaret, vel in euentu posito non ut distans, sed ut contiguus perciperetur, quod certe experientiae refragatur.

Sed dices,

si daretur soni species, momento perciperetur sonus, etiam distantissimus: illa enim momento perveniret ad auditum, sicut species lucis, aut coloris momento ad oculum pervenit. At oppositum constat experientia; quoniam tardius auditur tonitruum, quam videatur fulgor, cum tamen tardius non producat, imo tonitruum fulgurationem antecedere communiter cavetmetur: soni igitur species non datur. Hae difficultates vel ab his, qui sonum a sono produci, ipsumque ad aures pervenire putant, solvenda est. Dic igitur, sicut sonus indiget successione temporis, et propagetur, quod scilicet pendet a motu, qui successurus est, pariter eandem conditionem naturalem in soni species refundi; ita ut eo indole suo abique motu non propagari nequeant. Convento, quod lucis, et coloris nullum ad sui productionem motum successurum coequunt, sed momento sunt, etiam ipsorum species momento propagantur.

Assero 2^o. species imperias in affectu etiam admittendas esse
satis venimile apparet. Ratio est: q^a odor in locis admodum remotis esse sentitur,
et testantur vultures et alie aves, quae odore allectae cadavera procul inquirunt. At
qui odor ipse ad tantam distantiam extendi non posse videtur: extenditur ergo media spe-
cie imperia, quae proinde in affectu adstruenda est. Accedit, quod odor eo communi
sententia nullo pacto agit realiter, sed intentionaliter tantummodo. Unde ille non se-
cundum esse reale, sed secundum esse intentionale diffunditur ad totam distantiam
in qua generatur; ac proinde potest affectiva sic immutatur per odorem, ut non per ipsum
secundum esse reale semper immutetur; sed quandoque per illum secundum tale
esse Consideratum, quandoque per eundem secundum esse intentionale. In hoc sen-
su intelligendum est, quod precedenti disj^o. sectione 3. dicebamus de odore, quia a ro-
pore fumes ad nares devehitur.

Quod vero ad gustum, et tactum attinet, videntur illi non
indigere speciebus. Ratio est: q^a horum sensuum obiecta non nisi ut contigua, et applicata perci-
piuntur: cum ergo obiecta ipsa absque ulla specie, quae illorum vires generat, ad sui sensationem
concurrere non poterint: maxime cum species eo communi sententia solum requiratur
ad sustinendam obiecti absentiam vel disproportionem; quae utique in presenti non inveniuntur: nam
ratio materialis, et sensibilis actibus, et obiectis harum potestatum in voce convenit, et nemo
negat.

Assero tamen 3^o cum E. D. 3 de anima c. 26, et P. L. Connimb. 2 de anima c. 11. q. 3.
art. 2, in eis etiam admittendas esse species. Hec assertio ut inquirunt iidem Connimb.
in Peripatetica Schola communis est, et 2^o mentem Aristoteli docentis 2 de anima. c. 12. com-
mune esse sensibus, quod sensibiles sine materia fuerit suscipere possunt: commune ergo omnibus
est recipere obiectorum imagines, seu species, quae ideo vocantur species sine materia, quia species albe-
dinis igitur non est ipsa albedo materialis, sed id quod albedinem repraesentat. Et autem assertio nostra
suadeatur, et proposito argumento fiat satis cognoscendum est, potestatem a suo obiecto duplici-
ter immutari posse, physice scilicet, et intentionaliter. Physice, recipiendo qualitatem ipsam
physicam, quam pro obiecto respicit. Intentionaliter nempe recipiendo non qualitatem ipsam, sed
eius speciem representativam, per quam eo sensu intentionaliter non infertur, quia species per
ceptio foris non est, sed solum virtualis; et in hoc sensu alibi dicebamus, potestatem per species non
informari intentionaliter.

Cognoscendum est 2. non requiri, ut qualitates, quae tactus, et gustus
obiecta sunt, eorum organa physice ingrediant, et percipiantur: tum quia tactus percipit la-

Lapidis duritiam, que illius organo non inhaeret, tum quod si sapienter observat Eo. Vbi nuper
 dum quis igni applicatur illico sentit vehementem Calorem, quem tamen nondum in
 se recepit, ^{nam} si ab igne removeatur, protinus illam Caloris vehementiam non sentit: sentit
 quod Calorem, qui non sibi, sed parti contigua inhaeret.

His proportionibus, avertio nra probat, et propri-
 tum argumentum diluitur: licet tactus, et gustus obta eis contigua sint, opus non est ut ea
 sibi inhaerentia habeant; at (si aliquid aliud non obstat) connaturalius est, quam vitalem ha-
 bere sibi intime unitum, id, per quod ad operationem vitalem proximè excitatur: quod con-
 naturalius est, tactum, et gustum a specie impressa Obiecti, quam ab ipso Obto, predicto modo
 excitari. Minor pro. quod potentia immanens operativa connaturalius Complectitur, et ad operandum
 excitatur per virtutem in se immanentem, quam per Obiectum, quod ei continere as-
 sidet. Corroboretur hęc ratio: eo nam ipsius instituto et ordine (Inquirunt Optime P. C. Camillo.)
 Equum est, ut inter cognitionem sensitivam et obtum mediet species; ne a re sensibili, que
 nimis maalis est ad cognitionem, que ad immaalem nam prope accedit, fiat transitus
 sine medio: fieri quod debet interiectu species, que est fra sine ma, seu minus maalita-
 tis habet, quam obtum sensibile: hoc ipse minus proportionatum est, quam species, ut ad
 sensationem effective concurrat.

Adro 2. phantasia, siue internus sensus speciebus indiget. Hęc
 avertio eo pro, quod non solum homines sed etiam bruta Obiectorum Cognitorum recordantur,
 recordatio autem non nisi ministerio specierum efficitur. Nec satisfacit 2. Obiedo inquirens,
 externam sensationem loco speciei ad recordationem concurrere: etenim externa sensatio
 distat ab organo phantasiae, in quo recordatio fit: quod ad talem actum concurrere nequit. Ad
 hęc sepe operatur phantasia non operantibus sensibus externis, ut in somno euenit: quod ad has sal-
 tem operationes speciebus indigebit. Tandem sensus Communis Centro Comparatur, eo videli-
 cet, quod, ut lineę a Circumferentia in Centrum confluerent, ita undique e singulis aliorum
 sensuum Organis, rerum sensibilibus imagines ad sensum Commune recurrunt: quod in isto
 sunt species impressę, que ad varias operationes decurrere valeant. Sectio 2. aliquibus argumen-
 tis fit satis.

Sectio 2.^a Aliquibus argumentis fit satis.

Obiciunt 1. Durandus, Occamus, et alii, qui species tollunt: si species existerent, cum ut ratio-
 nes cognoscendi ponantur, oportebit eas esse obiective in sensu, ab eo que cognosci; aliter quod

quod incognitum est in alterius notitiam duceret: q^o cum liquido constet, eiusmodi species a nobis nō sentiri, prorsus fictitij existimandę sunt. Nuius argumenti vis corroborat ex eo, quod species, si darentur, essent obtonum naturalia signa: q^o prius deberent cognosci quam in obtonum cognitionem ducere: nam ex^a. M. August. illud dicitur signum, quod perceptum est in causa, et percipiens ex vi illius in alterius rei notitiam prorehatur.

Ad argumentum negando ans, ad cuius insertam probationem dicitur, species, ita in obti notitiam ducere (me^t tus fortasse dicitur, obti notitiam efficere) et proptius, quam ad signum instrumentale ad signum forte accedant: siquidem receptę in p^oa nō tam sunt id in quo ea cognoscit obta, quam id, quo obta percipit: licet autem, id per quod res, et per instrumentale signum imo testat, prius quam res ipsa cognosci debeat; secus vero id, quod ut forte signum, vel ad in part illius in alterius notitiam ducit, ad eam re effectius concurrat. Unde ad argumenti corroborationem constat: nam ea tantummodo naturalia signa ex Augustini doctrina, prius quam in obti cognitionem ducant, apprehendi debent, que signi instrumentalis rationem obtinent; nō vero que ad forte signi rationem accedunt, ut in logica ubi de signo inveniabamus.

Obiiciunt 2^o species impressę multo nobiliores essent, quam obta a quibus transmitti ducuntur: q^o ab istis nō generantur, alioquin effectus propriam causam dignitate superaret. Ans dupliciter probatur. 1^o q^o species impressę altioris ordinis essent, quam quantitates physice, cuius modus nō albedo v.g. et nigredo: si quidem ille in ordine intentionali collocarentur, qui utique ordo altior est ordine physico. 2^o q^o illę species essent instrumenta vitalium operationum, quas certe obta, a quibus emitterentur, multatim edere nō possunt, cum sepe talia obta animę, et vite experientia sint.

Ad hoc argumentum nego etiam ans, ad cuius 1^{am} probationem 3^o species sensibiles per modum solius instrumenti in ordine intentionali collocari, quatenus scilicet ad perceptiones intentionales instrumentaliter concurrunt, nempe per modum instrumenti, et tamquam vicarię obtonum, quorum vices gerunt. Nunc autem nō inferitur, nobilitatis nāq^{ue} esse, quam accidentia physica a quibus effunduntur: ista enim suas species superarent, tum in activitate, tum in ratione entis; q^o esse specierum multo imperfectius est, quam accidentium esse. Ad 2^{am} probationem similiter 3^o species nō possunt nāq^{ue} excellentia obta a quibus efficiuntur, licet, ut istas, vitalium operationum instrumenta fiant; eo vel maxime, quod obtonum locum subeunt. Et certe si propterea, quod talia instrumenta sint, obta antecellerent, etiam accidentia naturalia substantię igni v.g. excellentiora essent, q^o illa pro

per ista instrumenta vitalium operationum adstruuntur.

Obiiciunt 3. vel species visuales

v.g. demittuntur a rebus, cum est qui res videre possit, vel etiam dum nullus est, qui res aspiciat, aut adspicere velit. ¹um dici non posse videri, vel dicatur, cuius imperio ille demitterentur, et confestim ad oculos videntis accurrerent. Si vero dicatur ²um eo quod res suarum specierum causae necessariae sint, atque adeo eas semper edant; talium specierum effusio ita impugnatur: ille species parim oberrarent et in aere reciperentur; sed istum que falsum est: ³ minor quoad ¹am partem inde fit, quod ea specierum huc illuc que oberrantium effusio contra naturam rerum genium videtur: si quidem ille proprio virtutis dispendium maxime abhorrent. Quoad ²am partem suadet, tum quod species si clarescerent ad perceptionem et instrumentum concurrerent: ³ in aere perceptionis incapaci recipi non possent: nam ubi subitum est incapax effectus, incapax etiam est causae productivae illius. tum quod nulla fra recipitur in subto incapaci effectus talis illius; aer autem incapax est effectus formalis, quem species contineret, videlicet complexe et detrahe ad videndum: ³

Ad hoc argu

mentum 1. Species visuales a rebus visibilibus ^{productis} naturaliter, atque adeo etiam dum nullus est qui videre velit. Nec impugnatio in contrarium obstat: nec enim temere huc illuc oberrant magis, quam lux, quae ipsas comitatur, et quasi foret; et abunde in aere recipi possunt. Non inquam temere huc illuc oberrant, nec illarum dispendium contra rerum naturam genium est: nam istae inutiles tantummodo dispendium videntur; secus vero dispendium, quod illarum quasi gratitudinis, et servitutis debitum aliquatenus rependat, ut in presenti accidit. De factis res creatae eo, quod sint effectus Dei, et Divinam perfectionem ac bonitatem representent, cooperentur que pro viribus ad ipsius gloriam et extrinsecum honorem, qui in eo situs est, et a creaturis rationalibus cognoscatur, et laudetur, species circumquaque diffundunt, et quacumque occurrat oculus humanus, instrumenta inveniat parata ad videndum, ac deinde intelligendum ipsas creaturas, ex quarum cognitione in Dei cognitionem promovetur. Nunc est illud, pleni sunt coeli, et terra gloria tua, et illud regni patris, coeli enarrant gloriam Dei; quo etiam spectat illud Apostoli invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.

Ad hoc species in aere recipiuntur quoniam obviat impugnationes in contrarium adductae. ad ¹am concessio anti, nego consam; ad cuius probationem ² tunc solum entitatem aliquam non posse esse subiectum alienius causae, quando ista in ea tantummodo recipienda esset; secus dum ea subiectanda foret in alia entitate, euz

cum qua suam virtutem exercere potest, et in casu nro accidit: nam species sic reci-
piuntur in aere, et per ipsum transiunt ad partem virtutem, in qua ei subiectantur et
ad visionem eliciendam effective concurrant. Nec ob id species de subito in subitum trans-
migrant, sed oes illas entitates informaret, quae informationis illius capaces sunt, et in pro-
pagatione caloris accidere dicitur. Ad 2^{am} v. aerem quidem n. debent per speciem ad
eliciendam visionem; ab ea tamen qualificatum reddi. Unde licet alicuius effectus a
specie proptandi incapax sit, omnis illius effectus incapax n. est.

Obiiciunt 1^o si da-
rentur species itq. vel essent divisibiles, vel divisionis expertes; at neutrum horum
dici potest. 1^o Prior minoris pars suadet: si species essent divisibiles, species virtualis a coe-
lo immissa divisibilis foret, ita ut cuius coeli puncto speciei punctum correspondeat, id
autem repugnans apparet: nam inde inferretur in pupilla, quae unico intuitu immensum coe-
li spatium intuetur, tot agglomerata puncta speciei, quot mag. puncta sunt in coeli spatio;
quod itaque fidem omnem superat. Posterior pars dupliciter probatur: 1^o species educeretur
eo potestate mag. ad cuius ingenium se accomodarent: 2^o cum mag. indivisibilis n. sit,
nec tales essent species: 2^o vel talis species, itq. species virtualis a coelo immissa produceretur
ab omnibus coeli partibus unica actione omnibus communis, vel n. nisi ab aliquibus. Si v^o
1^o si vel unicum coeli punctum ab influenda specie cevet per interpositionem alicuius corpus-
culi opaci, tota species subito peribit, et reliquum coeli n. videbitur, quod experientia repugnat.
si 2^{um} 1^o etiam si coeli illi partes, a quibus species n. producit, nube interposita obtegantur,
adhuc videri poterunt; cum vel tunc species eorum representativa periret; quod etiam,
tunc experientia falsum est.

Et hoc argumentum solvantur. 1^o in duas sententias dividuntur
1^a quam tenentur Cardinalis Tolet. 2^o Conrims. Averra, et alii docet species materiales coe-
lestes ob id divisibiles esse quidem divisibiles in essendo, indivisibiles autem in representan-
do; hoc est pluribus constare punctis, tot scilicet, quot constat obitum, a quo emittuntur; sed ita
ut quodlibet eius punctum referat aut virtualiter representet oes obit partes, ad quas licet
rectam lineam ducere. 2^a sententia quam tenent cum ED. 1^o Hurtado et Quiror, et RL.
frequenter, statuit predictas species, tam in essendo, quam in representando, divisibiles esse ita
ut quodlibet obit particula speciem propriam aut sui solius representativam independentem ab aliis
producat.

Pro 1^a sententia arguitur 1^o obiectum longissime a vidente divinum, si sit quam
maximum videtur, si sit corpus n. videtur: 2^o oes obit partes eandem, et indivisibiles.

in representando speciem operantur: si enim quis pars speciem sui representativam mitteret, posset obtum percipi si illius, etiam si sola existeret, atque adeo obtum longe a vidente divitum, sive maximum, sive exiguum sit, videbitur. Comboratur huc ratio: nisi species una sit in representando, obtum in quacumque distantia equalis magnitudinis apparet, q^a in quacumque distantia quolibet ipsius punctum speciem sui representativam produceret. Arguitur 2. nisi oes partes celi vicinam, et ind. visibilem in regardo speciem producant, quolibet celi particula tantam spheram activitatis haberet, quantum totum quod habet: si quidem quolibet sola sua virtute speciem ad nos usque pervenirentem eliceret. si tot essent species, quot partes montis Py. tot essent partes visionis in p^ota quot sunt montis partes; hoc autem falsum est: nec enim adeo exigua oculi pupilla tot visionis partes recipere potest, quot sunt in monte.

Pro 2^a autem sententia sic philosophari solet: si oculo semiclaudas, non nisi dimidium obti videbis: q^o quia medietas illa sensim ab alia speciem mittit. Et in hunc modum: spe in obti, quod certitur specie diversi colores reperiuntur: atqui ab huiusmodi coloribus communis species prodire nequit: q^o 3. ita partes distantiores obti, montis Py. minus clare videntur, quam viciniores; sed hoc stare non potest si species omnibus communis sit: talis q^o non est.

Utriusque sententia fundamenta expectari facile possunt; sed quoniam 2. vero similior apparet, solius 1. dissolvenda sunt. Ad 1^{um} q^o concerso anti, nego constam: ad cuius inventam probationem 1. quacumque obti partem mittere quidem speciem sui representativam; ideo autem, cum sola existit, non videri, quia species illius ob sui tenuitatem, et p^oam excitet, indiget consortio specierum aliarum partium quibuscum continuatur. Quare species sibi invicem sunt conditiones necessarias ad cognitionem operandam; vel unum illarum complexum efficit unam speciem, que ad visionem p^oam trahat, sicut complexum unum partium congruis efficit obtum notabilitati extensum. Ad 2^{am} contra rationem 2. negando sequelam: etenim species, quo magis ab obti recedunt, eo remissiones sunt, sicut lux est minus intensa, quo magis a sole distat; distantia autem obti simul cum remissione speciei efficit, ut obtum minoris magnitudinis appareat.

Ad 2^{am} in primis sequela con celi posset: nam, ut observat 2. Inquirerdo, aliqua corpora operta, que ob sui exiguitatem, et distantiam non videntur sine tubo optico, per vitrum videntur: ea q^o corpora usque ad tubum opticum, ac proinde usque ad p^oam visionem speciem sui emittunt. legitur idem de quolibet

coeli particula dici potest. Deinde, ex eo tantum deducitur, num coeli punctum, & qualem
ac alienum sphaeram habere; non tamen quodlibet, & qualem, ac totum coelum obtinere sphae-
ram.

Ad 3^{um} cum adversarii sic adstruant speciem indivisibilem in repando, et eam in
evendo divisibilem agnoscant, vel ipsi hac difficultate premuntur. Propterea, ea 2^o nos nullus
nobis est, scilicet quod ad visionem attinet: si quidem visio propter alibi dicta indivisibilis
est; eo videlicet, q^d si esset divisibilis subiective, et in informando, indivisibilis autem in rep-
sentando, plures illius partes superflue essent: nam per unam tantum totum obtinere videretur.
Si autem esset divisibilis in representando, nunquam anima videret formaliter totum obtinere,
sed per partes visionis perciperet obiecta partes. Nec obstat, quod species integraliter divisibilis ab
omnibus generatur: nam sicut visio Beatifica, intellectio et amor, atque alia id genus, indivisibi-
lia sunt tamen a principio divisibili seu ex pluribus partialibus principiis compacto profici-
untur; ita visio, etsi a specie divisibili ortum habeat, indivisibilem naturam obtinere potest.
q^d dum a nobis ibidem dicebatur, talem esse operationem alius principii, quale principium
est, id non tam averendo, quam dixerendo dicebatur.

tandem, etsi admittatur sequela, hęc nul-
lum absurdum continet sicut enim absurdum non est, q^d fautores 1^e sententiae, quod in pup-
pila comprehant totidem partiales species, quae sunt partes montis uno intuitu percepti, ita ab-
surdum non est, quod in eadem pupilla tot partiales visiones simul comprehant, quot sunt eiusdem
montis partes. Notandum tamen est visiones eas partiales (uti de speciebus 1^e sententiae M. con-
sent) non facturas intensionem inter se: essent enim accidentia inconnexa, et ratione heteroge-
neitatis individualis, quam haberent inter se, ita se haberent, ac si ad diversas species pertine-
rent.

Sed ad principale argumentum respondemus, species, de quibus in presenti intelligibiles
ab omnibus, qui eas admittunt absolute indivisibiles adstruuntur tam in evendo, quam in re-
presentando, divisibiles esse. Unde ad impugnationem 1^e talem etiam esse speciem immixtam a
coelo, ac proinde tot in p^oa viva species agglomerari, quot magis puncta sunt in coeli spatio. In
hoc autem nullum absurdum aut aliquid fidem superans continetur: illi enim nec sibi impe-
dimento sunt, nec partem depravant, nec sua mole, aut contrarietate se extrudunt, cum non
sint corpora, nec contrarium habeant, nec se perturbent, licet in eodem situ coeant; q^d
ubique existant, perse n^oq^{ue} distinctionem, et vim significandi retinent.

Advertendum ta-
men, germanam rationem, quae probant, predictas species esse divisibiles in evendo, et in

regando, non esse, q^a a mai^o potestate euocentur: nam vel animi^o duntaxat exeunt e
 mai^o potentia, et tamen eo^a nram sententiam indivisibiles sunt. Legitima q^o ratio est, quia
 quicquid pars obiecti est agens naturale, ac minime libenum ad sui speciem producendam: igitur
 tur quicquid speciem sui representativam producit, atque adeo species ipsum virtualiter regans,
 coalescit ex pluribus partibus, quantum quilibet partem obiecti partem, a qua procedit, vir
 tualiter representat.

Advertendum Notius, secundum impugnationem, qua specierum indivisibili
 tas impetebatur, sic ab Aristoteli^o sententia occurri potest, ut dicant, speciem visivalem a celo
 immensam produci ab omnibus huius partibus actione cunctis communem; dum vero vel micum
 coeli punctum ab immitenda usque ad oculos nros specie cessat, generalius corporali
 opaci interpositionem, producendam fore a reliquis partibus non obiectis speciem aliam,
 que oes illas representaret. Unde isti inconveniens non reputant species perpetuam fore mu
 tationem subire. Et certe, cum visio fore continuam mutationem subeat, absurdum non ap
 pareat, si eodem modo de specie philosophemur, atque adeo utraque sententia propria ad
 ducto argumento solvendo satis est. Sectio 3^a admittendae ne sint species intelligibiles ubi
 nonnullae difficultates circa species explanantur.

Sectio 3^a
 Admittendae ne sint species intelligibiles, ubi nonnullae
 difficultates circa species explanantur.

Et clarius procedamus, duas in presenti difficultates distinguere oportet 1^a est, utrum intel
 lectus in suis operationibus iuretur aliquo accidenti, quod mediate vel immediate ab obiecto po
 veniat; quodque proinde species imprensiva nuncupetur. 2^a utrum huiusmodi accidens a
 phantasmate materiali distinguatur, cum eo re identificetur? Nomine phantasmatis materialis
 nuncupantur species sensus interioris, eo quod talis sensus, qui cum phantasia coincidit ope
 rationes sunt.

Circa 1^a difficultatem tenenda est sententia affirmans, quam amplectun
 tur quotquot species auerunt. Hae sententia pro 1^o eo indifferenter intellectus, potentia. Hae mi
 nimum ad hanc vel illam rem intelligendam indifferenter se habet: quod oportet aliquo
 detractoro, quo ad hanc potius, quam illam concipiendam compleatur, et detretur. Sed hoc non
 apparet aliud, quam obiectum vel aliquod accidens, quod obiecti vices gerat; ideo apud Philo
 sopherum proloquium illud eo Aristoteli^o libro 2^o de limit. c. 12. desumptum, ab obiecto et

propter virtutem notitia: quia cum aliunde obitum spiritum a pro dicitur, atque adeo illam per
se ipsum determinare, et complere nequeat, pro sui substitutum hoc prestare debet, ac proinde
tale substitutum et accidens in intellectu admittendum est.

Probatur 2. intellectus non sicut bene
percepit obita illa, quorum sensiones exteri non antea existere, atque ea, quorum iam ex-
istere, ut experientia testatur: nam quis expositur in se ipso, proprium intellectum non sicut
perfecte terminari posse ad eum individuum hominem, quem sensibus externis nunquam
percepit, atque ad eum, quem iam percepit. Atque, si intellectus in suis operationibus nullate-
nus iuraretur accidenti aliquo ab obito effluente, sicut bene percipere poterit obita, quorum
sensiones exteri non antea existere, atque ea quorum sensiones existere. quod intellectus in
natur in suis operationibus aliquo accidenti, quod vel mediate, vel immediate ab obito profu-
at. Et hoc de 1. difficultate.

Circa eam sententiam, quae tuetur phantasmata non esse satis ad eli-
ciendas intellectiones, atque adeo dari species intelligibiles, quantum ope intellectus actus in-
telligendi edat, communissima est, et ut ait E. D. 3. de anima c. 1. n. 8. est Thomae et Aristoteli;
cui etiam suffragatur Macrobius Hieronymus dicens: dicamus interris quorum scientia nobis
cum perirent in coelis: haec enim verba clare indicant, manere in anima separata species
illarum rerum, quas dum erat unita corpori cognovit: cum quod in anima separata phantas-
mata, ut pote materialia non perirent, constanti Doctoris mente admittendae sunt intelligibiles species,
quae sunt principia intelligendi, et a phantasmatis distinguantur.

Atque hinc praedicta sen-
tentia pro 1. anima separata recordatur rerum sensibilibus, quas in statu coniunctionis
agnovit, sed eam recordatur per species intelligibiles, quas hinc detulit: quod dum exet in corpore,
species intelligibiles habuit. Haec videtur exemplo Divitis epulonis, cuius habetur mentio
Luc. 16. et qui apud inferos suorum patrum recordabatur. Sed minus: eas in statu separa-
tionis per species intelligibiles cognovit, ut nemo eorum, qui species admittit, dubitat: quod ea-
rum recordatur per species intelligibiles, quas hinc detulit; alias quod recordatio est perceptio
rei cognitae, et antea cognitae, si cognitio in separationis statu ex diversis speciebus rejectetur,
recordatio non esset.

Probatur 2. intellectus est pro alterius ordinis ab omni pro sensiva
quod in proprio ordine habet omnia requirita, aut principia ad cognitionis actum; sed hoc non pro,
et obitum illi virtutum: quod in proprio ordine spirituali hoc habet; sed immo illa obiti fit per species
quod per species spirituales a sensibilibus et phantasmatis distinctas. 3. vel intellectus est ca-
pax specierum intelligibilium, vel secus. si vero quod recipiet illas, ne abusive dicatur, dum est

In corpore sibi connaturali perfectione carere. si ^{um} nec in statu separationis eas recipi
et ac proinde naturaliter intelligere non poterit, cum tunc a phantasmatis iurari nequeat.

venum fatear, haud difficulter dilui possunt; ob idque satis vero similis apparet opinio illo
rum qui negant intellectui species ad V. oborum cognitiones; quae species directae dicuntur;
et solas admittunt in intellectu species reflexas aut experimentales, quae in pra. intellectiva re
linquuntur ab ipsis actibus intelligendi ut canum ope valeat intellectus cognoscere se cognovis
se. Sed quoniam haec opinio communem sententiam deserit, deserenda est, atque adeo argu
menta, quibus innotuit, proponenda, et diluenda sunt.

Arguunt itaque 1. phantasma
et male existentiam speciei intelligibilis, quamvis spiritualis detrat: cur ergo et ipsius intel
lectionis licet spiritualis, existentiam detrare nequeat? R. q. oportet, principium elicit
cum intellectionis non esse contra intellectum: magna enim foret namque intellectualis imperfec
tio, si non in se, sed in corpore, hoc est in pota sensitiva, corpori inherente, nobilissimaque
operationis principium haberet. Nunc, quia species, licet spiritualis sit, nobilissima intellec
tus operatio non est, ope phantasmatis ab intellectu elici valet; minime autem decet, intellec
tum inspecti ad sensum, demitti que ad organum corporeum, ut eliciat nobilissimam, et quam
maxime a materia liberam operationem, quae est intellectio. Et certe, si ad voluntatis actum
proprie debet spiritualis cognitio, et materialis non sufficit, cur ad actum intellectus species spi
ritualis non praerquiratur? Si enim voluntatis actus spiritualis, et vitalis est, talis etiam est
actus intellectus; et dignitas actus vitalis spiritualis exigere videtur independentiam a re cir
porca, et materiali, quantum fieri valeat.

Arguunt 2. seclusis speciebus potest intellectus contem
plari in phantasmatis naturalibus, quae in eis, tamquam in speculo, relucunt: frustra ergo species in
telligibiles ponuntur. Respondent in potentis, quae inter se ordinem habent, obiectum represen
tatur posteriori per prioris actum, et voluntati representatur per actum intellectus, et appeti
tus sensitivo per actum phantasiae: cum phantasia, et intellectus sint per se subordinatae, or
dine ordinis. Exoptulat, et phantasia, quae est pota natura prior, representet intellectui obiectum,
quod ille absque alia specie conferam apprehendat.

Ad argumentum nego ante praeter dic
ta, quod videlicet non decet intellectum ad sensum inspecti et nobilissimam operationem edat;
atque adeo ille venum naturalibus in phantasmatis contemplari nequeat. Ad contraonem nego
pantem ante: nam, ut ex dictis constat, omne principium voluntarium, et appetituum appehen

debet obitum in quod fertur, atque adeo sibi inhærentem habere debet speciem que
Cognitionem representatam obitum eliciat: patet q. licet phantasia et intellectus sint per se
ordinati, non illico probatur, sed esse a phantasia representari obitum, ut in id intellectus abique
specie sibi inhærente statim feratur. Accedit, quod ut proxime dicebamus sic voluntati
representati obitum per actum intellectus, et ita spiritualis sit; phantasma autem per quod
intellectui representati obitum, materiale co. oes est.

Arguunt 3. si darentur in intellectu spe
cies intelligibiles, cum istę ponantur, uti naturales causę intellectionum n. parer. Numquam in
tellectus ab earum usu cessare: o. semper esset in actuali exercitio intelligendi; quod fal
sum esse nemo n. cognoscit. Constat 1. species illę n. pendent ab obitę quoad sui conservati
onem; et aliunde eis deesse n. potest causa sufficiens applicata, videlicet intellectus agens: q.
earum intuitu semper restantur intellectus in percipiendis rebus, que per eas representantur.
Constat 2. species illę, ut pote que contrario carent, numquam contrahi possent: quia q. pacto obli
vio illonum obitum quonum species semel acquisirit intellectus, contingere valeat. Plura hic
attinguntur, quorum aliqua nunc exponenda sunt, remissa ad alterum locum aliorum expli
catione.

igitur ad argumentum nego ans: etenim intellectus sic concurrit cum specie ad in
tellectionem, ut oporteat, illam per se aliunde excitari. Nino provenit ut intellectus n. semper
utatur speciebus illis, quibus consignatus est, sed interdum ab intelligendo ceter, provenit etiam
ut nonnumquam hac potius quam illa, specie utatur, q. ad huius, potius quam ad alterius Num
aliunde provenit. Unde autem moveatur intellectus, et exciteatur species valde difficile explica
tu est. Accipe tamen, que communiter creduntur causę idoneę excitandis speciebus, et de
trahendo intellectui, ut hac potius, quam illa utatur.

1. causa ceteri solet imperium voluntatis
ad hoc obitum cognoscendum per alio applicantis intellectum. 2. causa est commotio, aut per
dominium alicuius humoris, qui materialem phantasię speciem excitat, et iteret revisionis ac
tum, qui partialiter in anima receptus excitat speciem memorię spiritualis circa idem
obitum: habent enim humores magnam connectionem cum operationibus phantasię. Unde
melancholici tristia, cholericus vindictas, strages, rixas idemdem meditantur; et aliunde ani
ma concitata corpori in suis operationibus a phantasia dependet. Huius causę affinis est con
motio spirituum animalium, et partium cerebri, que ab aliqua causa extrinseca proveniens
ab Angelo D. aut demone. Neque enim eos commovere solet, ut hominem trahat ad
eam cognitionem, quam quisque ab eo desiderat huius vel illius obit. speciebus excitat.

3^a causa est adventus novae speciei, quae cum existenti in intellectu connectionem aut
 affirmatam habeat. Hinc provenit catenatus ille specierum ordo, adque recursus, quem
 experimus, dum quis prolixam orationem, quam didicit, eo ordine recitat, quo illam
 memori mandavit; q^a enim dum periodos didicit, reflexe advertit ipsarum ordinem,
 ideo species a 1^a periodo relicta non illam solitariam repraesentat, sed pro ut ordine proce-
 dit 2^a excitat 3^a speciem 2^a periodi, 2^a 3^a et sic de reliquis.

Hae sunt causae coiter as-
 signatae pro excitatione specierum, tamen huiusmodi coactio maximum sit (inquit
 2^o Obiecto) totius philosophiae sacramentum nunquam ab aliquo rati explicandum; sed
 restat adhuc tota difficultas superanda, quoniam quid hae causae praesentent expe-
 rier, ratione cuius eas excitent? Duplicitate respondent. Alii dicunt nonnulli, praedictas
 causas non tam esse causas, quam conditiones ad quarum conspectum Deus parat concur-
 sum, ut haec potius, quam alia species ad talem cognitionem cum intellectu effectusve con-
 currat. Alii contra tenent a praeter numeratis causis produci qualitatem vel modum
 aliquem physicum in speciebus, quo ad eliciendam obiecti representationem expedire red-
 dantur. Numque probabile est, atque adeo quod malueris dicere poteris.

nam ut argumen-
 ti congruentibus expediri respondeatur, expedire oportet, an et quomodo redean-
 tur species. Porro quibusdam veluti gradibus ascendunt species, quae cognitionis prin-
 cipia coarctant. In infimo sunt species sensuum exteriorum, quae non nisi praesente obiecto
 inveniunt, atque adeo, eo amoto, illuc pereunt, sicut lucus amoto sole, non quidem ex-
 ti ab huius contrarii, sed eo defectu, causae conservatrix; q^a scilicet in conservari ab obiecto
 pendent. Rati huius de re hinc ab experientia, qua constat, exteriores sensus memoria
 carere, et nihil in obiecti absentia cognoscere. In 2^o gradu sunt species sensus communis et phan-
 tasiae, quae remoto obiecto servantur, et experientia etiam monstrat in brutis, quae memoria
 possunt, et obiecta absentia, et praesentia recolunt; sed tamen huiusmodi species, cum inveniunt
 organo corporeo obsolescunt, et fluxu magis sensim dilabuntur.

In 3^o gradu sunt species in-
 telligibiles intellectus nostri, quae obiecto non coarctante, et intellectione cessante, perseverant,
 et ut plurimum nunquam pereunt; q^a cum subito immutabili insunt, postquam ei semel
 inheruerunt, perpetuae, et indelebiles sunt. Dixi ut plurimum nunquam perire q^a possibile
 est, aliquas dari species inter se contrarias, et in eodem subiecto incompatibiles, q^a species
 erroris, et sciencies circa idem obiectum. si autem huiusmodi contrarietas admittatur,

poterit species intelligibilis penne q^a species contraria advenit. Nunc etiam poterit
(Et hoc obiter notetur) amissio habituum intellectui seu voluntati incidentium; provenit
inquam, ex dividio, et repugnantia contrariorum, quibus cedunt. Non loquor de ha-
bituum supernaturalium amissione: isti enim, ut pote qui a Deo solo producuntur, per
solam subtractionem Divinam, sed que ob culpam nostram accidit deperduntur.

Hoc exen-
so ad 1^{am} Confronem, concedis maiori et minori, nego contram: nam etri species intel-
ligibiles quoad sui conservationem ab obto n^o pendunt, eis que intellectus agens ubi va-
leat, attamen propter cognationem, quam cum speciebus memorię sensibilis habent, si-
ne istis exortari nequeunt, atque adeo istis perueniunt, quasi consequente manent, et in
ordine ad intellectionem eliciendam pennde habent, ac si omnino perissent. Unde ad
2^{am} Confronem constat: Inde enim ortum habet oblivio, q^a etri species intelligibiles con-
trario careant, et semper pererent, ita quandoque conspiciunt, ut nunquam dem-
cepti decurrunt rite exsistentur.

Denique arguunt: multa a nobis intelliguntur, quorum
species intelligibiles n^o habemus: si quidem nec Dei, nec substantiarum separatarum,
nec aliarum rerum mag^{is} expertum intelligibiles species assequi possumus; cum hęc
omnia sensus nro^{is} subterfugiant. Cur q^o queris obta sine specie intelligere n^o valeamus
Accedit 1^o quod Angelus se ipsum, et alia absque specie intelligit: quare igitur idem
de intellectu nro n^o dicatur. Accedit 2^o quod pot^{est} appetitiva n^o eget speciebus: q^o nec cog-
noscitiva eis indiget.

Ad hoc argumentum 3^o, nos pro hoc statu nihil sine specie cog-
noscere: quamvis enim n^o habeamus rerum spiritualium species proprias, id est pri-
marie directe et clare representativas ipsarum, utimur tamen rerum sensibilium
speciebus, que varie modificatę, comparatę, aut diversę pro voluntatis impetio parere pos-
sunt cognitionem abstractivam, et obscuram rei spiritualis, ad allata verba inspirabi-
lia Dei per ea que facta s^{unt}, intellecta conspiciuntur. Unde et rerum spiritualium cog-
nitio habetur a specie intelligibili, etri eorum n^o propria; et ea quodammodo a sensu
petitur.

Ad 1^{am} Confronem, Angelus licet in multorum sententia absque specie in-
telligibili cognoscat obta, que satis applicata, et proportionata s^{unt}, et per se concurrem
obto effectivum in cognitionem present, cuius modi est propria ipsius Angeli sub-
stantia: At alia plurima obta, in quibus hęc ratio n^o militat, absque iuramine

speciei n̄ cognoscit, et Theologi docent. Unde hęc discussio ad alium locum pertinet. Si autem species vel in Angelis adstruatur, quid in intellectu humano admit tantus? Illud tamen notandum, intellectus Angelici species, postea alias perfectiones, tam supra n̄ intellectus species addere, quod n̄ fuerint aliquo temporum, aut ins tantum successu acquirere sed ipsi Angelis a principio ingeneris.

Ad 2^{am} Conspationem, Concesso autē, nego contram, disparitas est, q^a voluntatis actus n̄ habent rationem simi litudinis intentionalis obti, et aliunde ea satis detrahatur suo modo per cognitionem obti. At vero intellectus, reclusa specie, n̄ habet inde sufficienti detrahatur, et illius actus sunt similitudo formalis intentionalis obti. Quo autem pacto id habebunt, nisi ab ob to, cuius sunt similitudo, et imago, media illius specie procedant. Perfecto, ideo cogni tio Divina, quę est representatio creaturarum, harum imago n̄ est, quia ab ipsis nullatenus procedit; et ideo Verbum Divinum est imago solius Patris, quamquam totius Trinitatis re presentatio, ut q^a n̄ a tota Trinitate, sed a Patre solo producitur. Adde, q^a Communis Philo sophorum consensu hoc discrimen inter pot̄ appetentes, et cognoscentes tractitur, q^a illę nati va propensione in sua obta, a quibus alliciuntur, ferantur, cognoscentes vero obta ipsa ad se trahant, videlicet per eorum species, quibus re ipsa imbuuntur. Sectio 4. nonnulla Corollaria ex dictis.

¶ Sectio 4^a Nonnulla Corollaria ex dictis.

Ex dictis precedentibus sectionibus facile colligitur 1. speciem effective concurrere cum pot̄. Ratio est: q^a concurrunt supplendo vices obti, ex quo, et pot̄ paritur, seu efficitur notitia; cum ut eo Magno Aug. dicebamus, rei cognitio a cognoscente, et cognito efficitur, et obitum cog nitum n̄ per se, sed per sui speciem in pot̄ insit: species q^o impressa in eopressam, seu cognitionem effective influat. Propterea, ut optime ait Doctor Eco. si speciei impressę Concur rus effectivus in eopressam donegetur nulla probabilis ratio, vel necessitas fingi potest ad eam adstruendam: cum q^o ea communiter adstruatur, concursu effectivo denudanda n̄ est. Atq^e a sufficienti partium enumeratione suadetur. Species impressa requiri n̄ po test in genere causę materialis, et dispositivę ad cognitionem recipiendam: siquidem ita in sola sua pot̄ recipi valet, et alioqui vel pro tali munere coercendo species impressa involuntate etiam desideraretur.

¶ Curus, non requiritur in genere causę formalis

201
intrinsecq; quo pacto cognitio ad amorem requiritur: etenim licet cognitio, que forma-
lis obiecti representatio est, voluntatem formaliter illuminare valeat; species impressa, ut pote que
non est formalis representatio, dirigere, aut illuminare formaliter intellectum non potest. Nec
item requiritur in genere cause formalis extrinsecq; tamquam imago obiectiva, in qua
prius cognita obiectum cognoscatur. Cum q^a plures species non percipiuntur prius a propria po-
tentia cui ad operandum inserviunt: nec enim species visibiles &c. ab oculo videntur.
Cum q^a alioquin obiectum non nisi remote perciperetur; quo tantum modo ex communi sententia
percipitur substantia, dum mediis suis accidentibus representatur. Tandem non requiritur
per modum quorundam conditionis aut applicationis; cum nec sit physica applicatio obiecti reddens
illud physice presens potest; nec eiusdem intentionalis applicatio sit: si quidem illud cognoscere
non representat; nec sit imago, in qua prius cognita obiectum apprehendatur. Restat igitur ut in
genere cause efficientis ad cognitionem concurrat.

Colligitur 2. causam efficientem specierum
sensuum materialium esse illarum obiecta: hęc enim sui similitudinem produciunt, et percipi-
antur, et causam specierum phantasie esse sensationem externam, vel solam, vel simul cum
speciebus externis potest impressis: nam hęc novas species materiales circa obiectum perceptum
produciunt, et illius recordatio effici valeat. Causam vero specierum intelligibilium esse phan-
tasmata simul cum intellectu agente. Etenim, quod istę species ab intellectu producantur
eo eorum spiritualitate convincitur. Quod autem a phantasmate obiectum produci debeant,
satis probari videtur, quia produci nequeunt, nisi presente phantasmate, quod licet materiale,
non appareat improprietatem, et tamquam instrumentum deseruiat intellectui, et efficiat
vel spirituales actus, qui vitalis non est. Propterea, quod causat accumulando sibi effectum,
ad causam effectivam pertinet; at phantasma ita se habet ad intelligibilem speciem: si
quidem ista rationem representandi, seu esse representativam accipit a phantasmate. Istud
igitur ad speciem intelligibilem effectivam concurrat. Ad cetera docetur, quamvis nonnulli cum
S. D. sentiant, phantasma se habere ut meram conditionem, sive occasionem, aut etiam in-
tar cuiusdam exemplaris ad productionem spiritualis speciei.

Nunc subinfertur, aut colligitur
3. causam conservativam specierum sensuum externorum, esse obiectum materiale, et presens: hoc
enim absente, nullus sensus conservare potest actum, quo illud percipiebat; quod non aliunde
provenire potest, nisi q^a species, amoto obiecto, illico evanescat. Causam vero conservativam specie-
rum phantasie, et intellectus esse vel solum Deum, et alii dicunt, vel, ut alii conatur
luis discurrunt, esse etiam ipsam potestatem, cui insunt. Patet est. q^a hęc videtur potestativa

10)

harum potatum, & scilicet ob id iam transacti commemorari queant: eis q̄ inesse de-
bet virtus ad conservandas species semel acquiratas, quæ ad actus commemorativos
necessarij s̄.

Colligitur 2. causam materialem specierum tam sensibilium, quam spiritu-
alium, esse animam simul, et potam. Quod ad 1. attinet res extra dubium habetur:
nam si actus vitales materiales, quibus elicendis species sensibiles deserviunt, in ani-
ma simul, et pota recipiuntur, nihil est, cur idem de speciebus n̄ dicatur. Quod ad 2.
spectat, eas in sola anima subiectari, consent nonnulli ducti etiam paritate actuum
spiritualium, quos in sola anima recipi a nobis quoque alibi dicebatur. Ceterum
has in intellectu etiam recipi, verum apparet; q̄ ceterum cum Aris. 3. de anima
capite 2. textu 15. pronuntiatur, intellectum possibilem fieri singula, eo nempe quod
singularum rerum species recipit; et idem Philosophus ibidem textu 26. ait
intellectum, et rem intellectam esse unum, quatenus scilicet res, quæ intelligitur,
per sui speciem, intellectui copulatur; et idem vocat intellectum locum specierum;
n̄ nisi, quia ut locus rem locatam recipit, sic intellectus species intelligibiles. Ideo
autem istæ, potius quam actus vitales, in intellectu subiectantur, q̄ eo specierum
receptione n̄ deducitur intellectum vivere; et ipsum vivere deducitur, si actus vi-
tales, quos producit, re vera subsistentet.

Colligitur 3. species intelligibiles et plurimum numerum
quam perire quoad suam entitatem: siquidem subito incorruptibili inveniunt, et ab eo
dem conservantur. Tunc autem huiusmodi species nunquam corrumpuntur, eo quod spe-
cies phantasticæ eis correspondentes corruptæ fuerint. Huiusmodi autem species com-
punguntur, q̄ dispositio accidentalitatis, quam requirit materia in ratione subiecti idcirco,
ne ad eas conservandas mutatur specie, et dissolvitur. Colligitur tandem si ceterum do-
cent Theologi, essentia Divina est intellectui Beatorum pro specie impressa, et n̄ con-
petere omnia, quæ in nostra specie impressa reperiri, initio huius disputationis dice-
batur. Profecto licet essentia Divina dici possit imago virtualis Dei, et per se concurrat
cum intellectu creato ad Divinam visionem quiddamitatem, et claram producen-
dam; atque adeo hæc duo, ut pote, quæ nihil imperfectionis habent, Divinæ essentia
convenire possunt; 3. vero minime, q̄ inhærentiam, ac proinde imperfectionis
notam invehit. Hic controversi solet, quidquid sit de facto, an possibile sit species
creata impressa Dei, et clare videndi? sed hanc questionem Theologis examinandas
relinquimus, et alius magis Philosophicis tempus n̄ dedit. Lecta 5. de habitibus ac

acquisitis.

Sectio 5. De Habitibus acquisitis.

Communis habitus acquisiti definitio tradi solet his verbis, *qualitas relicta ab actibus p̄p̄. inherens eam que ad similitudinem actuum productionem faciliat; facilitans* inquam: nam et iam scitis hoc inter habitus insutos, et acquisitos, propter alia, discrimen est, quod illi facultatem ad operandum tribuunt; isti eandem supponentes, potentiam facilem ac promptam ad similes actus elicendos reddunt. De primis agere ad Theologum pertinet, atque adeo soli habitus acquisiti ex animis nri s̄.

Inquitur

q̄. 1. quibus potentiis conveniat habitus. in primis certum est non convenire potentiis illis, quę vitalis, et immanenti non operanti. Ratio est: quia tales p̄p̄. non produunt actus, qui in eis maneamt: q̄ nec qui in eis habitus relinquunt. habitus enim est relicta semen actuum, et semen non nisi, ubi radum est fructum facit. Deinde certum habet, potas inanimatas, quantumvis immanenti operanti, nullos gignere habitus: siquidem isto ex actuum repetitione respinguntur; et p̄p̄. non vitales, licet immanenti operanti, actus repetere non solent, cum ob id actus immanentes eliciant, ut statim sibi connaalem acquirant, quo obtento, similes actus iterato non produunt, sed potius quiescunt. Si tamen quandoque actus repetunt, ex hac repetitione faciliores non redduntur: nam lapis, quę facile in centrum descendit, cum ^{sum} cadit, ac si millies cecidisset, quod idem in igne calefacientes, in sole illuminante, et alii cernere est.

Propterea ex eadem sententiam habitus non conveniunt potentiis valibus vita jure physica, multatius d̄p̄. nam etsi vita aliquam facultatem acquirat eam in meram impedimentorum ablationem facile revertari potest. Unde generaliter dicendum est, non omnem facultatem ab habitu provenire, sed eam tantummodo, quę ex actuum repetitione superest, et ad impedimentorum remotionem, vel alias causas commode revertari non valet. Hinc communis etiam sententia contra Scotum tenet in p̄p̄. locomotiva habitus non dari; quia ea facilitas, quam in scribendo, saltando, pulbandis que instrumentis musicis quotidie videmus, non nascitur ab habitu, seu qualitate aliqua, quę ex usu scribendi, saltandi, atque pulbandi relinquatur; sed ea provenit partim ex maiori laxitate membrorum, quę arduo exercitio comparatur; partim quia p̄p̄.

torum motuum assiduitate exhalantur qualitates nocivae, et humores crassi, qui musculos detinebant. Opus igitur non est statuere habitum, qui externis membris ingreat: sufficiens enim habitus artis in intellectu, aut phantasia residens, qui semper externum motum dirigit aliquo actu interno, etiam quod Cathareus dicit. Catharam pulsans, alio distractus esse videatur.

Postea

sensibus externis coiter etiam negatur habitus: illi enim ex crebra actuum repetitione ad alios eliciendos, faciliores non redduntur, quin imo assiduitate operandi hebetantur, ut in visu quotidie experimur. Et tamen in phantasia, et appetitu materiali dantur, indubitatum fore apud Philosophos et. Et certe experientia constat, eas facultates assuetudine operandi faciliores evadere, et minori labore, atque conatu producere actus circa aliqua obta, quo antea difficulter, et cum fatigatione producebant. Nonne canes, equi, et elephantes varias quod artes addiscunt, et hinc faciliores se exercent circa hanc, aut illa obta, quibus amoverentur? Quid igitur in phantasia, et appetitu materiali habitus concedantur?

Demum in voluntate, et intellectu

habitus dantur, ex eo constat, quod experientia docet, eundem hominem postquam se in aliqua materia virtutis, scientiae, vel artis exercuit, multo faciliores, delectabilioresque circa illam operari, quam antea: quod ex illis operationibus aliquid in eo remanet, quo illius prope voluntaria et intellectiva promptiores efficiuntur; id vocamus habitum: quod iste in eis potentia admittendus est. Nunc, quod iusti post repetitos actus supernaturales facilitatem experientur ad alios similes eliciendos, ex eorum actuum repetitione habitum generari certum habetur; Num vero habitus iste naturalis sit aut supernaturalis, in Theologia examinetur.

Hic tamen

queritur. Et. Vtrum habitus a speciebus impressis distinguatur? Negant in intellectu habitus a speciebus distinctos plures Thomae, et D. Hurtado, Medina, et alii; illos etiam in voluntate negant Ochamus, Gabriel Cardinalis de Lugo, Obiedo, et alii apud D. Quirou dicitur 23. sec. 2. Nonnulli ex his voluntatis habitus collocant in speciebus experimentalibus, quas actus intellectus aut voluntatis relinquunt; alii autem consent, habitus voluntatis propter predictas species, involvere essentialiter cognitiones, et complacentias, quae ab huiusmodi speciebus oriuntur. At vero communis sententia cum D. Angelico, Subtili, et Eximio habitus agnoscit in intellectu, et voluntate, qui a speciebus, et complacentiis realiter differant.

Nec sententia

quod ad intellectum attinet ex dictis pro. quod experientia constat, intellectum ex crebra actuum repetitione acquirere facilitatem habituales, si cuius similes actus eliciat in

11
noni conatu, et labore, quam antea; sed hęc facilitas ad species revocari requirit: q̄
provenit ab habitibus, qui a speciebus distinguuntur. Minor p̄r. 1. q̄ species dat simplicit̄
p̄re; n̄ vero facile p̄re. 2. vel species, ad quam ea facilitas revocetur, est reflexa, quę cir-
ca actus p̄terito revocatur; vel directa, quę revocatur circa obitum talium actuum; vel si-
mul directa, et reflexa, quę et actus p̄terito, et ipsorum obita virtualit̄ representat; sed
ad nullam ex his p̄dicta facilitas revocari valet: q̄ ad nullam absolute revocari potest.
Contra inde constat, quod ultra species p̄dictas nulla alia excitari posse videtur.

Igitur
Sola minor, quę triplicem partem continet, probanda est, et quoad 1. am partem sic proba-
tur: species reflexę ad nihil aliud faciunt, nisi ad actus reflexos, vel certe ad hos 1. et prin-
cipaliter faciunt: q̄ facilitas ad solo actus directos, de qua loquimur, ad species reflexas
revocari n̄ valet. Quoad 2. am partem ita suadet: species directa indifferens deservit
ad apprehensionem iudicium atque discernendum circa obitum cognitum; sed quandoque
accidit ut homo facilitatem habeat ad iudicandum de tali obito, et non ad discernendum
circa illud: q̄ illa facilitas in p̄dicta specie consistere nequit.

Tandem pro 3. o minoris par-
te sic arguo: quęlibet species, supposita excitatione, necessario complet, determinat quę
p̄tam ad cognitionem obiti, cuius ipsa virtualis representatio est: q̄ si species, quę ad ac-
tus facilitare dicitur, reflexa simul et directa sit, et consequenti actus p̄teriti; et obiti
eiusdem virtualit̄ representativa, semel excitata ad cognitionem vobisque necessario de-
trahit: q̄ determinabit ad actum dissimilem ei, a quo genita est: si quidem ea genita n̄
fuit ab actu reflexo simul, et directo. q̄ facilitas ad actus similes in speciem reflexam
simul et directam revocari n̄ valet. Accedit, quod si habitus intellectualis in tali specie
constituatur nunquam evincere possumus in actus representativos solius obiti antea cog-
niti, sed necessario recordari deberemus p̄teriti cognitionis. id autem experientię repa-
gatur.

Dices tamen: intellectus est naturalis p̄ta, quę proprio sufficienti obito, toto n̄as impe-
tu in illud fertur: q̄ excitata specie, absque ulla difficultate, quin imo facillime ope-
ratur: quę enim maior facilitas, quam omnimoda necessitas? Nulla q̄ est difficultas
quę ab habitu a specie distincto superetur. concedo anti, disquisitio cons: facillime operatur
omni conatu quo potest, nepo conam: quin totum conatum applicet, concedo conam.
Profecto, quod p̄ta naturalit̄, et necessario operans, n̄ semper applicet totum conatum, et
ita per aliquod principium ei coniunctum magis applicari queat, patet in equo cuius

cuius appetitus, cum natūti aquam dē. desideret, et potam motricem ad eam applicet, n̄ semper eodem conatu appetit, et motum exercet; sed nunc intensius, nunc remissi- us; quare potiori iure eadem, et maior differentia tribui debet intellectui circa actus tendentes in obitum, cuius species excitatur; eo vel maxime, quod ista, ut notabamus, non magis ad apprehensionem, quam ad iudicium vel discurrendum faciliat, et quodammodo conatum applicet; et aliunde constat, esse dari facultatem ad apprehendendum vel iudi- candum, quin detur ad discurrendum.

Quemvis igitur intellectus operetur semper et causa necessaria; tamen et minori conatu eliciat hos actus, quos aliqui laboriose producturus erat, potit que simul ad alia attendere, cum antea n̄ potit, admitterendus est habitus ipsum informans, et ad operationem promovens. Inq̄ oia eō speciei tribui nequeunt, quod ista ad rem simplicit̄ apprehendendam complet potam; habitus autem supponens in pota omnia congruēcia ad cognoscendum, eam faciliorem, et expeditiorem reddit, et iudicia, atque discursus circa obitum cognitum eliciat.

Sed vero quid ad habitus voluntatis pertinet, communis sententia sic p̄ 1.º qui actus vitiosos repetunt, habent in dies maiorem facultatem ad similes eliciendos; sed hec facilitas a notitia experi- mentali delectabilitatis obit̄ provenire nequit: provenit igitur ab habitu ab ea notitia seu specie distincto. Minor p̄ 2.º illi ipsi, qui predictam facultatem habent, esse ab expe- rientia discunt, obitum n̄ habere tantam delectabilitatem, quantum arbitrabantur. Pro- batur 2.º habitus est qualitas permanens, et difficile amoris ex repetitione actuum acquiri- ta; sed cognitiones, et complacentiæ sunt qualitates transientes, et facile labiles, ut nemo negat: igitur in eis habitus constitui nequit. Et 3.º cum specie et cognitione viridissima de malitia alienius obit̄ stat amor illius, ut illud Ovidii: Video meliora probo que, deteriora sequor, sed amor ille provenire, solet ab habitu, qui ad eum inclinatur: igitur cum cognitione viri- dissima de alienius obit̄ malitia stat habitus ad eiusdem amorem inclinans. In qua ergo cognitione habitus iste collocabitur?

Probat̄ 1.º a contrario sensu: cum specie, et cognitio- ne viridissima de peccato stat carentia habitus peccandi ut in voluntate Christi Domi- ni perfectissime cognoscentis et peccatum et huius delectabilitatem, cernere est: igitur ha- bitus peccandi in sola specie, et cognitione de peccato sita n̄ est. Concedunt contra, ad rem aientes 1.º, non quamcumque cognitionem, aut speciem, sed eam solam, que complacentiam involvit, habitum peccandi esse; aientes 2.º, in sola cognitione et specie

Experimentali de delectabilitate peccati, quae tunc longe suere a Unito Domino, habi-
tum peccandi consistere. Sed ad rem iam responsionem sic insurgo: vel sermo est de
complacentiis involuntariis, vel de voluntariis. si de 1.^{is}, contra est: q.^a homo longevus, et
poenitentis retinere solet species experimentales eorum peccatorum, quae iuuenis fecit, quae
species viridissimae sint, et complacentiam involuntariam causent, et tamen habitum
peccandi non retinet: quoniam homo vite a praedictis speciebus cum ea complacentia con-
iunctis non ad iteranda peccata, sed ad ea detestanda inclinatur; cum tamen habitus
ad iteranda peccata inclinaret.

Si vero de complacentiis voluntariis sermo sit, contra
etiam insurgo: tum q.^a complacentiae istae (idem de primis dictum intellige) cum non concurrant
active ad alios actus, minuere non possunt conatum potentis, quamvis illum in actu incli-
narent: potest enim quis cum inclinatione operari, et tamen laboriose, ac difficultate: ut
q.^o habitus ad minuendum praeter conatum ordinentur, in praedictis complacentiis non con-
tinentur. Sum q.^a vel ad complacentias ipsas praecedat facultas et habitus: nam ut ait Philoso-
phus 3. Ethicorum in repentinis cognoscitur habitus: q.^o idem quod prius.

2.^a responsionem
impugnat tum praerogatum exemplum senis iustissimi, qui ne dum cognitionem sed spe-
cies experimentales de delectabilitate peccati a se iuvene commissi habet; et tamen habi-
tum peccandi non habet; tum exemplum Beatorum, qui per species, et quidem viridissimas
de peccatis, quae in hac vita commiserunt, eorum delectabilitatem agnoscunt; cum tamen
habitum peccandi non retineant. Sum demum exemplum in 1.^a probatione adductum, illa-
rum nempe, qui in vitia facillime cadunt, potquam vel ab experientia didicerunt, non
esse in obvio prohibito tantam delectabilitatem, quantum arbitrabantur.

Insuper 3. quem
influum praestet habitus in actum? R.^o cum communi sententia praestare influum ef-
fectivum. Ratio est: q.^a experientia noscimus, quomodo cum habitu minorem conatum adhi-
bere, et minorem in actum virtutem cogendere: q.^o habitus supplet praeter virtutem, et
conatum, quem alioqui praeter adhibitura erat. Sed hoc stare nequit nisi habitus ef-
fectivus influat in actum: q.^o ita influat. Accedit, quod ille, qui habitu praeditus est,
non solum in actu virtutis cogitur inclinationem, sed etiam praeter levamen in actu virtutis: etenim
ille adstante habitu, plures actus elicit, et ad plura attendit, quam eodem non adstante.
Ad autem conatum effectivum habitus sine dubio probat; alioqui vel ex eo quod
Petrus, iuvante Antonio, plura pondera subtrahat, quomodo eodem non iuvante, Antonium

effectiue concurrere ad ea subornanda inferre n̄ possemus.

Inquitur, 2^a a quibus causis generetur habitus. Communis sententia tenet, generari ab actibus, et his transactis, non a potentia, sed a solo Deo conservari. 1^a pars inde probat, q^d habitus dici solent semen actuum, itemque facilitare ad actus similes eis, a quibus geniti sunt. Deinde habitus, n̄ nisi ad presentiam, et repetitionem actuum generantur, et aliunde nulla apparet improprio in actu, et habitum generet, sicut sui speciem eo perimentalem generat. 2^a pars: q^d si postea conservaret habitum, nullum sentiret levamen: si quidem tantumdem virtutis in eius conservatione impenderet, quantum in productione actuum reserveret. Unde quemadmodum deficiente actu, qui est causa s. produciens sui speciem, reuertitur ad causam 1^{am}, et speciem illam conservet, sic etiam transacto actu, aut transactis actibus, qui s. produxerunt habitum, iste a causa s. postea conservabitur.

Sec^o dices, habitus vitiosus nequit a solo Deo s. infundi: q^d nec ab ipso solo conservari. Nego contram. disparitas est: q^d si Deus solus habitum vitiosum s. infunderet, illius Author, et causa per se foret: si quidem tunc et causa particularis et absque ulla exigentia ex parte n^{ost}ra illum habitum operaretur. Id vero n̄ infertur eo quod talem habitum solus conservet, sicut nec ex eo quod ad illum s. producendum simul cum actu concurrat; q^d videlicet utrumque prestat, et adimpleat munus cause s., cui n̄ minus incumbit, se sola conservare effectus, dum isti suam conservationem exigunt, et alia causa n̄ adest, quam ad eorum s. productionem cum causa adstante concurrere. Adde, quod habitus vitiosus stat cum iniqui in sanctitate; et magnum meritum in homine, in quo coexistit, inducere valet, cum iste ei fortis, et viriliter resistere queat. Unde, sicut sanctissime, ac beneficentissime confert nobis Deus libertatem ad peccandum, et n̄ peccando laudabiliores efficiamur, ita iustissime, ac sanctissime habitus vitiosus ad ipsorum exigentiam conservat, et voluntas n^{ost}ra, que illum suis actibus acquirivit (et cui primum eiusdem existentia, et conservatio imputatur) merito resistentię inde parit evadere.

Inquitur 5: Num 1^{us} actus generet habitum? R^o producere aliquem habitum gradum, qui tamen cum ob suam solitudinem, et tenuitatem sit facile amovibilis, habitus nomen n̄ meretur, donec actuum repetitione intendatur, et invalescat. Ita communis sententia cum Q. disp. 41. Methaph. sect. 2. n. 6. Ratio huius resolutionis est: q^d si 1^{us} actus habitum n̄ generat, neque illum generabit 2^{us} aut 3^{us}; et sic de reliquis: si quidem 2^{us} (idem dico de aliis) eque indispositum inveniet

potam, ac 1^{us} cum iste iam profuerit. q^o vel nunquam produceret habitus, vel
produci debet a 1^o. 2^{us} aliquem gradum. Notandum tamen cum 2^o Quirio, posse etiam
per unum actum habitum intensum generari, si videlicet actus ille per longum tem-
pus sine interruptione a pota conservetur; q^o tunc actus ille equivaleret pluribus eius-
dem speciei in virtute producendis, saltem divise, alios effectus: q^o et in virtute produ-
cendi habitum.

Quiritus 6: an actus remissus habitum se intensiorem intendere
valeat? R^o intendere posse talem habitum ad similes actus remissos, qui habitus in-
tensior subjective reddetur, quatenus ad actus remissos magis faciliteret, sed quoniam
non faciliteret ad actus intensos, esset terminative remissus. Revolutio quoad utramque
partem inde fit, q^o 2^o mensuram exercitii crescit facilitas ad actus: q^o si quis mi-
nus assuecat exercitii remissis, actus remissos facillime eliciet, et in intensos difficil-
time enunget: illius q^o habitus ad actus remissos intensior evadet, sed ad intensos
non faciliteret. Id in tepidis contingere quotidie videmus cum enim voluntas in re-
terata assuetudine in actus tepidos valde facile fertur, cum tamen actum intensum
atque ferventem non nisi difficillime eliciat.

Quiritus 7: an habitus contrarium habeat?
Communis sententia affirmat, et merito: nam experientia constat habitum vitii, aut
virtutis minui, et aboleri consuetudine actuum contrariorum contrarium utique ha-
bitum generantium. Nec hanc sententiam infringit paritas specierum, que est a con-
trariis oriantur, et plurimum sunt contrarietatis cogentes: discrimen enim in-
ter habitus, et species clarum est: si quidem species deserviunt ad elicendam cog-
nitionem oborum, seu actuum a quibus genite fuerunt; licet autem repugnet simul-
tanea existentia duplicis obiti aut actus contrarii; non tamen repugnat simultanea
utriusque cognitio. At habitus non ad cognoscendum, sed ad elicendos actus destinatus.
Unde si actus contrarii sunt, tales etiam erunt habitus, qui ab eis generantur. Acce-
dit, quod nemo experitur defectum speciei ex acquisitione alterius de obito contra-
rio; quisque vero sentit defectum habitus ad intemperantiam ex acquisitione habi-
tus, qui ad temperantiam faciliat.

Quiritus tandem: a quo habitus remittitur aut
consumitur. R^o 1^o, sepe remitti, aut consumi ab habitibus contrariis, sicut calor
remittitur, aut destruitur a frigore sibi contrario. R^o 2^o, sepe etiam consumi aut per-
ire ex vero obito, et non vni. Ratio est: q^o si aliquis ab actibus temperantia ex per multas

temporis cetera se portea difficilem sentiet ad eos actus eliciendos, id que coeponetur,
etiam si nullum interim inrelligionis actum sed alios disparatos eliciunt;

Nec dici po

terit 1. religionis habitum toto illo tempore consojatum fuisse: nam si hoc ita eret, ad 1. um
religionis actum, illico revivisceret; quod falsum esse, coeponimento constat. Nec dici
valet 2. non esse cur habitus ille deficiat, cum nec contrarius habitus acquiratur, nec
illius causa conservativa defectui obnoxia sit: etenim, licet utrumque sit bonum; attamen
causa 1. solum tenetur ad conservationem habituum quandiu isti perseverare exi
gunt, cum autem illi dentur pof ad minuendum ipsius conatum, et ad facilius co
ercendas operationes, his cessantibus, et illa torpente longo otio, habitus n. potidant di
rtius peristere. Dup. 5. de anima rationali: ubi etiam de animarum equalitate
dixerit.

Disp. 5.

De anima rationali: ubi etiam de animarum equalitate
dissertitur.

Postquam de animabus sensitivis, et vegetativis, hancum que potentis, tam externis,
quam internis, et aliis, que ipsis cum anima rationali communia snt, discessimus ad
considerationem de anima rationali (hujus existentiam, que fundamentum est Catholice
fidei, Theologie, et totius ritus Christiane, inationalis sit, qui in dubium vertat) accendi
mus. Et in primis huius anime definitio sic effermani valet, actus 1. u. corporis organici,
pofa habentis supremum ritus gradum: quisnam gradus iste sit, et quas perfectiones in
cludat, quibus poterit ex indicatis colligere. Ad hec que attributa anime rationali com
petant, ex dictis etiam colligere, in promptu est; catamen hic ostendenda sunt, diveris
erroribus de nobonum animorum origine relat, et impugnatis. Sit itaque sectio 1.
profligatis nonnullis erroribus animam rationalem spiritualem et indivisibilem esse
demonstratur.

Sectio 1.^a

Profligatis nonnullis erroribus animam rationalem spiritualem
et indivisibilem esse demonstratur.

Inter in presenti errores circa anime rationalis ortum nobis occurrunt: 1. u. avertenti
m, eam generari, et ex semine propagari. Sic olim Luciferiani, Tertullianus, et Apol
linaris. sed hoc avertum erroris damnat August. libro de heresibus c. 86; et Angelic

Mag. 2. contra gentes, c. etiam 86, non solum errorem, sed heresim vocat; cuiusque falsi-
tatem satis demonstrat immortalitas animæ huius que a corpore independentia. Profecto
cum generatio ab alio est causa cuius aliquid est, eius dissolutio causa item est, cui id
pereat; sed corporis dissolutio, que generationis dissolutio est, causa non est, ut anima ra-
tionalis pereat: si quidem hæc immortalis est: quod neque corporis generatio erit causa, et
anima sit. At seminis transductio est causa generationis corporis: quod seminis transductio
animæ causa non est. Ad hæc, agens naturale non producit, nisi quod a materia dependet: quod cum
anima rationalis a materia non pendeat, ab agente naturali non producit, adeo que seminis
virtute non propagatur.

Quis error est eorum, qui creati quidem animas, non tamen a Deo
sed ab Angelis, arbitrati sunt. Ita sentit Ariana, Seleucus, et alii. Sed hæc etiam opinio,
non minus erronea est, et contra S. P. et Ecclesie mentem, quam præcedens, et ostendunt S. P.
Concilio 2. de anim. c. 1. q. 3. satisque vericiter, quod creare, sit solus primi agentis,
atque adeo nulli creaturæ competere valeat, et in Physica vidimus.

Quis error est eorum, qui
somniauerunt, animas omnes rationales ante corpora simul creatas fuisse, et in stella-
rum corporibus inclusas, inde que in corpora, tanquam in carcerem fuisse coniectas, et
poenas luere sceleris, quod res terribiles amando admiserunt. Ita docuit Plato in Timæo,
et Origenes, cui alii ex parte suffragantur. Venum hic error unanimi consensu explosit
a S. P. et in eorum qui animas ante corpora existisse fingunt, hæc scribit in Concilio Bracha-
rensi Summus Pontifex Leo I, eos catholica fides a corpore sue unitatis abscidit, cons-
tanti prædicans, atque veraciter, quod animæ hominum prius quam suis inspirarentur cor-
poribus, non fuere.

Posterea error iste sic a ratione impugnatur. Anima, ut docet Aug.
Mag. 1. q. 9. 26 artic. 1. ad 6. cum et que communi consensu S. P. approbando habet nati-
vam proportionem ad corpus atque adeo omnimodam perfectionem non obtinet, nisi
cum corpori unita est. Sed Deus, cuius perfecta sunt opera, in prima rerum conditione
procreavit res secundum statum cuiusque nature congruentem, ac debitum, et illud sa-
cri eloquii. Vidit Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona. Non igitur Deus ani-
mas extra corpora creavit. Quod autem iste, antequam corporibus inspiratus esset, nul-
lum peccatum admiserint, constat ex Apostolo ad Romanos 5. ita loquente, per unum ho-
minem peccatum in hunc mundum intravit. Profecto, anima homo non est, et aliunde
si animæ, ante hominum formationem peccarent, per eas et non per unum hominem, pecca-

tum in mundum intraret. Constat propterea a ratione: q. si ob culpam animae separatae aut in stellis constituta effectum est, ut anima corpori unatur, homo n. nisi casu, et fortuito a Deo conditus fuisset. Quis autem credat, nobilissimam partem mundi corporei, quae est homo, casu et fortuito ab Authore nas. produci?

Ad his moribus sic exploris, et ^{sem} assentionis propriam partem statuamus, examinare oportet, quid sit corpus, quid sit spiritus? seu in quo essentia corporis, et spiritus ita sit. Innumera sententiae sunt in hoc puncto. Sed placita, eo quibus aliqua sed propria, nobis dare animus est. 1. q. L. Vasquez, Hurtado, Suarez suscitamus, et alii rem spirituales esse dicunt, quae incapax est divisionis integralis; corpoream vero, quae talis divisionis est capax. Sed hoc placitum reicitur 1. q. 9. quodentem facit difficultatem istam ab aliis hinc inde controversis. Nempe plures cum C. tuentur, ubi rationem Angelicam integraliter dividuam esse, et corpoream non esse. Item, est gravium D. sententia (quae et nobis arridet) animas brutorum indivisibiles integraliter esse, cum tamen corporeae, et materiales ab orbis adstruantur. Alique hinc obiter reiecta manet opinio L. Bernal assentientis, ens corporale esse, quod praesentiam circumscriptivam exoptulat; spirituale autem, quod ubi rationem definitivam exoptulat. Profecto in praedicta sententia, quae re. debet animas brutorum indivisibiles adstruit, haec animae corporeae sunt, cum tamen praesentiam definitivam exigant.

2. reicitur ad hominem contra L. Hurtado, ad quem animae rationalis unio spiritualis est; et tamen constat partibus integrantes, in quibus di. vidi valet. Etenim cum homo nutritur, nova pars unionis praecedenti superadditur. Negat hoc ultimum L. Hurtado dicens, dum homo nutritur, quod praesentiam novam unionem totalem indivisibilem, praecedenti destructa. Sed contra est: q. anima rationalis in eo instanti, in quo nutritionem operatur, corpori unita supponitur: tum q. ea nihil intra corpus operatur, nisi prout illi unita, et illud informans: tum q. alioqui nutritio actus vitalis hominis non esset: si quidem non proveniret ab homine, sed a sola anima praesistente ab unione sui cum corpore, atque adeo a constitutione humanae compositi. Si autem anima pro eo instanti, in quo nutritionem operatur, unita supponitur, haec praecedens unio a subsequenti destrui non potest. Tandem reicitur: q. gratia, et alia spiritualia accidentia, divisibilia non in partes, seu gradus, eo quibus eorum intervio coalescit.

3. L. Obiedo, Amaga, Reynado, et alii, collocant rem corpoream in impenetrabilitate cum alio eiusdem speciei; et e converso rem spirituales in opposita penetrabilitate constituant. Sed hoc placitum reicitur solet 1. q. creatio caloris

2^a oēs panibilib, saltem diuinitus, eret abs dubio māālis, et tamen impenetrabilis non
erit, cum a solo calore penetrabili dependeret, n̄ vero a māā impenetrabili, q^a extra māā
calorem conseruaret. E. reuocari solet, q^a 2^a plures ex his h. gradus intensiōis caloris
homogenei s̄, et inter se penetrantur: penetrantur q^o gradus isti, qui māāles s̄, cum aliis
eiusdem speciei. Quod si gradus isti heterogenei adstruantur, p̄dicta opinio reuocari potest eo
modo quo p̄cedens; q^a videlicet explicationem entis corporei, et spiritualis principii iure
probabilibus connexionem tradit.

Quoniam tamen P. Reynado aliis verbis p̄tensum con-
ceptum tradit, his nempe corporeum est, quod intrinsece spectat ad impenetrabile; spi-
ritus vero, quod intrinsece habet ad impenetrabile n̄ pertinens, p̄dictum placitum ita mo-
dificatum omnino n̄ desinet. Sum q^a impugnationes adducte facile retundi possunt: n̄
1^o creatio caloris ex se et intrinsece ad impenetrabile spectat: q^a intrinsece spectat ad calo-
rem, quem causat; si quidem ei intrinsece unitur, et aliunde calor ad impenetrabile spectat,
q^a a māā cum alia māā impenetrabili educi postulat. Deinde, cuiuscumque indolis gra-
dus caloris intensi statuuntur intrinsece et per unionem ad impenetrabile spectant exiunt
exim recipi in māā quanta quae cum alia quantitate, et rebus in ea coexistentibus impenetrabi-
lis est. Sum quia quidquid corporeum est intrinsece ad impenetrabile spectat, et quidquid
spiritus rationem participat ad penetrabile intrinsece pertinet, et consideranti liquidum fiet.

2. aln
rem corpoream eē existimant, quae vel māā est, vel a māā dependet, quae vero nec est māā
nec a māā dependet spirituales eē. Hoc etiam placitum eo reuocari solet, q^a actio creativa ca-
loris foret māālis, et corporea; cum tamen nec māā eret, nec a māā dependerei. E^o quā in
plurimorum sententia possibile est corpus simplex substantialiter completum, quale multi de fac-
to corpus celeste putant, hoc autem corpus, ut māā carens, nec māā eret, nec aliunde a māā
dependeret. Sed quo titulo a nobis dictum est, eo brutorum animas māāles eē, quā depen-
dent a māā. Item cum spiritualitate actuum p̄p̄ spiritualis, eorum dependentiam a māā
n̄ coherere. 2^o quā licet recte arguatur, hoc a māā dependet: q^o māāle est, seu spirituale
n̄ est; n̄ tamen recte arguatur, hoc a māā n̄ dependet, q^o māāle non est. Et exempla proime
allata persuadent.

3^o Arbitror cum P. Quirō hic dicitur. 2^o sect. 2. Alidete dicitur. 36. de incarn.
et communis 2^o rem spirituales eē, quae nec est n̄āā sua sensibilis, nec connexionem
physicam, et intrinsecam cum re sensibili habet, et e converso rem corpoream eē, quae sen-
sibus percipi potest, aut connexionem p̄dictam n̄āā sua obtinet. h̄c explicatio mul-

multiplici ex capite opteris preferenda est. V. quia, pro ceteris, communi apprehensioni, et lo-
 quendi modo conformata. Profecto res spirituales concipimus extra sphaeram sensuum collocatas,
 et corporeas contra sensibus subiectas. Item, res corporeas, quae pro subtilitate sensus fugiunt, spi-
 ritus appellare consuevimus. Sic tenuissime defecati sanguinis particulae, de quibus alibi, aer, ven-
 tus, et similia, spiritus nomine donantur. E converso, quae sensibus perria sunt, materia, et
 corporea, pleno ore nuncupamus. Huc spectant illa Luc. c. 24. Verba, palpate, et videte,
quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere, quibus verbis Iesus est Chris-
 tus Dominus, et veram sui corporis resurrectionem, et eiusdem corporis veritatem discipulis
 persuaderet.

Accinunt Ecclesiae PP. et Athanasius in oratione contra idola inquirens, si enim
 Deus invisibilis, intactibilis, quae nunc est, qui fit, et Deus esse corpus, comminiscantur?
 Quasi recte inferatur, Deum corpus non esse, sed spiritum, eo quod sensibus imperius sit;
 ideo idem Athanasius in Epist. ad Liberium ait, Deus immortalis invisibilis, et intac-
tibilis est, eo quod spiritus sit. et Cyrillus Hierosolymitanus inquit, Deus oculis corporeis
non potest videri ideo quod corporis expertus sit. Haec de causa solenne fuit antiquis Theolo-
 gis rem incorpoream depingi non posse, quia sensus subterfugit. Unde et Angelos depingibiles
 facerent, Corporeos faciebant.

Et praedictus modus explicandi corpus, et spiritum eo am-
 plectendus est, quia magis quam alii, ab opinionibus independet. Nam in primis ibicatio
 Angelica nec per se sentiri potest, nec cum re sensibili physice connectitur. Deinde huiusmodi
 forme, cuiuscumque nunc adstantur physice, et intrinsece connectuntur cum materia, tam-
 quam cum subto receptionis; cum materia, inquam, et ornata sensibilibus accidentibus, per
 quae sensibiles redduntur. Praeterea gradus intensiois qualitatis materiae, siue homogeneae, si-
 ve heterogeneae sint, per sensus percipi valent. Item sensibilibus accidentium creatio quoque
 igitur accidentibus sensibilibus, et cum subto inhesionis connectitur; et converso gratia et alia
 spiritualia accidentia cum nullo sensibili connectuntur. Tandem corpus simplex Comple-
 tum plura accidentia sensibilia radicaret, et quantitatem, et alia cum quibus se vera con-
 nectitur.

Denique dicta explicatio tenenda est; quia omni, et soli rei spirituali, aut corporeae
 convenit. Nam Deus, Angelus, anima rationalis, et accidentia, aequorum spiritualitate
 constat, nec sub sensu cadunt, nec cum re sensibili physice connectuntur. E converso res
 oes, quae corporeas nominamus, vel per se, et immediate sensibiles sunt, et color, calor, quan-
 titas, et similes, vel cum accidentibus sensibilibus connectuntur: nam substantiae materiales

connectuntur cum sensibilibus accidentibus, quæ radicans, et mixta cum albedine, hoc ac-
canum cum dulcedine, ignis cum calore et sic de ceteris. Modi etiam sensibilibus acciden-
tium, eis intrinsicè adhaerent.

Nunc inferes 1.º actu pot. vniuersi, et abianon potantem ma-
tiam corporeas esse, quia substantantur saltem partialiter in materia et accidentibus sensibi-
libus ornata atque adeo cum re sensibili physice connectuntur. Inferes 2.º, actionem, quæ spe-
cies intelligibiles a phantasmate producantur, spirituales esse; quia a phantasmate et a pu-
ro agente extrinseco pendet, et nulli rei sensibili physice adhaeret, aut inhæret. Inferes 3.º,
actum intellectus essentialiter venum de re sensibili spirituales etiam esse; quia cum re sensi-
bili pure intentionaliter, atque adeo physice non connectitur. Inferes tandem, vniuersam, quæ a
anima rationalis corpori vniuersi esse materialem, quia quæcumque existat, connexionis intrinsicæ
et cum corpore sensibili exogen esse nequit.

Sed, quod anima rationalis spiritualis sit, ex prin-
cipii fidei clare deducitur, et erudite ostendit E. D. 1.º de anima cap. 2. colligitur hæc
veritas ex nonnullis sacris scripturis locis, quibus anima nostra spiritus appellatur ea signi-
ficatione, quæ spiritus a corpore distinguitur, ut Eccles. 1.º ultimo, vbi dicitur, revertatur pulvis
in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum; et Matthei 25. spi-
ritus quidem promptus est, caro autem infirma; et Lucæ 23. in manus tuas commendo spi-
ritum meum; et eiusdem Evangelii c. 3. Beatissima Virgo sic dubitatione cantans asseritur;
Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus de. Accedit etiam Lateranense
concilium sub Innocentio 3. ita loquens, Deus ab initio utramque de nihilo condidit creatu-
ram, corporalem, et spirituales, æthericam scilicet et mundanam; deinde humanam ex spi-
ritu, et corpore constitutam.

Propterea eadem veritas a ratione multipliciter ostenditur. Vt colla-
ta a nobis spiritus explicatione: nam anima rationalis nullam connexionem intrinsicam
habet cum materia aut accidenti aliquo sensibili: si quidem sine illis in separationis statu natu-
liter conservatur. E. q.º anima rationalis rebus spiritualibus delectatur, et veluti gaudetur;
quod utique, eius naturam spirituales esse efficaciter persuadet: tum quia nullum vivens corpore
vniuersi eius modi delectationem caput: tum quia, quibus proportionatus esse debet naturæ viventis ali-
ti. Quod spectat illud Nazianzeni in apologia, Magnum inter corpus, et animum est dis-
crimen; nam sicut corpus corporalibus gaudetur, sic anima incorporeis saginatur. Venus
autem et germanus animæ vniuersi est sapientię studium, pulchritudo virtutum, et præci-
pue Divini Opificis contemplatio: nam, ut ait, Magis Aug. lib. 10. de civit. Dei. c. 4.
Dei vniuersi anima intellectualis incorporeo, si dicitur potest, amplexu, vniuersi impletur, quam

fundatur que virtutibus.

tandem assertio nra, atque veritas ex animi rationalis operationibus efficaciter colligitur. Ea enim operationes elicit supra naturam, et conditionem corporis elevatas: tum q^a rerum immaterialium, et Dei, et substantiarum separatarum, conceptus format. Unde spiritualia obta cognoscit, que utique a corpore percipi nequeunt. Tum q^a honestatis studio reserat appetitum sensibilem corpori inherentem, ei que imperat, quod certe imperium actus altioris pot^{est}, quam corporeus est. Tum quia actus colendi, et amandi Deum promit, qui actus supra sensum, et appetitum sine dubio sunt; quas pot^{est} referant etiam libertas, atque dominium, que anima nostra supra suos actus certissime gaudet. Si autem huiusmodi actus pot^{est} spirituales arguerent, quidni anima, que vel cum eis idem significatur, vel eas tanquam proprietates radicat, substantia spiritualis avocatur. Doctus nequit proprietates altioris ordinis esse, quam eventia, cui debetur, et per se notum est, et perpetua inductione constat.

Illud hic advertendum erit, si quandoque nonnulli Pl^{ur} animam corpoream vocant, id n^{on} ita esse accipiendum, quasi velint, animam esse corpus, aut corpore consistere, sed, ut indicent, animam comparatione Dei, quodammodo spece corporea concretam esse, cum ab illa Divini mentis excellentia, et simplicitate infinite distet. Quod eo etiam illi fecerunt, ut eorum amentiam excusarent, qui humanam animam Divini mentis particulam faciebant. Mos congruit M^{ag} August^{ino} lib. 1. de origine animi c. 4, ex eo, quod si anima esset Divini mentis particula, vel Deus esset mutabilis: nam anima ut oes fatentur, mutabilis est; mutabilitas autem a natura Divina procul abest, vel anima omnis mutationis capax esset, atque ab eo nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius; quod aperte falsum est.

Quod ad 2^{am} tituli

sectionis partem attinet, dicebamus disp^o 1^a sect. 3, fide catholica tenendum esse, animam rationalem esse integraliter indivisibilem. Porro hoc et nonnullorum sententia, licet D^o 1^o de anima c. 13. hanc assertionem solum fidei proximam appellet. Ratio vero physica, qua eadem veritas concluditur, ibidem attackta fuit, et sic denuo roboratur. Si anima rationalis partibus integrantibus coalesceret, in singulis mag^{is} partibus singule anime partes existerere deberent: nec enim duplex pars forme substantialis in eadem sub^{stantia} parte naturaliter coheret: q^{ui} quando homini manus abscinditur, pars etiam anime abscindi deberet.

Tum sic: vel illa pars interit, vel permanet. Si 1^{um} q^{ui} anima rationalis corruptibilis est, et partim corrumpitur; quod rationi, et fidei repugnat, ut sectione proxima ostenderetur. Si 2^{um} ea pars a reliquis

seriuncta permanens, recte operari possit, aut secus? si enim 1^o pars animi rationalis non eret.
Si 1^o fac, eam recte operari, et alias in corpore remanentes pravas operationes elicere, et
in hoc statu oēs a corpore separari. Nonne hinc fieret, ut pars animi in Caelum convinceret,
dum alij eiusdem animi partes intantum detruerentur? ita certe, at quam absurda re-
quela! Sectio 2. refutatis erroribus aliis, animam rationalem immortalem esse convincitur.

Sectio 2^a Refutatis erroribus aliis, animam rationalem immortalem esse convincitur.

Ultra errores, quos proxima ^{sect.} precedenti profugavimus, sunt plures alii, quos zizanius se-
minator antiquus humani generis hostis. In agro Domini rugere eminare, et augere sit
ausus, quos in presenti refutare oportet. 1^{us} occurrit error commentatoris, seu Averrois, qui
sensit unam animam oēs homines animare. Sed hęc opinio adeo stulta est, ut Scotus in
2^o dist. 43 q. 2. merito dicent, dignum esse Averroem, qui ob has inmensas ex homi-
num communionem averruncetur. Hęc etiam sententia hęcis damnatur a Lateranensi
Concilio verbis paulo post referendis.

Ad hęc predictus error hac sola ratione sed clarissima
efficaciter expellitur. Nequit eadem anima oppositis operationibus simul incumbere. Quis
enim credat eam amare simul, et odio habere posse idem obtem? eadem simul aventi
ri, et disventi valere? Deum simul colere, et ipsum offendere? Sed hęc et alia simul incum-
bere possent, si una in cunctis hominibus eret: q^o Posset pro diversis operationibus chi-
citis in diversis corporibus p^omo p^omo simul et supplicio eterno affici. Quis autem, nisi pe-
nitus amens sit, aut anima careat, hęc absurda deglutiat?

2^{us} error est etiam, qui sic designi-
entur. Animos ratione p^oditos in belluina corpora demigrare dixerunt et nam animas
plurimos homines animare ad alia atque alia corpora redeundo. Hęc error tribuitur
Platonici, et Pythagorę, aliis que Philosophis antiquis. Nonum tamen Philosophorum
placitum quod ad transmigrationem animarum in pecudum membra attinet, sic intelli-
git aut exponit M. Aug. 3^o lib. de Genes ad litteram c. 10. ut dicat, rebus fictis eo adm-
brasse, quo pacto homines vitis, ac moribus deparatis quodammodo program nam ex-
ant, et in bestias mutantur. Sentit itaque, eo animorum transitum non in pecorum membra,
et effigiem, sed in pecorum affectu significare.

Ceterum, quidquid illi coestimarent, fides

tamen catholica veritatis Magistra docet, commentitiam esse, animarum ad alia, atque alia corpora transmigrationem. Desunt enim Concilium Lateranense, animam pro corporum, quibus infunditur multitudinem, singulariter multiplicabilem, et multiplicatam, et multiplicandam esse. Propterea error iste eo modo quo procedens refutatur: nam omni sa transmigratione animarum in corpora belluina (sic enim a Pythagora, et Platone vel eo modo quo Macrobius: exogonebat, intelligebatur; vel ludibrium est, de quo, ut idem Macrobius ait, etiam eorum posteri erubuerunt) transmigratione animarum in alia corpora humana, stulta proterus, et impia est. Siquidem ea admittenda foret, nam eandem que animam plurimorum scelentem, que ab hominibus quos informet, commissa fuerint, ream esse, eorum que penas daturam; item que eorum bonorum operum, que ab aliis hominibus fierent, premia reportaturam; que certe stultitia, et impietatis plena esse, quis non videat?

3. Error est eorum, qui animam rationalem interitui obnoxiam esse, et cum corpore emori putaverunt, ita docuit Epicureorum greco, quem secuta est istarum turba. Quoniam error iste a proquis Philosophis sola ratione ductis refellitur, licet Aristotelis mens in hoc puncto ambigua sit, et late ostendit Ex^o D^o de anima c. 11. quidquid autem ille arbitratus fuerit, fides catholica docet, animam rationalem naa sua immortalis esse. Ad innumeris testimoniis comprobari poterit, sufficiant vero, que statim subiungo. 1.° Ecclesiast. 12. huc habentur ibit homo in domum eternitatis. 2.° Sapient. 3. dicitur, Iustorum animas in manu Dei sunt, vixi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. 3.° ibidem c. 5. Iusti autem in perpetuum vivent. 4.° demique, sic nos instruit Redemptor noster atque Magister Matth. c. 10., nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt.

Damnat etiam predictum errorem Lateranense Concilium sub Leone 10 ser. 3. ita loquens, sacro approbante Concilio, damnamus, et reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem, aut vicam in cunctis hominibus. Subdens, animas immortalitatem ex Evangelio certare (eo loco nempe proxime allato) quo, animam ab hoste occidi non posse perhiberi. Neque pro dicti erroris Confutatione, et suavione veritatis a nobis in fronte sectionis propositis sufficere videbantur. Sed quoniam Concilium istud precipit Philosophis publice legentibus, ut eam veritatem omni conatu pernuadeant, et argumenta, si que in contrarium occurrerint, resolvant, facere non possunt quin atquanto duntius hic immoretur, et propositam hyemem repellant, et catholicam veritatem statuam.

Uero itaque 1^o de fide est, non solum animam rationalem non extinguere homine
interente, sed etiam naturam suam immortalem esse. Tertia quoad 2^{am} partem (nam quo
ad 1^{am} ex propriis testimoniis clariissime colligitur) ex proxime memorato Concilio
probat. Infecto Sacrosancta hęc Synodus pronuntiat, cum illa (anima intellectiva scilicet)
non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat; ... verum, et immorta-
lis, et pro corporum quibus infunditur multitudine, singulariter multiplicabilis, et mul-
tiplicata, et multiplicanda sit. Quę verba si sane accipiantur, abs dubio significant, animas
per se, et ex natura sua, et tantum ex gratuito, et singulari beneficio esse immortalem. Velle
enim, decretum sic interpretari, ut dicatur, solummodo animam ad naturam suam esse
corporis formam; et vim illarum dictionum per se et essentialiter ibi sistere, deinceps que
immortalem non ex natura sua, sed ex gratuito Dei dono predicari; extorta prorsus, atque ab
eius loci instituto aliena interpretatio erit, cum de natura anime intellectus, et statim re-
debimus, non vero de his, que gratuito illi competunt, decretum illud procedat.

Uero 2^o ani-
me immortalitas consona est veri Philosophię principii, proinde que solo rationis lumine
probari, ac demonstrari potest. Nec advertio colligitur 1^o ex eodem Concilio, quod postquam pro-
nuntiarit, cum dicitur nostris... Iuzanis seminator antiquus humani generis hostis non-
nullos perniciosissimos errores... supereminare et auerere sit ausus, de natura propriam
anime rationalis (in quomodo de anime natura decretum procedit) quod mortalis sit; et
nonnulli temere philosophantes secundum saltem Philosophiam verum id auerent; im-
mediate fere subdit verba paulo ante allata nempe sacro approbante Concilio damna-
mus et reprobamus &c. Unde satis clare innuit, in hyperem incidere eum, qui secundum
Philosophiam dixerit, animam rationalem mortalem esse.

Colligitur preterea advertio nostra
eo quod in eam conspirarunt, des fere Philosophi etiam Gentiles sola ratione ducti: si
quidem eis ceteris disciplinis lumen Divinitus non affulsit. Colligitur tandem eis rationibus,
quibus plerique Philosophorum ad eam statuendam uti vident, quas propterea adducere
opus est.

1^a derivatur ex dictis sectis precedentiibus. Nempe anima est substantia, cum vera
hominis forma sit; aliunde spiritualis est, quod et natura sua immortalis. Prob. coniam: quęris
substantia spiritualis natura sua immortalis est: quod si anima est substantia spiritualis, natura sua
est immortalis. Prob. ans: quęris substantia spiritualis sine materia, et materialibus acciden-
tibus conservari valet; aliter cum aliquo sensibili connecteretur, sicque spiritualis

n̄ esset: q̄o quævis substantia spiritualis natura sua est incapax intentus, quem agentia naturalia inducere valeant; quoniam agentia naturalia solum occidere possunt ea, quæ ab aliquo materiali in suo esse dependent. Quævis q̄o substantia natura sua spiritualis immortalis pariter est. Hæc contra inde constat, q̄a substantia, quæ est incapax intentus, ab agentibus naturalibus inferendi, absolute immortalis est. Etenim eo, etsi intentus sit incapax, immortalis n̄ esset, q̄a annihilari posset; annihilatio autem rebus connaturalis n̄ est; quoniam n̄ est per potentiam intrinsecam, sed per solam absolutam Dei voluntatem; quæ profecto deus naturali immortalitati n̄ opponitur.

Nec satisfaciunt Stoici dicentes, hanc rationem solum convincere animas corpore solutas aliquandiu permanere; n̄ rem eas in æternum durare. Profecto, si semel anima aliquandiu perseverat naturaliter separata, a corpore, nulla ratio superesse potest, aut certo aliquo tempore transacto, debeat occumbere: q̄o nec perire potest ob fortiores contrarii exigentiam (quoniam contrario caret); nec ex defectu causæ conservatricis, (nam Deus, qui est unica causa conservatrix animæ indefectibilis est); nec tandem q̄o ipsa n̄ exigat æternum durare: nam quævis substantia sua conservacionem naturaliter exigat, quoties alia fortior exigentia in contrarium n̄ adest. Dixi, quævis substantia sua; q̄o n̄ nonnullæ entitates, sed quæ s̄ substantia, et maxime rationali, longe in perfectione cedunt, et quæ eo pacto, quo dicimus suam conservacionem n̄ exigunt. Atamen nulla assignabitur substantia sua, quæ dicta a nobis exigentia n̄ gaudeat.

2.ª ratio pro vera, et catholica as-

sertione astra proponitur. In homine est naturalis appetitus ad vitam sempiternam: q̄o anima natura sua immortalis est. Contra est legissima; q̄a appetitus naturalis n̄ est frustra; frustraneus autem esset, nisi anima immortalis naturæ adstruatur, cum corpus corruptioni subiacet. Non suadet ex desiderio, quod quisque experitur æternum durandi. Quam autem vehementer sit desiderium illud inde patet, quoniam tantum apud quosdam valuit, ut sibi manus inferrent, quo citius vita immortalis fungerentur. Plurima hic afferri possent exempla, quæ apud Lactantium lib. 2. de Divina institutione reperentur. Sufficiat illud quod memorat M. Aug. lib. 1. de Civitate Dei c. 22. refert ibi, Cleombrotum, lecto Platoni dialogo, qui prædicatione inquit Plato animæ immortalitatem persuadet, studio immortalitatis illico experienti eo mure se præcipitem dedisse.

3.ª ratio inde derivatur, quod nullum

est in presenti vita bonum, quod adepti, tandem aliquando n̄ fastidiamus, quantumvis illud valide appetiverimus, iucundum quæ ac suave vivum fuerit; Unde ad alia semper

semper mens anhelat, si forte quod inveniat obitum, in quo quiescat: q̄ factas appetendi,
et consequenti anima, cuius est proprietas, caduca oīa transcendit. Quid q̄ n̄ anima intelle-
tualis, n̄q̄ immortalis adstruatur, eorū maxime, quod invito appetitu in Beatitudinem ferat.
Quare si appetitus iste frustra esse n̄ debet, quippe qui a n̄a invitatus est, anima Beatitudinem
sine termino possidere valet; quod absque illius immortalitate n̄ continget. Huc spectat
illud *M. Augustini lib. 1. Confes. c. 1. fecisti. nos Domine ad te, et inquietum est cor nostrum,
donec requiescat in te.*

1^a ratio moralis, sed efficacissima ex Dei attributis deducitur. Pro-
fecto plures s̄ homines nequissimi, qui toto vitę decursu progere habent; e converso plures
alii probis continuo moribus florentes, qui in hac mortali vita semper adversa patiuntur.
Igitur necesse est, aliam superesse vitam immortalem, ubi nequissimi a probis iusta sorte
diridantur. Ubi ubi erit Divina Providentia? Ubi Divina Iustitia? Hinc *S. Hieronimus lib. 3.
recognitionum testatur*, *Quidum hac argumentatione vnum fuisse, aut Deus iustus non est,
aut anima immortalis est; cuius argumentationis vim eleganti S. Greg. Nazianus expe-
sit carmine iambico in hunc modum*

grave aliter eret
rebus hic duris, premi
nisi summus olim
perteret talos Deus.

Huc etiam facit illud *Agost. 1. Corinth. c. 15. si in hac vita tantum, in Christo sperantes
sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.*

Nec dici valet ipsis virtutibus satis
esse in premium delectationem, ac iucunditatem, quam secum afferunt; et in vitiorum
sugillatum satis esse convenientis continuo torquentis remorsum, qui eo gravi operam
bus resultat. Ad inquam, nihil est dictu. Sum, q̄ delectatio, et conscientię remorsus in
timere consequuntur eo rectis, gravius que actionibus; premium autem atque sugillatum
extimere quid esse debet. Sum, q̄ n̄ raro contingit, ut multo maior sit labor honestę
actionis, quam oblectatio inde exhorta. Rursum que maior in peccato voluptas, quam
conscientię affligentis remorsus. Unde nec istud satis punitum est, nec illa sufficienti pri-
mio accumulata. Nonne homines improbi, quo magis scelesti, eo minus conscientię remorsu
stimulantur? Unde crescentibus flagitiis, minueretur pena, quod quam parum deceat
Divinam Providentiam ac iustitiam nemo n̄ videt. Nonne e converso iusti quandoque
ob scrupulos privantur delectatione illa, quam actiones honestę secum afferunt. Unde ho-
num merita absque sufficienti retributione manerent; quod vique n̄ minus quam pri-

sum Divinam Iustitiam dedecet.

Progoris rationibus accedit alia n̄ contemnenda.

Nempe, homo reliquis animantibus longe antecellit; atq; oppositum verum est, si ani-
ma interitura constaret: q̄ anima hominis interitui obnoxia n̄ est, sed naturā immor-
talem obtinet. Minor inde constat, q̄ plurima s̄ animalia, quę n̄ cruciantur tot gnum
vis, tot spiritudinibus, tot molestiis, tot animi morbis, quot homines torqueri solent. Sed de
rationibus satis iam sit. Qui rem istam luculentissime, et emendissime demonstratam volu-
erit, legat Venerabilem P. Paulum Senen̄i tomo 1. incredulū inexcusabilis, ubi avertiones
catholicam Philosophicis rationibus, et mira emenditione elucidat, et ostendit.

Descendamus

q̄ ad exclusionem, et resolutionem eorum argumentorum, quibus avertio n̄ra impeti po-
test. Omnia enim (ut ibidem ait memoratum Concilium) solubilia existunt. Obicitur q̄
V. Divinę litterę significare videntur, animam cum homine extingui: ea q̄ immortalis n̄
est. Atq; pr̄. tum q̄ c. 3. Ecclesiastes ita scribitur, Unus est interitus hominis, et tumentorum, et
in qua utriusque conditio. Tum q̄ Sapient. c. 2. hęc habentur, Ex nihilo nati sumus, et post hoc eri-
mus quod n̄ fuimus. Tum q̄ Jobi c. 19. Omnis spes revivendi homini perciditur. Accedit
V. quod Apot. 1. ad Thimotheum c. 6 de Deo scribit, qui solus habet immortalitatem. Ac-
cedit 2. sacrum generale Concilium, in quo actione 11. approbantur hęc Sogronis verba. Intel-
lectualia, atque invisibilia nullatenus quidem moriuntur, neque corrumpuntur; n̄ tamen s̄
immortalia per naturam; sed gratiam eis lapsus est (nimirum Deus) a corruptione ea, et
a morte coercentem; q̄ etsi anima gratuito immortalis sit; per naturam tamen immortalis n̄
est.

2. ad argumentum ex communi Interpretum sensu, verba illa Ecclesiastes, et Sapientię,
profere a Salomone, n̄ eo persona propria, sed potius more concionatorio ex persona Sogronis,
qui ut libentius peccent, securius que in omne genus nequitię sese effuses dedant, animas ere
mortales fingunt, idque sibi vanissime, et stultissime persuadere conantur. Porro, ubi Salomon
eo propria persona loquitur, ea verba profert, que sub initium sectionis dedimus. Legatur M.
Preponus lib. 1. Dialog. c. 4. et Ang. M. 1. p. 9. 15. art. 6. Hæc præterea huic interpretationi
quod dicitur in lib. Sapient. c. 1. nempe, hęc cogitaverunt, et erraverunt: cocceavit enim illo
malitia eorum, et nescierunt sacramenta Dei, nec mercedem speraverunt iustitię, nec in-
dicaverunt honorem animarum sanctarum. En quomodo Spiritus Sanctus ignorantiã
finis animarum sanctarum hominum malitię assignat. In aliis Ecclesiastes locis, que afferri
solent, vice contenditur, cogitationes, spes, et intentiones de rebus caducis intereunte homine

penitus evanescere.

Ad verba ex S. Iobis indicata dicitur ea non singillatim de anima sed de toto homine procedere, quem verisimile est, non posse naturaliter post mortem ad vitam revocari, attamen cum tandem resurrecturum, clare docetur eodem loco, in quo hec habentur, homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur coelum; et C. 19. ait idem Sanctus, in novissimo die de terra surrecturus sum. ... et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem non sumus sum ego, et non abis. 9. in eo Cap. 14. loquitur de vita totius hominis, et de eiusdem resurrectione, assignat que discrimen inter hominem, et arborem propriam, quod hec naturaliter revirescat, ille vero, non nisi Deo miraculose operante, resurgat.

Ad 1. ^{am} consensionem dicitur, immortale bifariam dici consuevire, aut quod nulla potestate etiam Divina aboleri valet, aut quod suapte natura nequit interire, quamvis per potentiam Dei absolutam deficere possit. 1. modo Solus Deus immortalis est; atque adeo de immortalitate, seu indefectibilitate metaphysice loquitur Apoteles in eis verbis. 2. autem modo, Angelus, et anima rationalis immortales sunt, ac proinde anime nostre immortalitas naturalis convenit. Nunc ad 2. ^{am} consensionem responde Similiter, animam rationalem non esse omnino immortalem per naturam, esse tamen per naturam immortalem, quod talis natura est, ut non nisi per potentiam Dei absolutam deficere valeat. De 1. immortalitate loquitur Concilium, quippe quod intendit damnare errorem averontium, Angelos esse metaphysice indestructibiles. 2. autem immortalitas ideo gratis tribuitur, quod anime creatio, unde eius duratio eterna derivatur, gratuita fuit quamvis ex suppositione illius naturaliter sit debita anime eterna conservatio, quatenus per absolutam Dei potentiam privari valet.

Sed hinc replicari potest: quod eterna duratio, que de facto congruit anime rationali existenti, est gratiosa respectu eiusdem: quod anima non est immortalis ex natura sua. Et hęc consensio: natura, quod ex natura sua convenit rei existenti, respectu eiusdem gratiosum esse nequit. Distinguum Consequens: est gratiosa secundum quid, concedo Consensum: est absolute, et simpliciter gratiosa nego hanc, et 2. ^{am} Consensum; cuius probatio eodem modo distingui potest; ita nempe, ut quod rei existenti, ex natura sua convenit, absolute et simpliciter gratiosum dici non valeat; dici tamen potest gratiosum secundum quid, quatenus nempe ei negari potest existentia, in qua fundatur. Sed quoniam dum anima rationalis existit, talis natura est, ut contra miraculum annihilari nequeat, recte naturaliter et ab intinseco immortalis averitur.

Obiicitur 2. Anima pendet a corpore in operando: quod et in evendo: quod extra corpus coherere non valet, ac proin

inde mortalis est. Confirmatur 1^o: anima adolescit, atque senescit cum corpore: Vbi enim corpus post multos annos emensos quassatur (Inquit Socrates lib. 3.) claudicat ingenium, delirat lingua, mens que. Ergo. Confirmatur 2^o: Exortante corpore, non modicos dolores, atque tristitiam anima patitur: q^o cum passio sit incohata corruptio, anima per naturam corruptibilis erit. Confirmatur 3^o: anima rationalis est fra corporis: q^o extra illud erit violenta: q^o cum nihil violentum perpetuum sit, anima perpetuo non durabit.

Ad argumentum distinguo an^o anima pendet a corpore in operando, pro statu sue coniunctionis cum ipso, concedo an^o: in operando absolute, nego an^o, et utramque consam: nam licet anima, quamdiu informat corpus nequeat vel operationes intellectuales elicere, nisi per species a sensibus acceptas, et in hoc statu ab accidentibus materialibus et a corpore dependeat in operando; tamen spiritualitas, et perfectio actuum, quos producit etiam pro unionis statu, efficaciter probat, eius naturam supra materiam eminere, atque adeo ipsam sine materia, et corpore coherere posse. Profecto, si anima adeo potens est, ut que neque sunt, neque esse possunt, aqua se fingat, et a minimis effectis ad summam causam progrediatur discurrendo, ut se ipsam a quacumque re alia distinguat, que est perfectissima reflexio, ad quam sensitiva recordatio nequit accedere, et a nullo agente creato impediari valeat, quominus eliciat actus, quos velit; quod ideo evenit, q^o libertate pollet, et nullo preterquam infinito bono, eo que clare cognito, atque evidenter presenti, illius appetitus satiare potest; quid ni ea supra res materiales emineat, et naturaliter immortalis existat?

Ad 1^{am} consationem nego an^o: anima enim neque adolescit, neque senescit, sed ex sola dependentia, quam habet in statu unionis ut operetur, a potentiis materialibus, provenit, quod debilius discurret in senibus, acutius in adolescentibus, nihil in pueris, propterea in amentibus. Tales profecto sunt, qui eam mortalem averunt; vel potius, qui negata animarum immortalitate, ventri, et materialibus deliciis se dedunt, delirius irrationalibus similes se esse profitentur.

Ad 2^{am} Confirmationem 1^o non quancumque passionem corruptioni viam parare; sed illam solam, que a qualitatione primarum impressionum provenit. Namque qualitates non imprimuntur animis; sine earum tamen impressione posse in anima excitari tristitiam ex sola rerum mystarum cognitione, palam est. Ad hanc anima non tam patitur dolores, quam ad dolendi actum media potentia corruptibili, et materiali concurrens. Nunc autem solum concludatur, illam esse principium materialium actionum, non autem corruptibilem, atque materialem esse: licet enim eo crescere valeant

dolores, ut anima nequeat ultra informare corpus, illam tamen deservere nequaquam poterunt. Ad 3^{am} consuetudinem nego constantem: nam separationis status non est violentus animi, et sectione proxima ostendetur.

Obiicitur tandem: aliqua sunt accidentia spiritualia, quae coniunguntur: talis est gratia sanctificans, cognitiones, et volitiones, et alii qui supernales habitus: quod anima, etsi spiritualis sit, corruptibilis erit. Accedit, quod anima suscipere potest accidentia spiritualia contraria, nempe amorem, et odium; assensum, et dissensum; sed subiectum susceptivum contrariorum corruptibile est. 3^o Ad argumentum, concedo antea, nego constantem, disparitas est: quod ea, quae in antecedenti continentur, habent contrarium, ob cuius adventum intereunt; anima vero contrarii exopert est. Adde quod aliqua ex illis, nempe vitales actus, quandoque pereunt ob distractionem, vel defatigationem animi, insufficientis ut plurimum (saltem pro statu coniunctionis cum corpore) pluribus simul attendere. At in Deo (qui unica conservatio causa animi existit) distractio aut insufficientia dari nequit. Ad consuetudinem divinito, minorem solum esse veram de subitico, quod sibi nociva, et contraria recipit. Assensus autem, et dissensus; amor, et odium, licet sibi invicem contrariantur; cum anima tamen non contrariantur, sed potius illam perficiunt. Sectio 3. nonnulla de anima rationali separata raptim traduntur.

Sectio 3.^a Nonnulla de anima rationali separata raptim traduntur.

Sicut consideratio eorum quae ad animam separatam spectant, Theologi potius, quam Philosophi sit, quod tamen Philosophis mos est, nonnulla dubia circa statum separationis animi enodare, idem, et nos in presenti prostabimus. Dubitatur itaque 1^o an separationis status sit violentus animi. Respensio negativa communis et vera est. tum quia anima spiritualis est, et a corpore independens; talis autem non esset, si non nisi violento a corpore separari posset, vel contra corpus coexistere. Tum quia, cum habeat multas operationes nobilissimas a corpore independentes, debet aliquando ab eo separari, et in separationis statu eas perfectius eliciat, et se Angelos, et Deum defecius agnoscat. Unde complementi defectum per actus perfectiores intelligendi (quoniam, et amandi) compensat, atque adeo status in quo eo perfectioni motu operatur, ei violentus non est.

Nec hunc inferre statum

coniunctionis animae violentum esse: uterque enim status ei connaturalis est, et indefinitus, eiusque in aetate conformis pro diversis temporibus. Status separationis ei connaturalis est propter dicta. Coniunctionis status eiusdem in aetate est: quia cum anima sit vera corporis pars, debet aliquando cum ipso degere, ut munus expleat, ad quod a natura destinatur. licet autem in hoc statu modo intelligendi perfectiori privetur, hunc defectum compensat bono completionis, et exercitio vegetandi, et sentiendi, quo a corpore separata caret. Quo circa utriusque in utroque statu habeat imperfectiones, sed tamen, ut pote quae naturam spiritus consequuntur, contra naturam animae non sunt, atque adeo violentiam non important. Sic licet anima non bene habeat in statibus pueritiae, adolescentiae, et senectutis, et quicumque ex illis imperfectiones habeat, in eis omnibus connaturaliter existit, quae imperfectiones illae naturam spiritus consequuntur. illa enim tunc, et tandem existit informare corpus, cum et quantum illud debite temperatum existit.

Nunc inferes 1.° Animam unitam corpori ita separationi resistere, vel quia est futurae sortis iudex, vel quia tunc ut pote pars actualis, bonum totius procurare debet. Sed postquam homo perit, anima quasi obligatione partis soluta, sibi soli attendit, et bonis, quae afferunt separationis status, persuadetur. Vel dicitur potest, animam per se sumptam separationi non resistere, sed totum hominem, quem certum est maxime capere suam partem coniunctionem, sine qua constare nequit. Inferes 2.° quo sensu venum sit quod communiter cum E. D. docetur, nempe statum unionis esse magis connaturalem animae, quam statum separationis: id enim non denotat, separationis statum connaturalem non esse, sed tantum obtineri non posse, quousque anima muneri spiritus satisfaciat, et coniunctionis statum sortiatur.

Intellectus, qui etiam mens et ratio dicitur, est potestas spiritualis cognoscitiva obiecti. Cuius obiectum, quae late patet ac ens: si quidem in omni ente reali reperitur intrinseca cognoscibilitas, seu capacitas terminandi cognitionem; quae capacitas Veritas transcendentalis appellari consuevit. Quo modo Chymera, entia rationis, et negationes cognoscantur, in Methaphysica exponetur. 2^o intellectus de facto existentis, quia ad omne ens reale, quae late patet, extenditur.

Utrum autem possibilis sit intellectus ita coarctatus ad aliquam entis speciem, ut extra eam nihil cognoscere valeat? Dubium est. Affirmativam partem tuentur P^{er} Arriaga, et Quinto, et pauci alii; pars vero negativa a communi defensoribus, et iure merito: quia nullus est intellectus, qui suum obiectum (ponamus illum esse hominem) non valeat comprehensivè cognoscere, saltem si divinitus illustratur. Quid enim prohibet, quominus obiectum finitè perfectionis ab intellectu divinitus illustrato cognoscatur, quatenus cognoscibile est; in qua certe cognitione comprehensio inhibetur? Quia nullus est intellectus, qui omnia entia cognoscere non valeat ac proinde intellectus ad aliquam entis, aut rei speciem coarctatus impossibilis est.

Probo contra 1^o intellectus hominem comprehendens, cognoscet cognoscere illius a Deo dependentiam, ut certum est: quod et Deum ipsum saltem abstractive cognoscet: quia cum intellectus Deum abstractive cognoscens, eundem intueri valeat, si lumine glorie perfundatur, intellectus hominem comprehendens poterit Deum intuitivè cognoscere. Intellectum autem videntem Deum quid latere possit, cum Deus omnia eminenter contineat, sit quae omnium perfectissimi, speculum, quod ipsum intuentibus cuncta manifestare valet? 2^o intellectus hominem comprehendens, debet illum aliquomodo comparare cum aliis entibus tam inferioribus, quaeque superioribus, tam similibus, quam dissimilibus; debet item illius potestatem tum naturalem, tum obedientialem ita cognoscere, ut aliquid, saltem in communi, dicere possit de terminis quo respicit; alioquin hominem non comprehenderet: si quia hominem comprehendit, omnia entia attinget, saltem sub conceptibus communibus: quia omnia participabunt rationem formalem sub qua intellectus ille tendit. Nec dicas, hinc solum probari, quemcumque intellectum

129
possit Divinitus omnia cognoscibilia cognoscere: nam, si hoc potest, ideo est, q^a illius sphae-
ra ad omnia extendatur; cum nec divinitus fieri valeat, ut sphaera vitalis sui sphaerae limi-
tes excedat.

Intellectus dividi solet in agentem et passibilem, seu passibilem. Intellectus a-
gens dicitur, qui simul cum phantasmate species intelligibiles producit; intellectus pas-
sibilis nuncupatur qui species recipit, et cum illis producit, ac recipit, seu patitur intel-
lectiones; qui intellectus nomine passibilis donatur, quamquam alii hoc nomine signifi-
cari volunt intellectum, propterea est passibilis omnia, sive propter modum intellectionibus res
omnes in se transferre valet eo^a illud intellectus intelligendo fit omnia.

Porro tria munera
intellectui agenti a Peripateticis tribuuntur; nimirum illuminare phantasmata, face-
re res actu intelligibiles; et species a phantasmatibus abstrahere. His locutionibus (quas
plures nudi Minerva imo et Chimerico modo intellexerunt) ut optime probat Ex. D. 2.
de anima C. 2. nihil aliud significatur, quam actio, qua intellectus agens speciem spiritu-
alem producit. Hac enim actione dicitur illustrare phantasmata, q^a luce intellectuali,
saltem virtuali, donat obita, quae in phantasmate materialiter representantur; eadem efficit
res intelligibiles actu, q^a media specie illae fiunt proximè cognoscibiles ab intellectu; et
eadem species a phantasmatibus abstrahit, q^a ab eis speciem decernit, sive phantasmata
instrumentaliter ad speciei productionem concurrant, sive sint exemplar, aut occasio, et
species intelligibiles ab intellectu producantur. ^{quod} diversas opiniones, alibi insinuavimus.

Nunc
vero intellectus agere se ipsa, an fortiter tantum a patiente distinguatur? Dubium est, in
quo Thomistae pro distinctione reali certant. Sed verius apparet, unum, eundemque esse in-
tellectum, qui pro diversis muneribus diversa nomina sortitur. Ratio est sepe inculcata, quod
nempe res absque necessitate multiplicandae non sunt; et in presenti nulla necessitas cogit du-
plicem intellectum adstruere: quandoquidem productio intellectionis, et productio speciei ab
una, eademque intellectiva potentia provenire possunt; sicut et Thomae productio ultimarum dis-
positionis ad formam, et fructus productio ab eadem virtute proveniunt. Neque ex hac opinione
infertur, idem simplici esse agens, et patiens respectu eiusdem fructus: nam intellectus ma-
cum phantasmate producit species; per se autem sumptus eandem recipit.

Sed quoniam
qua ratione intellectus humanus in suis operationibus a phantasmate dependeat?
Quod enim pro hoc statu dependeat a phantasia, certum apud Philosophos est, et inde

constat, quod ipso, vel impedito organo phantasiae intellectus operatio turbatur, vel im-
peditur ut in synectis, infantibus, et dormientibus liquet. Hoc autem clare indicat, in-
tellectum pro hoc statu dependere a phantasia in operando. Dixi pro hoc statu: nam pro
statu separationis a phantasia, ~~ad~~ phantasmatis non pendet, ut ex dictis de anima se-
parata constat.

Respondet 9. intellectum pro hoc statu dependere a phantasia, tamquam
a ministrante species: cum enim anima nostra non habeat species congenitas, seu ab in-
itio creationis inditas, ut fatentur omnes, et bene probat Eco. D. 4. de anima c. 2; debet il-
las deorsum temporis acquirere per sensus, et a phantasia mutuari. Ob id sensus animae
fenestras dici consueverunt, per quas non solum species, sed et vitiorum incitamenta, negli-
gentiae, aut curiositatis vitio non raro intrant. Unde est illud S. Hieronymi lib. 2. ad verum
Iovinianum c. 3. si circensibus quisquam delectetur; si athletarum certamine, si histrio-
rum mobilitate, si splendore gemmarum, et id genus aliorum, per oculorum fenestras ani-
mae capta libertas est, et impletur illud propheticum, Mors intravit per fenestras.

Ex propria

Intellectus a phantasia dependentia proflexit. vulgare illud axioma nihil est in in-
tellectu, quod prius non fuerit in sensu; quod axioma desumitur ex Aristo 3. de anima
c. 6. a se, qui non sentit nihil dicere vel intelligere potest; et qui contemplatur, necesse est,
ma cum phantasmate contemplatur. Pendet item intellectus a phantasia, et ab excitante
specie iam dudum acquisita, et ut ab operante concomitanter: experientia enim
notum est, nihil nos intellectu cogitare, quin simul phantasmata materialia elici-
amus. Hac de causa caput discurrendo fatigatur, quia simul operatur phantasia, que
operando spiritus animales abrumit.

Porro huius dependentia adeo indispensabilis
fortasse non est, quin intellectus aliquando operetur, forante phantasia; quia fortasse
illa idola, que a phantasia degingi existimamus, nonnunquam ab ipso intellectu
proponuntur. Et certe postquam intellectus instructus est apprehensione in ordine ad iu-
diciam, et primum in ordine ad conclusionem, nulla apparet necessitas novi phantas-
matis, ut novam intellectionem pomat. Sed quoniam rationalis anima in vivo ita
dependet a corpore, et nec extra illud naturaliter creari valeat, neque usquam esse, ubi non
secum deferat corpus, quamdiu durat coniunctionis status: ita operari non poterit pro
tali statu, nisi operante simul aliqua corporea facultate; et consequenter, dum anima in
tellectuales operationes elicit, simul cum ea operabitur phantasia, que cum intellectu in

In eadem corporis parte existit, et eius species ma cum intellectualibus speciebus ex
citabuntur.

Quæritur 2. Num intellectus a memoria spirituali realiter distinguatur?
R. negative cum D. Ang. 1. p. q. 29 arti. 2. et communi Philosophorum sententia. Ratio est:
q. memoria est vis conservativa specierum intelligibilium, et rememorativa, seu potens
recordari potentiorum; sed utraque vis ad intellectum pertinet: nam, sicut ille primo efficit
species, sic eadem conservat; et sicut 1. cognoscit obta, ita reflexione quadam cognoscere
potest, se cognovisse. q. spiritualis memoria ab intellectu n. distinguitur. Nisi dicta
sunt de memoria specificative sumpta: si enim reduplicative accipiatur, prout vide
licet est thesaurus, siue promptuarium specierum, distinguitur inadæquate ab intellec
tu: nam sic considerata involvit ipsas species, quibus intellectus consignatur; que
certe ab ipso distinguuntur, et q. permanentes sunt, p. nomen congruenter potuerunt
subire, et ternarium potentiarum numerum efficere.

Quæritur 3. Num intellectus
possit singularia cognoscere? r. affirmative: nam in 1. quilibet homo se ipsum in indivi
duo cognoscit, et se a reliquis eiusdem speciei discernit. Rusticus item cognoscit solem
singularem et talem; cum nihil de universalibus noverit, nec illi in mentem veniat,
possibilitas plurium individuum, a quibus rationem communem solis abstrahat.
 tandem, syllogismus expository, et eius termini, qui singulares sunt, ab intellectu
cognoscuntur: ille q. singularia percipit.

Nec satisfaciunt Theorici aientes, si quando sin
gularia ab intellectu percipiuntur, n. in se ipsis, sed in phantasmate eorum repren
tativo cognosci. Non, inquam, satisfaciunt: quid enim prohibet quominus intellectus
simul cum phantasmate obta singularis producat immediate speciem directe repre
sentativam eiusdem obta, etiam n. singularis? Ad hoc, si phantasia directe percipit
obta materia singularia, sicut se Theorici percipit, cur intellectus eadem immediate
non agnoscat? An q. spiritualis est? sed vero quid hoc refert? nonne et intellectus Ange
licus p. spiritualis est, et res individuales immediate cognoscit? nonne dum hanc cogni
tionem elicio Petrus n. est Paulus, Petritatem, et Paulitatem immediate agnosco? Ita
certe, q. id cognosco immediate, quod immediate nego; nego autem immediate
Petritatem de Paulitate. Nonne etiam ipsum fantasma singulare immediate ab
intellectu cognoscitur? Quod, si Arleo dicit, proprium esse sensuum singularia cognos
cere, intellectus vero, universalia; n. ideo negavit intellectui cognitionem singula

larium, sed exegrit vim attingendi etiam universalia qua intellectus per sen-
sibus gollit.

Inquitur 4. Utum intellectus prius singularia, quam universalia cognoscat. R. etiam affirmative cum nos contra sententiam Theotani. ratio est, q. prius est cognoscere universalitatis fundamentum, quam universale ipsum facere, aut abstrahere; at universalitatis fundamentum est similitudo realis plurium singularium: q. n. multitudo ista, atque adeo, et singularia, prius quam universale cognoscuntur. Per id n. negaverim accidere posse, ut intellectus prius quam aliquod singulare agnoscat, in aliqua principia per se nota universaliter feratur; id tamen n. prohibet quo minus 1. intellectus cognitio regulariter feratur in singulare obiectum; quemadmodum in illud fertur pharisma maale, quo ductus intellectus 1. cognitionem elicit. Nec contrarius nobis est Arles aien, sensibus esse 1. notum singulare, intellectui universale: nam by 1. idem est, ac principaliter; intellectus enim proprio exerceatur circa universalia, circa que, et non circa singularia scientie versantur.

Inquitur 5. Utum intellectus possit cognoscere plura et plura? R. posse, sive uno, sive multis actibus simul ab eodem elicitis. 1. patet: nam hic actus debet n. est lapis quantitas simplex est, etiam a Theotus contra quos nra responsio agitur; et tamen hoc actu plura et plura ab intellectu cognoscuntur. 2. etiam liquet; q. n. est adeo limitanda virtus intellectus, et tres, quatuor, aut plures actus simul elicere n. parit, licet ea quoniam finita, terminum aliquem habeat. Et certe si pta virtus producit visionem aut visiones, que plura obta simul percipiunt, cur intellectus longe nobilior ea potentia unico, aut pluribus actibus plura obta simul cognoscere n. valeat; eo vel maxime, q. etiam si plura realiter et physice identificari nequeant cum uno tertio, nam atroqui inter se identificarentur, hęc identitatis nullatenus inferatur, ex eo quod penes esse intentionale aut cognitione, identitatem cum tertio sortiatur.

Inquitur 6. sit ne intellectus nobilior voluntate, an non? Licet fuerint qui putarent, intellectum et voluntatem pari nobilitate gaudere; honum tamen placitum Aristotelis, et aliorum Philosophorum consensu refellitur: existimant enim ista intellectum, atque voluntatem realiter specie distinguunt, atque adeo pares n. esse nam que specie differunt, saltem de facto n. dignitate paria non sunt. Id remon censemus; sed in questionem adducimus, quoniam ex predictis potentis alia nobilior sit. Solutur in 1. dist. 22. q. 1. eiusque Magister Mennis 3. q. 80, membro 1. d. Bonar.

B. Albertus Mag. alii que insignes, D. arbitrantur, voluntatem nobiliorem esse intel-
lectu. Item Aug. Mag. tum alius locis, tum 1^a p. q. 82, artic. 3. Caietanus Ibidem, Du-
randus et Hostius omnes; itemque D. Co. 5. de anima c. 9. et omnes fere docti tenent, in-
tellectum voluntate nobiliorem esse. Nec sententia tenenda est. Et autem eam statuem, si-
mul que adversariorum argumenta diluam, nunc in modum arguo.

Ea potentia nobilior
consenda est, cuius actus, habitus et obta excellentiora sunt; sed ita habet intellectus, si
cum voluntate comparetur: 3^o voluntate nobilior est. Prob. min. quoad 1^{am} partem: tum q.
voluntas, dum operatur, quodammodo se foras dat, et ad rem amatam rapitur; cum ta-
men intellectus rem cognitam ad se trahat, et in se maneat. Multo vero prestantius est,
ait D. Thomas q. 22 de veritate, inymquodque habere in se inde perficitur, quam ad
illud quodammodo foras rapari. Tum, q. inter actus intellectus est aliquis perfectior om-
ni voluntatis actu; visio scilicet Beata, que a Mag. Aug. et aliis Theologis dicitur tota
merces, id est primum Beati premium; quale certe non esset nisi amorem Beaticum
excederet. Tum denique, q. possunt dari actus intellectus sine actibus voluntatis, et non
e contra.

Necque his officit, quod amore, non vero intellectione redditur homo simplici
bonus: nam id tantum probat actum amandi in genere moris prestantiorem esse; non au-
tem in genere nati, de quo disceptatio nostra est. Nec item officit, Seraphinos, qui in
amore excellunt, prestantiores esse Cherubinis, qui in cognitione prevalent. Tumq. Sera-
phini non habent appellationem a prestantiori dono, quo in patria remunerantur, sed a
prestantissimo actu, quo in via menuerunt. Tum, q. Seraphinis, ut et Cherubinis inditum
fuit nomen ab officio, quod erga alios exercent (Angeli enim ab officio nomen du-
cunt) est autem peculiare Seraphinorum munus, ad Divini Numinis amorem singula-
riter inflammare; Cherubinorum vero munus est, mentes illuminare. Nunc Sera-
phi in Cherubinos excellunt tam in amore Dei, quam in cognitione: cum enim nobilio-
ri visione Deum videant, absolute sapientiores sunt, tamen non a sapientia sed ab
officio appellationem habeant.

Deinde, quod intellectus habitus excellentiores sunt habi-
tibus voluntatis, (que erat 2^a minoris pars) pr. nam (si eos habitus expendamus, qui non
non acquiruntur) sapientia, et prudentia, que sunt habitus intellectus, nobilioris note
sunt, quam iustitia, et alii voluntatis habitus. Si vero habitus supernales spectemus
(quamquam hic, ut notabamus, et notat Mag. Aug. non querimus de intellectu, et ad

184
luntate, quoad ea, quae supra ipsas sunt) excellentissimus omnium, qui a Deo intellec-
tui infunduntur, nempe lumen gloriæ, nobilitate vincit excellentissimum eorum, qui
voluntati donantur, videlicet charitatem; licet enim charitatis habitus perfectior sit ha-
bitibus fidei, et spei scilicet illud Apoc. 1.º Corinth. c. 13. manent fides, spes, et charitas tria
hæc, maior autem horum est charitas; attamen imperfectior est lumine gloriæ, sicut ac-
tus charitatis imperfectior est visione beatifica, quæ ab intellectu potius valet.

Postremo,
quod intellectus obiectum perfectius sit obiecto voluntatis (in 3.ª minori parte) ea ratio
probat, quam dupl. 2.º sect. 2.º dedimus; quæ certe non infringitur eo quod intellectus non nisi
alligatus phantasmatis in verum tendit. Sum q.ª hæc alligatio non competit intellec-
tui in omni statu, et eo dictis constat. Sum q.ª cum voluntas non nisi bonum cognitum
appetat, sicut intellectus, dum hoc corpore mortali tenetur, eget phantasmatis ad
intelligendum, sic eisdem etiam remota, voluntas indiget ad amandum. Quare ratio
manet, intellectum, si cum voluntate comparatur, ita habere, et illius actus, habitus
et obiecta excellentiora sint.

Accedit et in nostræ sententiæ confirmationem, quod præcipua ho-
minis dignitas atque perfectio ab intellectu derivatur, ideo quæ homo per rationalitatem, seu
vim discurrendi definitur. Accedit 2.º, quod intellectus est regula morum, eatenus quæ volun-
tas dicitur, bene et male agere, quatenus recte rationis dictamini comparatur, aut recusat. Hinc
provenit, et tamen voluntas alias potest moveatur, atque etiam ipsum intellectum quoad exer-
citiuum actum, quatenus illum ad plures actus applicat; et in hoc sensu Domina, et Regina
dicitur, q.ª tamen ab intellectu pendet tamquam ab illustrante docente, et dirigente
(cum vel ad ipsum dominationis actum propria intellectus directione indigeat) intellectus
sibi vindicat altioris morandi modum, cuius merito voluntatem sibi subiectam quo-
dammodo habet. Unde eam simplicitate dignitate vincit.

Quæ tandem solet, ubi de intel-
lectu agitur, utrum intellectivum inferat essentialiter volitivum? sed quoniam huiusmodi
questio (quæ certe de solo intellectu substantiali instituitur) decisa a nobis fuit dupl. 2.º
sect. 2.º; hic tantummodo crebri proponenda et dissolvenda sunt nonnulla argumenta, quæ
adversus sententiam communem et nostram adduci solent. 1.º itaque obicitur, intellecti-
vum ratione distinguitur a volitivo: q.º potest in aliquo subiecto a volitivo separari, quem
admodum quia animal ratione distinguitur a rationali, potest in aliquo subiecto sine
rationali generari. Sed hoc non inferitur, posse in aliquo subiecto generari omninoam sine

Immenitate v.g. dato, quod unum attributum ratione distinguatur ab alio? cui item
non inferitur, posse in aliquo subto reperiri admirativum sine viribili, aut rationali?
Cum inter hec predicata distinctio per rationem versetur?

Q. concedo antecedenti; nego con-
sam: nec enim omnia illa, que per rationem distinguuntur, realiter separari possunt; q.
non est unicum, sed multiple fundamentum, cui inmittitur intellectus, et predicata realiter
identificata formaliter distinguat, et ex dictis in Logica liquetum est. Scitur, dum tali dis-
tinctionis fundamentum maximum est, quale est quod inter animal, et rationale reperiri-
tur, et pote quod a distinctione reali inadequata obtinere derumitur: datur enim animal
aliquid, quod rationale non sit, quid in aliquo subto animal sine rationali reperiri
valeat. At vero a distinctione rationis, que non ab obis utrumque consideratis, sed ab
effectibus derumitur, argui nequit, entitates illas, que tali distinctione gaudent, realiter
separari posse, et in rationali, et admirativo cernere est.

Sed intellectivum, et voliti-
vum ratione distinguuntur, quia ad diversos effectus ordinem dicunt. Sed intellectivum
sine volitivo reperiri non posse, ita demum per, corroborando rationem, que ea recte et proprie
est. Implicat intellectivum, quod aliquid sibi bonum non cognoscat; sed intellectivum cognos-
cens obitum sibi bonum nequit esse essentialiter impotens illud velle: q. repugnat intel-
lectivum velle impotens, ac proinde de intellectivum volitivum est. Prob. min. Obiectum il-
lud, ut intentionaliter existens in intellectu est igitur appetibile, sicut ei bonum est: bonum
enim, et appetibile consentuntur. Atqui non est igitur appetibile appetitu innato, cum hic non fer-
tur in bonum cognitum, nec cognitione regulatur: est q. eadem appetibile appetitu elicito:
q. suppositum a quo tale bonum cognoscitur, debet esse elicite appetitivum: implicat enim
bonum elicite appetibile respectu suppositi incapax elicite appetere, sicut implicat obitum si-
bibile aut producibile ab aliquo essentialiter impotente videre, aut producere. Repugnat q.
intellectivum cognoscens obitum sibi bonum essentialiter impotens illud velle.

Proterus: re-
pugnat intellectus capax visionis Dei, et incapax amoris Divine Bonitatis; sed de intel-
lectivum substantiale est intellectus capax visionis Dei: q. et capax esse debet amoris tantę
Bonitatis, ac proinde necessario debet esse volitivum. Minor constat ex dictis: probavimus
enim paulo ante, omnem intellectum ad omne bonum extendi, et ad Deum intuitivo
videndum elevari posse. prob. q. maiorem: repugnat intellectus capax avertendi per
minus, et incapax avertendi Conclusioni: repugnat item subitum capax alius digne

dispositionis ad frām, et p̄ incapax, aut capax gravitatis, et incapax motus deorsum: q̄
et regnat intellectus capax visionis Dei, et incapax amoris Divinæ Bonitatis. Quid
ni vero? Nam sicut obitum, cui intellectus assentitur per premissas, vel quoad speciem, vel quoad
exercitium ad aventum Conclusionis necessitat, sic Divina Bonitas intuitue cognita non ita cum
que, sed quoad exercitium ad sui amorem rapit; sicut ultima dispositio ad frām, ita viam
parat et gravitas est pondus in motum deorsum, sic clara visio boni summe amabilis
viam aperit ad amorem, imo ad istum, ut intentionale pondus, validissime, et ineluctabi
liter invitāt. Quo autem modo id exerceat respectu subiecti impotentis amare.

Obicitur

2. sensus externi cognoscitivi sunt, et appetitivi n̄ sunt: q̄ non regnat aliqua sub
stantia cognoscitiva, quę si appetitiva n̄ polleat. Hoc argumentum tantum probat, organum
visus, (quī est sensus externus cognoscitivus, et non appetitivus) ineptum esse, ut in eo ap
petitiones eliciantur; neutiquam tamen probat animam, quę visionem elicit, appetiti
vum n̄ esse. Unde retorqueri potest: nam licet visus appetitivus non sit; regnat tamen
substantia visum habens, et carens appetitu: porro enim apparet impossibile animal videns
escam, et illius bonitatem cognoscens, eam appetere n̄ posse: q̄ a fortiori regnabit, ali
qua substantia cognoscens obitum sibi convenientem, et illud appetere impotens: Et enim cog
nitio boni convenientis motio et inclinatio ad amorem eliciendum atque a suggesto
cognoscente; cum nulla cognitio ad amorem moveat suggestum, in quo n̄ est.

Obicitur 3.

possibiles s̄ cognitiones mere speculative, atque adeo impotentes amorem excitare: quem
enim amorem excitabunt cognitiones istę quolibet est vel non est; totum est maius
sua parte? q̄ et possibile est intellectus, qui ad amorem excitari nequeat. Constat: po
test Deus habere decretum de non conuendo ad illum actum voluntatis Petri, huic
que tale decretum revelare. In hoc autem euentu assensus fidei, quo Petrus Deo re
velante crederet, connecteretur cum carentia omnis actus voluntatis Petri: esset enim
essentialiter verus ac proinde cum eo decreto, et propria carentia connecteretur. q̄ talis
assensus atque cognitio mere speculativa foret, et ad omnes, et singulas resolutiones Petri
impotens dirigere.

Huius argumenti negari absolute potest: nam omnis cognitio, et
si mere speculativa sit respectu sui obiecti, capax est excitandi affectum aliquem, si
ve complacentię, siue displicentię, vel circa suam obiectum, vel circa semetipsum: om
nis enim veritas amabilis est, et delectare solet, et liquet in cognitionibus mere spe

speculativis scientiarum, et in eis, de quibus in obiectione fit mentio: etenim licet istae nullum affectum efficacem gignant, complacentias tamen simplices, et delectationes de veritatis avertione gignant.

Sed quomodo concedatur ans, contra est nulla: q^a pro-
sus repugnans est substantia intellectiva, quae ad solas cognitiones mere speculativas
coarctata sit. per id enim, quod cognoscitiva sit, se ipsam, perfectiones proprias, et De-
um cognoscere valet; stante autem hac cognitione, qua certe bonum optabile, imo, et
et infinitum bonum pro cognoscenti proponitur, quid nisi practice moveatur ad amandum,
tum se ipsam, tum summam Bonitatis Deum. Et licet illae cognitiones possibilis sint, non
illuc inferatur, possibilem esse intellectum, qui ad amorem excitari nequeat; alius vel
ex eo quod de facto dantur plures cognitiones, quantum aliis apprehensivis, aliis abstrac-
tivis, aliis intuitivis, aliis naturalibus, aliis supernaturalibus sunt, arguere liceret, possibilem etiam esse
intellectus substantialis, quorum singuli ad singulas memoratarum cognitionum spe-
cies coarctati sunt.

Contra continet argumentum, quod non solum per Philosophiam,
sed etiam per Theologiam verum solet, et plurima absurda comprobentur; nempe
possibile esse meritum irremunerabile, et si quis crederet Deo revelanti, se nullum
ipius meritum remuneratum; item possibile esse peccatum essentialiter irremuni-
bile, et si quis libere nollet credere Deo revelanti, se nullum ipius peccatum remu-
num; et alia id genus. q^o est pro propositi responderi valet, illam revelationem invari-
abilem esse: q^a quilibet Divini decreti revelatio, ne absurda sit, et Deum dedecens, da-
tur, et dari debet creatur, et ea excitetur ad aliquem affectum, vel complacentiam, vel
amoris, vel conformitatis cum obto revelato; et aliunde dicti decreti revelatio ad eum
finem dari non potest.

Quid quod, actus ille fidei tali revelationi innixus, chymericus
erit: nam quatenus representans illius decreti bonitatem, et amabilitatem ad eiusdem
amorem practice dirigeret, atque adeo natura sua foret motio et inclinatio ad amorem Di-
vini decreti; aliunde, q^a omnis amoris carentiam a Deo statutam representaret, essen-
tia sua omnem amorem respiceret, et amoris carentiam essentialiter exigeret: q^o actus ille
erit natura sua motio ad amorem, et simul cum amoris carentia essentialiter connectere-
tur: q^o chymericus erit. sectio 2. quid sit voluntas ubi duplex una ipsam dubium
enodatur.

Sectio 2.
Quid sit voluntas ubi duplex dubium.

Voluntas, quae, ut alibi dictum est, appetitus intellectivus, seu rationalis appellatur, est per
per actus elictos appetitiva cum ratione, id est, ex directione intellectus, cuius notitiam
sequitur. Cuius obiectum est bonum, quod in honestum, utile, et delectabile dividitur. Ho-
nestum est, quod a² dictamen recte rationis amari potest; utile, quod ad aliud condu-
cit; delectabile, quod delectationem secum affert. Sed q^a per id quod voluntas sit appetiti-
va boni, debet etiam esse averriva a malo, hoc etiam est voluntatis obiectum, voluntatis, in-
quam, proit averriva seu potentis se exercere per actus recessus, ut odii, displicentiae, tristitiae
et similia. Quo circa dum dicitur, obiectum voluntatis esse bonum, sermo est de voluntate,
secundum eius primariam perfectionem, quam ipsum voluntatis nomen praesert, quam
certe primariam perfectionem ratio averriva consequitur, ea quae propter ista in volun-
tatis definitione non exprimitur.

Dubitatur I.° utrum voluntas amare possit malum et
malum? Tuere qui affirmant, nempe Nominales cum suo Principe Ochamo, Anaxor, et
alii, quos refert P. Obiedo contr. 8. de anima, punct. 1. sed contraria decisio non solum
communis, sed certissima est. Et firmatur I.° ex illo communi Axioma principio a sancti
Patribus approbato, nemo intendens in malum operatur. E.° q^a malum sub ratione mali
non potest allicere, et movere voluntatem ad sui prosecutionem; at voluntas non potest amare,
nisi illud, quod eam allicere, et ad sui prosecutionem movere valet: q² q^a medium
cognitum et inutile ad finem, nequit amari propter finem: q³ nec malum cognitum
et tale valet propter se amari: nam, sicut illud in ordine ad finem non est bonum,
sic malum in ordine ad amorem nihil est: quod enim motivum ad amorem vo-
luntas in eo inveniat?

Sed opponitur I.°: bonum infinitum et omni malis exors,
quale est Deus odio habetur a damnatis: q² et malum, quod pure malum est, ama-
ri poterit; imo sic ab eisdem de facto amari videtur: amant enim sui annihilatio-
nem, quae certe primum malum est, ut poteque omni boni proprii fundamentum tollit.
Et hoc argumentum solum probare, bonum, quod et incommodum apprehenditur,
odio haberi posse; et malum quod apprehenditur, et utile, posse amari: ideo enim
damnati Deum odio habent, q^a dum illum cognoscunt, et peccatorum vindicem,
et operum Authorem, apprehendunt in ipso aliquam rationem mali incommodi
respectu ipsorum; et ideo suam annihilationem optant, q^a illam apprehendunt, et medi-
um utile ad evadendas penas, quas patiuntur.

Opponitur E.° voluntas libere amat

1^o potest amare malum. *P^o contra:* nam, si nequit amare malum, n̄ poterit odire bonum; si autem nequit odire bonum, n̄ amat libere. nam vel obitum proponitur ut bonum, et sic n̄ poterit odio haberi; vel proponitur ut malum, et sic n̄ poterit amari. Si igitur voluntas amat libere, malum amare poterit. Concesso anti, nego contram; ad cuius probationem r^o voluntatem n̄ posse odio habere bonum, quod vel aliqua malitia admixtum n̄ sit, vel sub aliqua ratione mali n̄ apprehendatur. Nunc q^a omne bonum creatum aliqua malitia admixtum est, tale bonum libere amatur, q^a illius malitia odium terminare valet. Sic futurum libere amatur, q^a ut bonum utile proponitur; sed quia ea utilitas coniuncta est cum malitia, nempe cum inhonestate, talis malitia ab amore futuri voluntatem retrahere valet; imo et r^o rationem debet. Sic e converso exercitium virtutis libere odio habetur, q^a ut malum iniucundum proponitur; sed quia ea iniucunditas cum bonitate honesta coniungitur, tale exercitium ad amorem sui excitare valet, quin imo et debet.

Opponitur 3: r^o qui inimico amat malum, quia malum, ut experientia testatur. igitur malum ut malum amari potest. R^o dum quis inimico amat malum, non sistere in malo ut tali, sed illud apprehendere ut sibi bonum; apprehendit enim illud malum, ut sibi bonum utile, aut delectabile; q^a apprehendit in eo rationem vindictae, quam sibi utilem, aut delectabilem habet. Nec obest quod ille affectus sit inimicitiae; nam, tamen amicitiae affectus in amici bono sistere possit, ita ut quis ex tali affectu possit amare bonum absque respectu ad se ipsum; affectus tamen inimicitiae in malo sistere nequit, sed potius in eo alicuius bonum querere debet. Disparitas inde sumitur, quod in amici bono motivum sufficiens ad amorem invenitur, in malo autem inimici sine respectu ad alterius bonum motivum ad amorem reperiri nequit.

Opponitur tandem: r^o voluntas fertur in impossibilia cognita ut talia; quae certe omni bonitate carent. igitur id quod nullatenus bonum est amare potest; igitur et quod primum malum est. R^o voluntatem n̄ posse fieri affectu efficaci, et absoluto in impossibilia cognita ut talia. Ratio est, q^a talis affectus serio intendit absolutam boni executionem, movetque efficaciter ad querenda et exequenda media, quae ad talem executionem idonea requiruntur. Ibi autem obitum impossibile cognoscitur ea intentio, et motio prorsus impossibiles sunt. Id n̄ prohibet, quominus voluntas affectu inefficaci, et simplici complacentia in obitum impossibile, et ut tale cognitum fertur; q^a ad simplicem complacentiam sufficit quavis species, et apparentia bonitatis etiam conditionate sub conditione impossibili: talis enim affectus ad executionem finis serio

461
procurandam non movet. sic delectari quis poterit, fingendo se Angelum aut Deum; imo et rebelles Angeli affectantur equalitatem cum Deo, quam imponibilem esse non ignorabant. Unde hęc simplex complacentia sufficiens motivum invenit in obis cognitis et imponibilibus; in malo autem et tali, ut dictum est, sufficiens motivum amoris non invenitur. Dubitatur 2.º utrum voluntas ex duobus bonis equalibus possit alterutrum libere amare, et ex duobus in equalibus minus bonum. Vazquez tomus in 2.º 2.º disp. 13. c. 2. in aliquibus, quos ibidem citat, in ea sententia est, ut tueatur ex duobus mediis non posse eligi illud quod est equale cum alio, quod est equale cum alio, aut etiam minus vale quam aliud propositum est. Quod hic Author disputat de electione medii sive aut minus utilis, saltem per cognitionem ita illud proponentem, eandem prorsus difficultatem continet in amore obli sive aut minus boni in conspectu alterius boni equalis, aut maioris; ideo que indiscriminatim utemur terminis amoris et electionis: nam eis etiam predictus Author indistinctim utitur.

Communis tamen nostrorum sententia, que etiam DD Angelico et subtili tribuitur (licet Vazquez dicat suam opinionem ex DD non immerito deduci) tenet voluntatem esse duplici bono equali, et equaliter cognito utrumlibet eligere, et amare posse, atque etiam minus bonum, aut minus videlicet propositum e duplici bono equali. Hęc sententia per 1.º q.º ex opposita infertur famelicum cui duplex panis sive bonus et equaliter proponatur, neutrum eligere posse; item viatorem, cui duplex occurrat via sive commoda et idonea ad terminum, et ut talis cognita necessario sistendum, quamvis interim largissimo imbore perluatur; hęc autem incredibilia apparent.

Sed efficacius nostrorum sententia comprobatur eo quod ex opposita nostra libertas admodum labefacteretur, si opposita non evenerat. Profecto, semper proponuntur nobis media, vel equalia, vel in equalia; si equalia, neutrum eligere possemus; si in equalia, non nisi optimum possemus eligere. Vbi ergo erit locus liberę electioni, aut voluntatis libertati? Respondet Vazquez, duplici ex capite defendi posse in sua sententia electionis libertatem: 1.º quia potest suspendi intentio antea habita et sic omnis electio pretermitti, sed contra 1.º quia mirum sane coet, si viator intendens terminum attingere, eam intentionem in euentu proposito suspendat, et electionem omnem pretermittat. Eo modo de famelico discurre posset.

Contra 2.º q.º predicta responsione negatur electioni libertas distincta ab ea qua paudet intentio ipsam procedens. Hinc autem infertur, posita intentione efficaci alicuius finis, et propositis per intellectum pluri

duo mediis omnino æqualibus, nullam electionem fieri posse, nec posse opus in finem per
 duci; et si executione finis possibilis esset, si unicum tantum medium propositum fuisset. Quis
 autem credat, reddi impossibilem executionem finis, quia plura suggerunt media, et eam
 dem fore possibilem si unicum medium suggereretur. Contra denique: q^a vel proponitur vo
 luntati ut melior suspensio intentionis, vel secus? si ^{sum} non libere, sed necessario ab
 intentione cessabit, eam que suspendet, atque adeo a medium electione necessario etiam
 abstinabit. Si dicatur ^{sum} q^o necessario periret in intentione præhabita et sic in electio
 nem mediis rationis necessario rapieretur.

Respondet e. idem Auctor, ex alio capite liber
 tatem electionis defendi posse; q^a videlicet, quando duo media ut æqualia voluntati
 proponuntur, applicatur intellectus vel ad investiganda nova motiva, quibus alterum
 medium vivacius proponatur, vel ad inquirendas novas utilitates, de illis mediis, que æqu
 aliter proponita sunt. Sed contra; q^a redit eadem difficultas: nam vel illa nova motiva
 æqualia, et equaliter proponuntur, aut in eisdem mediis eadem inveniuntur utilitates, vel
 secus? si ^{sum} ex ea propositione moveri non poterit voluntas ad libere eligendum, sed om
 nem electionem necessario prætermittet. Si ^{sum} q^o necessario eliget medium illud, quod vi
 vacius proponitur, aut cuius utilitas maior est, ac proinde libere non eliget.

Arguit tamen
 pro sua sententia P. Vazquez 1^o. electio non potest esse, nisi ex consultationis iudicio,
 quod certe de minori, aut equali bono esse nequit; quoniam intellectus ex consultatione
 solum colligit, et iudicat id quod melius est: nec enim inter æqualia concludit per con
 sultationem hoc esse sequendum nec inter inæqualia, sequendum esse id, quod minus
 est, et minus esse cognoscitur: electio ergo inter æqualia esse non potest, et si inter inæqualia
 versetur, ad melius terminabitur. Confrari potest hæc ratio: quotiescumque scimus homi
 nem aliquem in se gerere bene, et prudenter in aliqua electione, præsumimus dicimus, illum
 non bene rem totam considerare: q^o ex consideratione pendet, ut huius obti potius quam al
 terius electio fiat. Non autem penderet, si post considerationem quantumcumque bonam
 et perfectam obti non æque boni electio fieri parer.

Ad argumentum 2^o, intellectum ex con
 sultatione inter æqualia bona facta non concludere, hoc pro illo sequendum esse, nec item
 concludere ex consultatione inter inæqualia, minus esse amplectendum. Sed quid
 inde? cum voluntas, ut pote libertatis proprietaria gaudens, parit pro suo libito eo in
 flecti, quo maluerit, tametsi omnia paria sint et ex parte obti, et ex parte intellec

imo licet ex parte utriusque imperia sint, quod indicat dictum illud arbitrari-
tum video meliora. Profecto, si haec potestas voluntati subtrahatur, nullum erit,
aut fere nullum discrimen potentis liberi a necessaria, ut ex dictis constat.

Deinde ne

parem, quandoque accidere, ut per actum intentionis efficaci velimus consequi fi-
nem optimo modo quo possumus, et tunc Cogi intellectum, ut media inter se confesat, et
in hoc eventu, stante efficaci finis intentione, non posse fieri defectum mediis minus
utilis; quod videlicet tunc medium utilius vice requiritur ad optimam executionem fi-
nis. Sed quoniam homo non semper intendit consequi finem optimo modo, potest quod
liber est, minus bonum in conspectu maioris, aut e duobus equalibus utrumlibet am-
plecti.

Ad consuetudinem, concedo anti, distinguo consuetudinem a consideratione, tamquam ab in-
clinante concedo: tamquam a necessitante nego consuetudinem. Porro scienter dicimus non bene
rem considerare cum qui admodum imprudenter operatus est, quod certum fere moraliter est, cum non ita
operatum, si singula attente considerasset, fuisset quippe admodum difficile eam par-
tem eligere quae de facto electa est, stante attenta consideratione, stante attenta
consideratione quae sic inclinatur in electionem obiecti praestantioris, et ad eam non necessitate, oppositae
re partis electionem imperabilem reddat, licet hanc admodum difficilem constituat, experien-
tia enim notum est, nonnumquam peccare homines, qui maiorem cognitionem virtutis peccato
oppositae habent; et e converso nonnumquam recte operari, qui vividiorum obiecti turpis, quam ho-
neri cognitionem obtinent. Unde, cum dependentia electionis a consideratione stat, obiecti non
eque boni electionem fieri posse.

Arguit 2 idem Author minus bonum etiam si secundum
se, et absolute bonum sit; tamen comparatione facta cum maiori bono, malum quoddam
formaliter est: quod si sub hac comparatione a voluntate amaretur, ea in obiectum formaliter ma-
lum tenderet, quod impossibile esse a nobis dictum est. In primis, ut voluntas amet obiectum
minus bonum in conspectu maioris opus non est ut illud amet amore preferativo, seu quo illud
quia minus bonum est, eligat; sed potest absolute tendere in illud, quia bonum est, nihil
de huius minoritate et alterius maioritate curando. Deinde, licet amore preferativo in il-
lud feratur, non debet nec potest preferere minus bonum quia minus, minoritatem ipsam a-
mando: hoc enim bona non est, cum in carentia maioris bonitatis consistat. Solum quod tendet
in bonum minus, quod vere bonum est, signate praetermittendo aliud maius, cum illo in-
comparabile, hoc nempe, aut simili tendendi modo, volo hoc obiectum, quod bonum, quamvis

aliud magis inritet, et ad sui amorem alliciat.

Nec hinc inferitur, voluntatem in malum ferri; quia videlicet non ferretur in minus bonum quia tale, sed in minus quia bonum. nec item inferitur amorem illum directe repudiare maius bonum; sed tantum indirecte et quasi ex consequenti; quatenus videlicet, dum voluntas in minus bonum fertur, a maiori bono incompositibili recedit. Nec tandem inferitur, amorem illum motivo carere; quia amor non est prolativo assignari non debet motuum diversum a motivo amoris non prolativo: satis enim est, ut ei diversus tendendi modus assignetur, qui certe modus sufficit, ut amor prolativus, et non prolativus specie differant, sicut ex solo tendendi modo amor efficax, et inefficax specie differunt. Unde ad argumentum in forma permisso anti, distinguo cons: si eligetur a voluntate, quia minus, voluntas in malum ferretur, permitto consequens: si eligeretur, quia bonum, nego consam.

Argui tandem solet pro D. Vasquez sententia: cognitio requiritur ad amandum: quod ad magis amandum viridior cognitio necessaria est. ^{illud, sicut} se habet simpliciter ad simpliciter &c. Confrato: nemo peccat, nisi ex considerationis defectu, et ex variis scripturæ locis colligitur; ideo que apud Theologos invaluit, omnis peccans est ignorans: quod si aderet attenta et virida consideratio boni honesti, non posset voluntas amplecti obitum turpe, minus viride propositum. Ad argumentum respondere potest proloquium, illud solum habere locum in causis necessariis, sicut vero in liberis: his enim sufficit quod obitum proponatur tamquam bonum et in illud ferri possint: siquidem hæc potestas in libertate includitur, tamen causæ necessariæ eo tantum ferri valeant, quo ab obiecto vehementius alliciuntur, aut rapiuntur.

Respondere potest 2. Concesso anti, negando consam: quia licet amor existere nequeat sine cognitione, ne voluntas a sua sphaera formali extrahatur, attamen semel posita cognitione, potest amor ex aliis capitibus, &c. ex capite libertatis crescere aut variari, sicut absque intensiori cognitione intensior redi potest. 0 adagium illud intelligendum est, quando res non potest esse maior, nisi ex unico capite; alias parim falsificaretur. Etenim, licet ad videndum requiratur potestas visiva, ad magis videndum maior potentia necessaria non est; quia maior visio a claudis specie citum habere potest; et licet ad cognoscendum necessaria sit potestas cognoscitiva, attamen ad clarius, seu magis cognoscendum maior potestas cognoscitiva non requiritur; aut ad perfectiorem cognitionem perfectior etiam species satis sit.

Ad consam resp.

281
delectum debite considerationis, quamvis peccandi libertatem non tollat; esse tamen occasionem peccandi; et moraliter impossibile esse, ut homo peccaret, si peccati fœditatem, et virtutis pulchritudinem satis perspectam haberet; quod solum intendunt Scripturæ testimonia. Verum, et tunc voluntas, ut pote que libera manet, potentia physica peccare potest. In hoc sensu dicitur Eccli. 7., in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in preteritum non peccabis, quod videlicet, licet possibile physice sit, memorem novissimum peccare; id tamen moraliter impossibile est, admodum difficile, et rarissime contingens. Unde ideo omnis peccans ignorans dicitur, quod omnis, qui peccat, ut plurimum laborat in consideratione motivorum, que illum a peccato retrahere possent et quorum consideratio redderet illi actionem peccaminosam moraliter impossibilem, licet illa, vel ea consideratione stante, physice possible remaneret. Quo circa concilio anti, distingue cons, illud que concede de impotentia morali; nega tamen si de physica impotentia sermo sit. Sectio 3^a quomodo cognitio requiratur ad amandum.

Sectio 3^a Quomodo cognitio requiratur ad amandum?

Voluntatem non posse ex natura rei incognitum amare, atque adeo requiri ex natura rei cognitionem ad amandum, certum omnibus habetur; ideo que tamquam principium in valuat nihil volitum quin precognitum. Et equidem voluntas potentia qua, atque adeo et rationalitatis operetur, proprio cognitionis lumine indiget. An autem de gratia Dei absoluta fieri possit, ut voluntas incognitum amet, dubium est in quo affirmant Ochamus, Argentinus, Caludanus, Commib., Panadus, Obiedo Reynado, et alii. Negat vero sententia receptissima inter Thomistas Scotistas, et Nortrates cum D^o. Angelico, subtili, et Eco. apud P^o. Tuvos disp. 87. sect. 1. licet non parum propendeant in sententiam affirmantem; negativa tamen amplectenda est; tum quod communissima; tum quia ex opere doceri videtur a M. Aug. sic loquente lib. 10 de Trinit. c. 1. illud fieri potest, ut amet quisque scire incognita; ut autem amet incognita, non potest. Accurrit M. Gregorius homil. 36 in Evang. promittens, nemo potest diligere quod prorsus ignorat.

Hæc communis sententia in hunc modum a ratione probatur. Voluntas nec dirinitus amare valet sine motivo, aut ratione amandi; sed amaret absque motivo, si incognitum amaret; quod incognitum nec dirinitus amare valet. Contra liquet, primum rationem probandam non esse; et maius hæc difficile pro: tum quia voluntas est appetitus rationalis, seu appetitus boni cum

cum ratione et inquit Philoſ. 1. vel hor. c. 1. quo autem pacto bonum cum ratione appeteret, si illud absque motivo amaret. tum, quia intellectus nullo pacto assenti valet sine motivo assentiendi: q̄ nec voluntas amare sine motivo amandi. Itaque enim potentia rationalis est. Sum demque, quia voluntas n̄ alia de causa in malum ut tale fieri nequit, nisi q̄ in eo motivum amoris n̄ invenitur.

Probatur tam minus: motivum et voluntas amet est bonum p̄cognitum: q̄ si amaret bonum incognitum, sine motivo amaret. Prob. anti: voluntas n̄ moveretur ad amandum nisi a bono p̄cognito: q̄ bonum p̄cognitum. Et motivum et voluntas amet. Prob. anti: voluntas creata moveretur ab obto in genere cause finalis, a quo in quacumque hypotesi possibili in eo genere moveri debet: necessario enim debet amare obtum vel propter se, vel propter aliud. Sed causa finalis nequit causare, nisi ut cognita, q̄ voluntas n̄ moveretur ad amandum, nisi ab obto p̄cognito. Prob. min. tum q̄ causa physica efficiens causare nequit, nisi ut existens physice: q̄ nec causa finalis, nisi ut intentionalis existens, atque adeo nisi ut cognita: nam sicut se habet existentia physica ad causam physicam efficientem, ita se habet existentia intentionalis ad causam finalem, que post distincta a causis physicis existentiam intentionalem sibi vindicat. Sum q̄ vera causalitas, qualis est finalis, aliquam existentiam requirit in causa, sed in causa finali existentia physica n̄ requiritur: requiritur q̄ existentia intentionalis, seu in cognitione, ac proinde causa finalis, nequit nisi ut cognita causare.

Prob. 2. idem anti: voluntas n̄ moveretur ad amandum a bono secundum se: q̄ ab eo solum ut cognito moveretur. hoc anti dupliciter probatur. 1. si a bono secundum se voluntas moveretur posset a tali bono etiam dum representat, ut malum, aliter, et moveretur, q̄ adhuc tunc secundum se bonum est; a bono autem secundum se tali, quod ut malum representatur, nequit voluntas ad amorem moveretur. Et 2. q̄ alioqui appetitus elicitus, qui proprius est voluntatis, cum innato confunderetur. Patet amonitum: quia vel dum lapis in centrum, ignis in suam spheram, et naa in suas proprietates innate feruntur, a bono secundum se moverentur.

Nec valet dicere, appetitum elicitem in eo differre ab innato, q̄ ille, p̄ isto boni cognitionem ex naa rei p̄requirit. Non inquam, id valet, quia si aliquis affectus voluntatis absque boni cognitione elici posset appetitus elicitus quatenus talis, in bonum secundum se fieri valeret. Hoc autem concessio, ratio formalis sub qua voluntas tendat, eret bonum secundum se, p̄civendo a cognitione, et independentem

ab illa; ac proinde ratio formalis sub qua voluntas diversa non erit a ratione formali sub qua aliarum voluntatum, quae innate in bonum feruntur; et ex consequenti appetitus elicitus ab innato non differret. Adde, quod in communi apprehensione, appetitus elicitus ita se habet ad bonum et apprehensum sicut innatus ad bonum physicum; sed respectu appetitus innati de malo se habet, quod bonum sit apparens, extraheretur quae a sua ratione formali, si in bonum vere apparens tenderet; et respectu appetitus eliciti de malo se habet quod bonum sit physice tale, et a sua propria extraheretur, si ferretur in tale bonum, nisi et tale in cognitione appareat.

Atque hinc colliges, in quo fundetur essentialis dependentia amoris a cognitione. Fundatur scilicet in eo, quod voluntas a sua ratione formali sub qua nullatenus extrahi valeat. Ratio autem formalis sub qua voluntas est bonum representatum et tale: bonum enim nequit aliter, quam et in cognitione apparens voluntatem movere. Hinc obitum realiter malum, si representetur et bonum amari potest; et e converso odio haberi valet, si licet realiter bonum sit, et malum representetur. Similiter datur quaedam affectus gaudii, erga bonum non existens realiter, sed et existens representatum; et affectus desiderii fertur per se in bonum realiter existens, sed quod absenti existimatur. Unde bonum in ratione excitantis, et moventis voluntatem, et prout est ratio sub qua voluntas tendit, includit cognitionem, non quidem tamquam rationem moventem, sed tamquam formam extrinsecam constitutivam obiecti, in ratione moventis, aut tamquam conditionem sine qua obitum ad affectum animi non potest voluntatem excitare.

Sed obicitur 1.º vel cognitio influit efficienter in actum voluntatis, vel tantum directive, quatenus voluntati rem amandam, aut fugiendam obicit, sic quae ad amorem, odium rem dirigit, sed uterque concursus a Deo Suppleri valet: et Divinitus fieri potest, et voluntas in incognitum feratur. Minus quod ad concursum effectivum attinet, contra est: quia concursus effectivus a 1.º causa Suppleri valet. Quod ad concursum directivum spectat, inde patet, quod si cognitio solum concurrat proponendo voluntati rem fugiendam, aut amandam solum est conditio, et voluntas seu affectus edat; conditio autem Divinitus Suppleri potest, et in applicatione ignis ad comburendum liquet.

Concessa 2.ª maioris parte, nego minorem quoad eandem partem. Ad huius impugnationem 1.º esse plures conditiones, quae a Deo Suppleri non valent. Huiusmodi videlicet est duratio, et etiam existentia si ab eventia distinguatur: causa enim non du

durans, aut n̄ existens, nec divinitus valet causare. Eandem in¹¹ sententia⁹ 138
abili sortiuntur primis relate ad conditionem, quam sic proire debent, et licet me
q̄ conditiones sint, divinitus insupplebiles existant. Eodem modo requiritur decretum
applicativum Omnis⁹ Divini ad effectum cuiusvis causae creatae: hoc enim decretum
et ab Omnipotenti distinctum virtus influentia n̄ est, et valde probabiliter creditur; et
tamen indispensabiliter requiritur, et creatur operentur.

¶ Lan̄ modo, sed proportionali
de cognitione discurramus. Patet enim, eam sic ad actus voluntatis requiri, ut munus condi
tionis obeat, aut munus s̄ constituentis amabilitatem, siue aptitudinem requiritam in
obto, et intra sphaeram voluntatis contineatur. Quatenus q̄ talem aptitudinem constituit, est con
ditio essentialis, et sine qua non valet obitum terminare voluntatis affectus; id que nec
divinitus: quoniam Deus conditiones essentielles supplere non valet, aut efficere, si voluntas
contra suam sphaeram dirigatur. Atque hinc constat ad paritatem adductam: Applicatio
enim rationis est quidem conditio necessaria ad comburendum, sed de genere illatum
conditionum, quae essentielles non sunt.

¶ Replicatur: cognitio tantum requiritur, et volun
tas ad affectum excitatur: q̄ si a Deo prodetretur ad amandum. P. q̄, non indigebit cogni
tione; quemadmodum et si homo, et scire per se ipsum incedat, indigeat luce detegente
riam; ea tamen non indiget, quando ab alio trahitur. Nego aut̄ propter dicta; quia si
deficit cognitio, non tantum requiritur ad voluntatem excitandam, sed etiam ad cons
tituendum obitum amabile, aut intra sphaeram voluntatis contentum; atque adeo, cogni
tione seclusa, amor non elicitur. Amabit quidem voluntas (licet n̄ libere) si ad aman
dum prodetretur a Deo; sed nequit eliter a Deo prodetrari ad amandum, quin lumi
ne cognitionis perfundatur. Exemplum adductum absre, est: quoniam luo, ne natura
liter quidem est conditio ad ambulandum necessaria.

¶ Replicatur adhuc. Ita amo
rem in absoluta quantitate s̄m esse, et probabilis sententia fort. Minus opinionis
veritate stante, non est cur voluntas incognitum amare non valeat. An non potest
a Deo talis qualitas produci, et voluntati infundi? Voluntas autem amorem habens
quidam denominetur amans. Nunc replicat respondent nonnulli cum L. Quirio, vo
luntatem in proposito euentu ideo non denominandam amantem, q̄ cognitio essen
tialiter requiritur ex parte subti amantis, tamquam Constituens proximam capaci
tatem ipsius ad amandum: Amare enim essentialiter est munus cognoscentis

amare, inquam, rationabiliter et elicitè; q^a nullus rationaliter, et elicitè amans di
ci potest, nisi preuentem rationem, et cognitionem sequatur.

Sed probabilius responde-
tur, amorem nec diuinitus posse denominare amantem, nisi precedat cognitio
rei amandæ, quæ in ratione amabilis per ipsam cognitionem essentialiter constitui-
tur. Sic actus fidei nec diuinitus denominare valet credentem sine revelatione, quam
supponit. Unde, si non repugnet, actus fidei a solo Deo produci, etiam sine revelatione
precedente, non repugnabit, amorem sine cognitione produci. Quatenus, quemadmodum,
seclusa revelatione, intellectus, cui actus fidei unatur, non denominabitur credens, q^a
obitum constituitur in esse credibilis, per revelationem; sic dato, quod seclusa cognitione,
amor a solo Deo voluntati infundatur, ita non denominabitur amans, q^a obitum in ra-
tione amabilis cognitionem importat.

Obicitur 2: appetitus innatus ferri potest in rem
non existentem actu: q^o et voluntas in bonum non precognitum. Confatur. Visus terminari potest
ad colorem, qui actu non existit: q^o et voluntas ad obitum cuius cognitio nulla sit. Hæc ar-
gumentum concedo anti, negetur contra: q^a appetitus innatus fertur in essentialia rei
predicata, quæ ræque immutata manent, etsi res actu non existat. At appetitus voluntatis
non pote qui elicitus est, non nisi in rem apprehensam ferri valet. Hæc confatur negetur
pariter contra: q^a existentia coloris non requiritur, ut illum visibilem constituat, sed ut
color immittat speciem, quæ simul cum propria visiva, visionem efficiens producat; illa au-
tem species a solo Deo produci potest. At vero cognitio constituit amabilitatem obiti,
illud re intra spheram voluntatis collocat; atque adeo cognitione seclusa, obiectum
amabile non est licet color prescindendo a sui existentia visibilis sit.

Obicitur 3: voluntas
potest imperare intellectui, ut ab omni actu cognitionis ceter; tunc autem dabitur
voluntatis actus absque ulla cognitione. Accedit, quod per se quis desiderat incognita
incognita cognoscere: illius q^o desiderium in incognitum fertur. Accedit iterum, quod
homines diuinitus contemplationi dediti actus amoris Dei eliciunt, nulla cognitio-
ne preexistente. Neq^o assumptum argumenti nisi ita excipiat, ut vel illud volunta-
tis imperium precedat cognitio, qua voluntas dirigatur, ut ipsum actum imperandi
eliciat. Quo iura ad omnem voluntatis actum cognitio aliqua preire debet, atque adeo in-
tellectus quoad hanc cognitionem ab imperio seu applicatione voluntatis non dependet,
sed ad talem cognitionem vel a Deo, vel ab obito detrahitur.

ad istam additionem responderi in Aug. ubi in intro. sect. per hęc verba non solum ibi p^o situm est scire, quoniam qui scire amat incognita sed ipsum scire amat, sed ipsum scire

amat. Quo circa nemo amat incognita pro ut talia, sed tantum amat ipsum scire incognita, seu incognitum scientiam, cuius scientie utilitas et pulchritudo p^ognoscenda est etiam et. 2^a additionis assumptum negabitur ab eodem S. Doctore mystico certe et contemplationi dedito. Deinde 3^o eos viros propter assuetudinem cognoscendi semper actualiter Deum non satis percipere immutationem ortam ab actuali Dei cognitione, que relata in nam transt. Unde cognitio directa semper adest, licet anima dum ad altissimam Contemplationem euectur n^o advertat reflexe, se cognoscere, quia tota in amorem rapitur. Vel dicitur, in eis viris non dari cognitionem discursivam, que meditatio dicitur: Anima enim que Deum presentem semper habet illum que in omnibus diligit, non eget meditatione, aut discursu, et eundem feruentissime diligit. Sectio 2^a de influxu cognitionis in actus voluntatis, ubi quoniam cognitio ad tales actus requiratur.

sectio IV^a, De influxu cognitionis in Actus Voluntatis.

Ubi quoniam cognitio ad tales actus requiratur.

Quod ad influxum cognitionis in actus voluntatis attinet sunt nonnulli qui cum Nominalibus, Durando, Caretano, et 2^o Conimb^o asserant, illum esse effectivum. Attamen Communis sententia ex omni schola solum influxum directivum cognitioni attribuit. Hęc sententia vero similior est, et p^o 1^o cognitio eo tantum titulo necessaria agnoscitur ad actus voluntatis, q^o voluntatem illuminat, ei que proponit ob tum, quod amare possit, vel odio habere; sed hęc munia independentia sunt ab influxu activo, et solo influxu directivo executioni mandantur: q^o 2^o si cognitio effective influeret in actus voluntatis, actus amoris supernaalis terminatus ad Deum habitu Charitatis supernaalis n^o indigeret. Quoniam eius supernaalitas ori ri posset a cognitione supernaali, que necessario p^opire debet. Atqui actus amoris supernaalis habitu Charitatis etiam supernaali indiget: q^o cognitio in actus voluntatis effective n^o influit.

Roboratur hęc ratio atque vividius p^omittitur in amore Beatorum. Profecto ex Communi Theologorum sententia habitus Charitatis requiritur vel in patria ad actum amoris Dei super omnia; sed hęc sententia vera

n̄ esset, si cognitio effectiue in amorem influeret: q̄ n̄ ita influat. Pro. 2. si Cognitio effectiue influat in amorem, nullo titulo necessarius erit habitus Charitatis ad actum amoris Beatifici: nec enim necessarius erit titulo voluntarietatis, et vitalitatis talis actus; nam ista predicata plenissime continentur in voluntate, et ab ea oriuntur. Aliunde titulo supernaalis necessarius n̄ erit: nam visio Beatifica supernaalis est, et ad talem amorem effectiue concurret, si huiusmodi influxus cognitioni tribuatur q̄, si cognitio effectiue influat in amorem, habitus Charitatis ad amorem Beatificum n̄ requiretur.

Sed contra assertionem nr̄am obiicitur: species influat effectiue in cognitionem: q̄ et cognitio in amorem. Accedit quod amor, non nisi ad presentiam cognitionis efficitur: q̄ cum aliunde cognitio improporionata non sit, ad influendum actiue, nihil est, cur ita n̄ influat. Accedit item, quod Verbum Divinum est principium effectiue influens in spiritum Sanctum, qui per voluntatem procedit. q̄ pariter Verbum mentis creati, seu intellectio influere debet in voluntatis actus. Accedit 3. quod amor a cognitione specificatur: q̄ ab eadem efficitur.

Ad argumentum Concesso anti, negetur Consa: q̄ species non alio munere fungitur, neque alio titulo requiritur, nisi ut principium efficiens: cum enim formalis obiecti representatio n̄ sit, n̄ apparet quomodo potentiam vitalem representativam iurare valeat, nisi nomine obiecti cognitionem efficiendo. At cognitio, ut quæ formalis obiecti representatio est, secluso influxu activo, dirigere, et illuminare valet voluntatem, et constituere obiectum in ratione amabilis. At quid q̄ influxu activo donanda est, maxime cum, isto Concesso, predicta Theologorum sententia falsa evaderet? Ad 2am.

additionem, Concesso anti, negetur suppositum consequentis, nempe cognitionem proportionatam esse ad efficiendum amorem: illius enim improporionatio satis a posteriori n̄, tum eo absurdo immediate proposito, tum eo munere propter quod cognitio inventa est, nempe non ut voluntatem ad eliciendum amorem adiuvet, sed ut eam ad amandum excitet. Absurdum propositum est, habitum Charitatis in patria n̄ dare posse ad eliciendum amorem Beatificum, sed facile posse, si cognitio effectiue concurrat: si enim visio Beatifica amorem illum efficeret ad quid opus erit alio supernaali principio? Ad 2am.

additionem, Concesso etiam anti, negetur Consa: q̄ Verbum Divinum est realis substantia intelligens, et

Amans. Unde et virtutem spiritaliam secum idem significat: quid mirum, si spiritum S. physice producat? At Verbum mentis creati seu intellectio distinguitur adquate a virtute intelligente, et amante, atque adeo non est, Unde virtutem influxivam in amorem hauriat. Ad 3^{am} additionem dicto, amorem specificari non quidem a cognitione, sed ab obto cognito. Unde cum 2^a D. I. 1. q. 9. d. artic. 3. actus a duobus speciebus sumant, nempe aut, a principio effectivo aut a principio finali, et obitum cognitum speciem amori tribuat, minime opus est, et obitum, vel cognitio amorem efficiat, sed sufficit quod obitum cognitum sit finis amoris.

Quæritur iam quænam cognitio necessaria sit, et voluntas suum actum eliciat, an scilicet sufficiat apprehensio simplex, an vero cognitio iudicativa requiratur? Hoc ultimam asserat E. D. disp. 23. Methaph. sect. 3. et plures alii, tum est Aristoteli, cum est nostratibus. At tamen Scotus in 2^o dist. 6. q. 1. Gabriel, D. S. Vasquez, et Obiedo, et plurimi nostrorum tum timentur, et neutrum Peripateticæ doctrinæ repugnare consent. 2^o Conrimo. Et autem sententia, quæ assent simplicem apprehensionem ad actum voluntatis sufficere, statuitur, notare oportet, non quamcumque apprehensionem, sed illam solam, quæ suavis dicitur, satis esse, et voluntas suum actum exequatur.

2^o apprensio, quæ sine fundamento concipitur, nullam quæ rationem, aut motum iudicandi proponit, qualis est ista *stellig pures*, et summum sufficit ad affectus indehonoratos, quæ motus primo primi dicuntur. Et vero apprensio illa, quæ ita viride obitum proponit, ut in iudicium proximè sequutum inclinæ, et iudicium contrarium radicaliter excludat; hæc, inquam, apprensio, quæ dicitur suavis, et est virtuale iudicium, quia in vi certificandi intellectum iudicio æquivaleret, ad efficientiam actuum voluntatis sufficere videtur.

1. q. a. per talem apprehensionem proponitur voluntati obitum tum morale, id est res bona, tum forale, id est illius bonitas. Cur 3^o ea non sufficiat, et voluntas amorem edat? 2^o Et appetitus sensitivus obitorum in suum obitum feratur, sat est apprehensio simplex, quæ illud viride, et suavis proponat: quæ cum voluntas nostra non minus efficax sit quam appetitus sensitivus, et in suum obitum tendat, et id exequatur, similis suavis apprensio facta per intellectum sufficit. 3. nam ad iudicium plerumque debet voluntatis imperium antecedere. plerumque enim iudicia nostra sunt opinativa, id est motivo tantum probabili, et quandoque minus probabili inrentia; motivum autem probabile, nisi accedente voluntatis imperio, intellectum ad avonum detrare non

non sufficit, propter in conjectu motu probabilitate) sed ad illud imperium non requiritur iudicium; alioquin vel ad illud iudicium novum imperium procedere deberet; et non in infinitum abeundum esset: quod ad primum imperium apprehensio sua ipsa satis est: quid quod in similis apprehensio ad obtinendam amorem efficacem sufficiat?

Sed pro contraria parte arguitur 1.º ex illis docente 3.º de anima C. 2.º textu 26, appetitum non moveri ab intellectu contemplante, sed pratico; quod ille nihil amplexendum, aut declinandum proponit, secus vero iste: 2.º quod obiectum non dicitur simpliciter notum intellectui pure apprehendenti, et nihil iudicanti; quin imo intellectus per apprehensionem dubius, et suspensus manet circa bonitatem, aut malitiam obiecti; qui autem dubius est ignorat: quod cum voluntas amare nequeat obiectum ignoratum sola apprehensio non sufficiet, et voluntas amet. Accedit, quod et si apprehensionis convenientia obiecti appareat, non apparet ita, ut de ea iudicium feratur; sed quomodo ita appareat obiecti convenientia, et de ipsa feratur iudicium, voluntas nequit tale obiectum amare: 3.º

3.º si sola intellectus apprehensio ad actum voluntatis satis esset, foret quis odire Beatitudinem, si audiat esse malam, quod statim eam ut malam apprehendet, et e contra ponet amare eternam penam, si casu audiat, bonam esse; hinc autem quis admittat? tandem, voluntas ut pote rationalis potest, debet operari cum ratione, ita ut de suorum affectuum motivo rationem reddere valeat, et dicere possit, hoc amo quia censeo bonum, illud detestor, quia reputo malum. Aliqui hinc protestantur non poterit, nisi procedat iudicium de bonitate aut malitia obiecti, ut ex se patet: tale ergo iudicium ad voluntatis actum necessarium est.

Sed hinc argumenta facile solvantur. Ad primum dicebamus ex Aristotele neutrum ex propositis sententiis Aristotelice doctrinae repugnare. quod eo loco agit Philosophus de sola motione, que fit imperio intellectus; non de ea, que requiritur ad movendam voluntatem, proponendo illi obiecti convenientiam aut repugnantiam: illa enim motio ab intellectu pratico necessario proficitur; secus vero ista, que sola apprehensione viva bonitatis aut repugnantie obiecti contenta est. Ad 2.º, obiectum propositum per apprehensionem suam non est simpliciter ignotum: tum quod ea apprehensio iudicio virtuali equivaleat: tum quod alii qui bruta, que nihil formaliter iudicant, appetent, quod simpliciter ignorant.

Nec refert intellectum tunc aliquatenus suspensum, et dubium remanere; quod non manet dubius dubio consistente in carentia omnis fundamenti ad iudicandum: si quidem tale funda-

11 11 141

mentum ea apprehensione vivide proponitur; sed ut summum manet dubius dubio re
currente cum formidine. Sed quid inde? Propterea ne omnino ignorabit obitum? nullo
modo; alioqui vel dum probabiliter iudicat ignoraret. Aut quia predicto modo dubius
manet, voluntatem excitare non poterit. Quis hoc concedat, aliter vel dum quis anceps est,
de perfectione in Patriam Reg. et has propositiones efformat, bonum est proficisci; non est
bonum proficisci, non habebit motiva sufficientia, vel ut iter arripiat, vel ut omnino non ire
decernat.

Ad additionem nego minorem: si enim sola apprehensio, sed suasiva obitum
congruenti bonitate vestiti, licet formale iudicium non sit, iudicio equivaleat in vi certifican
di intellectum de tali bonitate (scilicet enim, dum obitum presens videmus, aut alia ra
tione percipimus, ita vivide, aut evidenter illud ut iucundum aut conveniens appre
hendimus etiam ante iudicium, ut vivo, aut ne vivo quidem de illius convenientia du
bitare possimus) quid nisi eadem apprehensio iudicio equivaleat in vi movendi vo
luntatem, atque adeo ut talis apprehensionis, omni iudicio secluso, voluntas ad illi
us obitum amorem excitetur.

Ad 3^{um} argumentum apprehensiones illae de Beatitudinis
malitia et sternae poenae bonitate suasivae non sunt, sed more speculativae: quippe quae nul
lum motivum assentiendi proponunt. Apprehensio autem quam ad actus voluntatis
sufficere contendimus, est suasiva, seu proponens, et quidem vivide, obitum convenientiam
aut repugnantiam, quae ad actus amoris, aut fugae voluntatem inclinatur. Ultimum ar
gumentum probat utique necessarium esse iudicium ad amandum, aut odium haben
dum omnino rationaliter, et ad prudentis regulas; quod ultro fatemur, nequaquam
tamen probat, ad oes voluntatis actus notitiam iudicativam requiri. Sicut quod
prudentes vni res praesertim magni momenti non nisi maturo consilio, et deliberatione,
et iudicio discurivo aggrediantur, non recte probabitur, ea deliberatione, et iudicio opus
esse, ut voluntas in actum prodeat: passim namque experimus, multa nos velle, mul
ta nolle absque eo iudicio. Quod in nostro eventu voluntas ut cumque suas actiones
obeat, sat est quod rationem reddere valeat de motivo sui amoris his verbis hoc amo,
quia bonum esse vivide apprehendo, et de motivo sui odii his aliis, hoc detestor, quia
malum esse, vivide apprehendo.

Nec nobis omnino adversatur E. D. qui suam con
clusionem ita probat ibidem n. 2. apprehensio pura, ac propria ab omni iudicio in
differens, est ut quod apprehenditur, ita esse aut non esse existimetur; et ideo qui appre

apprehendit tantum et non iudicat alia esse paria, non agnoscit esse paria, sed dubius
manet, et ignorans: huiusmodi ergo apprehensio de convenientia rei non potest esse satis
ad movendam voluntatem. Profecto, hae resba solum negant, apprehensionem non sua
sivam ad actus voluntatis sufficere: si quidem talis apprehensio nec virtuale iudicium
est. sed quoniam, oppositum obtinet suavia apprehensio, hae ad movendam volunta
tem satis esse videtur. Nihilominus, ut voluntas affectus liberos absolutos et efficaces
eliciat ad prudentis regulas, iudicium formale necessario requiritur: praecipit enim pru
dentia, ut ante affectum efficacem, et absolutum omnia momenta rationum librentur,
id quod absque formali iudicio, imo et absque discursu, ut proxime dicebamus, non
proptatur.

Sed hinc ulterius queritur, cuius indolis debeat esse iudicium istud? An scilicet
practicum, an speculativum sufficiat? Communis sententia docet, non sufficere iudicium mere
speculativum de bonitate obiecti in se ipso, sed requiri iudicium practicum, quod proponat obiectum
et cognoscenti bonum, et conveniens. Ratio est: quia voluntas fieri non potest in obiectum, nisi sit sibi
conveniens, sive convenientia commoditatis, sive conformitatis cum ratione. Addebat Eiusdem D. n.
ut tale iudicium debere non solum proponere obiectum et conveniens cognoscenti, sed etiam hic
et nunc esse conveniens, illud velle. Quorum hae reflexio solum videtur exoriri pro amore ho
nesti, quod debet iudicari rationi consentaneum, sive ad dictamen recte rationis dignum,
quod ametur: non enim alia ratione cognoscitur conveniens esse hic, et nunc velle bonum (sal
tem in his, qui perfectum rationis usum, et integrum iudicium habent) nisi quia illud ad pru
dentis regulas amari mereatur.

Ad hae Shortz non contenti iudicio practico utrumque, requi
runt dictamen practice practicum, id est dictamen efficaciter, et necessario voluntatem de
terminans ad libere operandum. Unde ad ipsos, quoties voluntas libere amat quodcumque
bonum etiam delectabile turpe, furtum &c. procedere debet in intellectu dictamen istud,
furtum omnibus generatim hic, et nunc amplectendum est, et possedendum reliquis, quod dic
tamen cum amore furti connectatur. Addebat coiter aliam intellectus detractionem per im
perium sive imperium, quod respondet his verbis fac hoc. Nunc imperio (quod ad ipsos
nihil representat, nec est apprehensio, nec iudicium, nec discursus) tribuunt pariter vim de
terminandi voluntatem efficaciter, necessario, et infrustrabilitate. Sed inter utrumque actum
intellectus hoc discrimen adstruunt, quod si primi dictaminis ad finem intentionem vo
luntas necessario detrahatur; intentione autem posita succedit 2us actus, qui ad medium
electionem imperativae, sed ineluctabiliter, eandem voluntatem detrahatur. Miram sane, ne

dicam miseram, voluntatis sortem, quis n̄ mirabitur? ea enim physice predestatur a Deo,
ab intellectu intentionaliter, et ab utroque ineluctabiliter. 122

Sed hæc Thomistica dogmata late im-
pugnantur a nostris, et Scotis in Theologia; ideo que hic breviter tantum reflectenda sunt.
Et in 1.^o uterque ille actus intellectus libertatem voluntatis evertit: connectitur enim cum
debeata operatione voluntatis, cuius proinde præam præximam, et indifferentiam ad omnivisio-
nem, vel operationem oppositam de medio tollit: q̄ libertatem destruit, et in physica, ubi de
predestinatione efficaciter argumentabamur. Quin imo argumentum istud speciale in
presenti efficaciam habet: nam predestratio a Moderniores Theologos, nec se habet ex parte ac-
tus primi, nec est requiritum se tenens ex parte causæ creatæ, sed ex parte causæ V. At ac-
tus isti intellectuales se habent ex parte actus 1.^o, et ex parte causæ creatæ se tenent.

Nec pro-
dest dicere, necessitatem, quam tales actus important, consequentem esse, ortam videlicet
ex libera applicatione, qua voluntas ad eos actus intellectum applicuit. Non inquam id pro-
dest: interrogo namque: vel ad eum actum, quo voluntas applicuit intellectum ad eos ac-
tus præcepit aliud intellectuale dictamen, vel non? si 1.^{um} eligant, in eo dictamine orgetur
argumentum nostrum, vel in infinitum abeundum erit. si 2.^{um} affirmant: q̄ ad omnem
actum voluntatis, n̄ prærequiritur imperium; quod in presenti negatur. si tamen, et infi-
nitus processus eritetur, recurrant advenarii ad mutuam prioritatem, hoc effugium in phy-
sica proclivum est; et eo in presenti evertitur, quia mutuam prioritatem in eodem genere
causæ continet: nam si actus voluntatis est determinatio, et applicatio intellectus ad efficien-
dum imperium, etiam imperium est determinatio, et applicatio voluntatis ad efficiendam
volitionem. Unde quemadmodum volitio imperium præcedet in genere causæ efficientis,
sic imperium in eodem genere causæ volitionem præcedet.

Posterea dictamen illud, quod
ad finis intentionem determinare dicitur, efficacissime impugnatur, eo quod ex illo
inferatur, omnem peccantem esse hæreticum; quo nihil falsius. Et assumptum. Dictamen il-
lud furtum omnibus pensatis etc. directe opponitur huic dictamini fidei, numquam fur-
tum omnibus pensatis amplexandum est, et bono honesto præferendum. Unde 1.^{um} dictamen
hæreticum est, atque adeo, si in furante præcedere debet, qui furatur. Eodem dicto de com-
mittente quodvis aliud peccatum hæreticus erit. Si dicentur Thomistæ furem n̄ iudicare,
furtum esse absolute præferendum bono honesto, sed in ordine ad acquisitionem divitiarum;
in 1.^o hoc videtur esse contra illorum mentem. Unde contra est: q̄ cum eo dictamine

coheret aliud, quo intellectus iudicet, bonum honestum absolute praeponendum esse: quod intuitu horum dictaminum potest voluntas eligere, vel furtum, vel bonum honestum. Quo quoque titulo dictamini tribuunt vim determinandi ineluctabiliter voluntatem?

Sed ut hoc imperium statuunt, dicunt adversarii 1^o. ut quis amet bonum honestum, debet illud iudicare et praeferendum ceteris: quod si amet bonum utile, aut delectabile iudicare debet illud prae reliquis amplectendum. In 1^o ingenium illud, quod electionem boni honesti praecedat, cum ea electione necessario non connectitur. Deinde, cum bonum honestum, quia tale dignum sit, ut ceteris praeseratur, iudicari potest, et omnibus praeserendum. At bonum utile aut delectabile, quod ex se praedictam dignitatem non habet, prae reliquis amplectendum, iudicari non debet.

Dicunt 2^o. omnis peccans est ignorans, et ut dicitur Proverb. 14, errant qui operantur malum: quod omnis peccans errore intellectus laborat. Sed quid inde? Propterea ne ad omnem actionem peccaminosam praecedat ingenium illam necessario detrans. Absit. Deinde 3^o, opus non esse, ut omnis peccans, errore proprio labore. Quoties enim impius malitiae conscius, et cum actuali conscientiae remore malum amplectitur? Huc facit illud Ovidii alibi adductum video meliora dicit, et summi laborare debet errore negativo, aut inconsideratione motivorum, quibus a malo retrahi potest, eo quod ea quae sectione 2. dicebamus. Quo circa testimonia Scripturae in quibus dicitur, peccatorem errare, accipienda sunt de praedicto errore, et inconsideratione, vel si magis, de errore morum, quatenus impiorum mores a via honestatis, et semita iustitiae deviant, siue decedant. Cum autem Sapient. 5. dicunt Impii, Iustis lumen non lucuit nobis, et sol intelligentiae non est ortus nobis, loquuntur de defectu considerationis eorum salutarium motivorum, quae si perciperent, a malo abstinissent.

Eandem Imperium fac hoc specialiter impugnatur: tum quia actus intellectus dicitur, cum aliunde nec apprehensio, nec iudicium, nec discursus adstruatur. Quis autem credat, actum huius indolis pertinere ad intellectum, cuius omnes actus reguntur obitum vel modo simplici, aut composito, sed intra affirmationem, aut negationem, et isti actus apprehensiones simplices, aut compositae dicuntur; vel affirmando, aut negando aliquid de eo, qui actus iudicia sunt; vel unum ex alio deducendo, et hi actus discursus nominantur. Tum quia imperium illud habet quodquid est de ratione affectuum voluntatis: quod ad iram, potius quam ad intellectum pertinebit. Ans loquitur: quod ingenium illud nihil regnat, aliunde praerequirunt cognitionem (quia incognitum imperari nequit). Tandem fortis in obitum, quod bonum: ob id enim illius executio imperatur. Quid quod ei deficiat, ut cum

voluntatis actibus recurrat?

Sed dicunt in oppositum: imperium illud desiderium non est: nam saepe quis coactus, et sine desiderio obligandi imperat. Si autem ad voluntatem pertinet, desiderium erit. Propterea imperare est dicere, sicut illud Genesis, dixit Deus fiat lux; dictis autem si interna sit quale erit imperium, est operatio propria mentis. Item ex^a Aristotelem, 1^o Ethic. C. ultimo appetitus rationi obedit: quod imperare solius rationis, et intellectus est. Item ex^a eundem ibidem. C. 1^o ad prudentiam spectat, prospicere quid sit honeste agendum, aut fugiendum; prudentia vero ad intellectum pertinet, item: imperare est unum ad aliud ordinare, ordinatio autem actum rationis comparantis importat. Denique: eiusdem potentiae est imperare, et orare: orare enim importat invocationem voluntatis inferioris ad superiorem, sicut imperare, invocationem voluntatis superioris ad inferiorem importat. Quod cum orare, solius intellectus sit, eiusdem solius erit imperare.

Ne omnia vera sunt, et licet concederentur, non deduceretur statim, imperium ea efficacia pollere, quam adversarii ei adscribunt. Ad 1^{um} quod dicitur, imperium internum esse quidem desiderium, non ita cumque sed peculiaris indolis; quia sufficienter intimatum obligat, et obligationem inducit. Nunc 1^o de imperio desiderium est, licet non e contra. Nunc 2^o qui coactus imperat ex tunc sine desiderio obligandi, revera non habet imperium internum, licet falso significet, se tale imperium habere. Nunc 3^o potest aliquando quis serio imperare ex tunc, nolens executionem rei imperate, quin propterea mendax sit; quia imperium externum dumtaxat est index desiderii, seu voluntatis inducendi obligationem; quod desiderium habere potest ille, qui executionem non desiderat; et tunc imperium his verbis equivaleret, volo subditum ad hoc obligatum esse.

Unde ad 2^{um} quod imperare non esse proprie dicere, seu loqui, sed velle, et decernere; atque adeo imperium internum est locutio interna, id est voluntatis decretum; et hic est sensus Verborum Genesis. Imperium autem externum exprimit vocibus internam voluntatem obligandi, ad quam exprimendam videtur his aliis fac hoc, quae verbis immediate appositae equivalent. Ad 3^{um} dicitur, Aristotelem loqui de appetitu sensitivo, qui aliquo modo obedit rationi, hoc est voluntati, quae propria rationalis est. Vel accipitur obedit late, quatenus idem sonat ac attemperari dictamini rationis, cui appetitus mediate obedit, quatenus obedit voluntati, quae ab intellectu directa, sed non imperata, motus sensitivos coeret.

Ad 4^{um} dicitur, imperium dicitur imperium lato modo, quatenus practice movet ad opus; mo

moret ad opus moret autem dictando que amplexenda, que fugienda sint, seu aversenda,
 expediens esse, ut hoc ametur, et illud odio habeatur. Et itaque dictamen illud iudicium
 formale, quale non esse imperium advenari avertunt. Ad 3^{um} quemadmodum ex Angeli
 cum Mag. 1. 2. q. 13. artic. 1., electio importat collationem quamdam precedentem, ipsa
 tamen collatio non est, sic imperium importat quendam ordinationem quamdam precedentem,
 sed formaliter ordinatio non est, atque adeo nec actus intellectus. Ad ultimum, oratio interna
 non est actus voluntatis: dum enim oramus (ut optime notat Ex. 3^o lib. 1. de orat. c. 2.) non
 cupimus aliquid manifestare Deo sed ab eo aliquid accipere intendimus. Tandem, ut
 hinc abscedamus, si imperare solus intellectus sit, quo facto voluntas suorum actuum do-
 mina erit? Dig. 2. de actibus intellectus. sectio 1^a. in quo intellectionis essentia sita sit?

Disp. 2.
 De actibus intellectus.
 Sectio 1.

In quo intellectionis essentia sita sit.

Licet circa oēs actus vitales, praesertim spirituales, contentiosissime disputetur, in quorum
 eorum essentia sita sit, proposita tantum difficultas decidi solet in presenti; quod quidquid
 de intellectione dicitur, de aliis actibus, servata proportione dici debet. 1^a circa praesens quae-
 tum opinio (omissis aliis iam antiquatis) constituit intellectionis essentiam in actione
 productiva cuiusdam absolute qualitatis, quae sit imago obiecti et verbum mentis. Ita frequen-
 ter Thomae, quibuscum sentit L. Leynado alios e nobis pro eadem opinione referens lib. 2. de
 anima dig. 2. sect. 1. 2^a in qua sola qualitate absoluta distincta ab actione et passione sui.
 Ita Nominales, Scotus, L. Vazquez, Salas Arriaga, et alii, quibus accedere creditur Ex.
 Dig. 3^a in complexo ex actione et termino absoluto. Ita L. Murado, et Amibal, et plures
 alii qui tamen circa constitutionem intellectionis ex actione, et termino coalescentis
 vane discurrunt, ut apud L. Leynado videre licet.

3^a opinio in solo termino actionis
 intellectionem collocat, prescindendo ab eo, quod secum identificet actionem vel seu-
 ita L. Luvor. 5^a in essentia, quae necessario sit productio, et terminus sui ipsius ab intellectu,
 et cum illo, absque alio termino distincto physice producto. Ita Cardinalis de Lugo
 L. 1. c. 2. de cog. 2. et plures alii praesertim e recentioribus. Tandem L. Synceus
 lib. 2. Methagh. tract. 3. cap. 2. duplicem intellectionem distinguit, activam scilicet,

et passivam censet que ^{jam} cum actione producente speciem identificari; passivam vero cum specie expressa.

Ex his oibus opinionibus 5.^a a nobis propugnanda est. Asero itaque: essentia intellectiois creatę consistit in entitate accidentali, que formaliter est expressio obiecti, simul que productio, et unio sui ab intellectu, et cum intellectu absque actione, et unione a se distinctis. Antequam assertionem istam probem, adverteo, quosdam ex opinionibus n^{ost}r. Patris cum Cardinali de Sugo vocare ore pleno predictam entitatem modum et actionem; alios vero cum L. Obiedo hanc appellationem recusare. Sed illorum dissidium mere vocale est: nam, cum oes avertant, eam esse per se, et essentialiter affirmam potentię, a qua procedat, et istam ultimo ad agendum debarre; et aliunde id ad rationem modi, et actionis satis sit, patet, eos quoad rem ipsam convenire, licet quoad modum et actionem discrepent.

Non notato, probō assertionem propositam: Intellectio ut talis est formaliter expressio, et representatio obiecti; aliunde est formaliter productio et unio sui: q̄ intellectio sita est in entitate accidentali, cui essentialiter competunt ea, que a nobis assignata sunt. Vtique per unam probationem indiget, ideo que scorsim probanda est. Et in 1.^a maiori, que 1.^a sententię opponitur, sic pr. intellectio est perceptio intentionalis et contemplatio obiecti, et attentio ad ipsum, et ex ipsa terminorum apprehensione patet. Sed predicti termini cum expressione, et representatione obiecti coincidunt ut perpendenti constabit: q̄ intellectio est formaliter expressio et representatio obiecti.

Propter 1.^o intellectio est formaliter detectio, et manifestatio obiecti. Vel dicatur, cur ea, que non intelligimus detecta, et occulta nobis dicantur, et e contra manifesta et aperta, que plane intelligimus? Atqui detectio, et manifestatio obiecti est illius expressio, et repræs. q̄. Propter 2.^o intellectio est fra, qua obiectum denominatur cognitum, sed sola expressio, et representatio obiecti est ea forma: q̄. prob. min. sola expressio, et representatio obiecti est id, quo obiectum est formaliter presens intentionaliter intellectui: si quidem per actionem (si daretur) representationis productivam, active solum esset obiectum intentionaliter presens intellectui. Sed id, quo obiectum est formaliter presens intentionaliter intellectui est fra, qua obiectum denominatur cognitum: q̄ sola representatio obiecti est fra, qua ea denominatio prestat.

Si dicatur, intellectioem esse fam, qua obiectum denominatur active cognitum, idque competere actioni pure phisicę: Contra insurgam. Intellectio ut talis est vita n̄ pure phisica, sed intentionalis, et nemo dubitat; sed si solum esset fra, qua obiectum

denominatur active cognitum, et talis *scilicet* in actione pure physica constituitur, intellectio enim est vita pure physica, et nullo modo intentionalis: quod intellectio non est *scilicet*, qua obiectum denominatur solum active cognitum, sed ulterius debet esse *scilicet*, qua formaliter cognitum denominatur: quod non consistit in actione pure physica productiva formalis expressionis, sed ipsa est formalis expressio, et representatio obiecti, ut aiebat primus Syllogismus maior.

Sed

Illius minor *scilicet* intellectio et talis est formale exercitium substantie create intellectus, ut talis: quod est formale exercitium substantie create vitalis, et vitalis: sed exercitium substantie vitalis create, quatenus vitalis est formaliter productio, atque unio sui: talis quod est intellectio. Prob. min. suppositam: substantia vitalis create, quatenus talis est substantia immanenter, et vitaliter operativa: quod exercitium *scilicet* vitalis, et vitalis est exercitium *scilicet* et operative; sed exercitium *scilicet* et operative est formaliter productio, et unio sui: quod exercitium *scilicet* vitalis create, quatenus vitalis est formaliter unio, atque productio sui.

Propter: intellectio est formaliter exercitium *scilicet* intellectus et talis, sed hęc *scilicet* est formaliter activa physice: quod intellectio est formaliter exercitium *scilicet* physice actus: quod ea est foris actio; sicut calefactio est actio, quod est exercitium calefactivi, quod est *scilicet* activa physice, et illuminatio similiter est actio, quod est exercitium illuminativi, quod *scilicet* physice activa est. Prob. min. *scilicet* intellectiva et talis est *scilicet* potens semet ab intrinseco actuare, est enim *scilicet* vitalis de cuius conceptu est, posse se ab intrinseco actuare. Atqui, si non sit *scilicet* activa physice, non erit potens semet ab intrinseco actuare, sed et summum potens actuari ab extrinseco, cum actualitatem in actu. sibi comparare ~~non~~ non posset: quod *scilicet* intellectiva et talis est *scilicet* activa physice. Hinc Concilium Tridentinum *scilicet* Can. 2. pro eodem *scilicet* nihil omnino agere, ac relictum manum quodam se habere: quia scilicet de conceptu *scilicet* vitalis seu non inanimis est vere agere, atque adeo omnis talis *scilicet* activa esse deest.

Nec dicas, hinc

tantummodo Concludi intellectionem in concreto, seu denominationem intelligentis involvere actionem physice *scilicet* intellectus; non vero intellectionem in abstracto, seu generalem, eam actionem importare; contra enim est: nam *scilicet* huius concreti intelligentis est intellectio; sed actio physice intellectus est *scilicet* talis concreti, seu denominationis: quod intellectio generalem est physice actio. Prob. min. actio physice intellectus non constituit illius capacitatem: quoniam intellectus proprii ad actionem supponit

supponitur proxime capax intelligere; imo et nonnullis advenantiorum, reclusa ac-
tione physica intellectus, iste denominabitur intelligens, si ei infundatur ab extrin-
seco qualitas, in qua intellectionem constituit. aliunde solo titulo unionis non requiri-
tur, quia et eadem qualitas vni potest intellectui, quin iste in unionem aut qualitatem
influat. si actio physica requiritur ad intellectionem, sicut ad eam in concreto sumptam et
hanc responionem requiritur, se tenet ex parte forme, seu est fra denominationis intelligentis.
Nec

dicat 2^o predictam rationem solum evincere, intellectionem intelligi non posse sine physica in-
tellectus actione, in qua prinde consistet, sed ita ut ea actio terminum seu qualitatem ab-
solutam non excludat. Non inquam id dicat: nam vel ipsa actio, et formalis representatio,
et expressio obti, vel id tantum convenit termino per eam producto. si ^{sum} in sola actio-
ne situs est intellectionis conceptus. Prob. contram: intellectio, qua talis, nihil aliud requirit,
quam esse vitam in actu 2^o intellectus, et obiecti expressionem atque representationem for-
malem; sed totum id haberet actio, si obti expressio formalis sit: ut quid quod requiritur alia
qualitas, que per talem actionem producat. Respondet fortasse, quod omnis actio terminus
a se distinctum requirit, sed hęc responsio inter solvenda argumenta refutabitur. Nunc
obiter refellitur sententia Lyncei: nam si per intellectionem, quam collocat in actione,
et activam nominat reddatur intellectus intelligens, frustra ponitur alia intellectio pas-
siva, que in qualitate consistat: quoniam hęc intellectio id ipsum, quod 1^a et nihil aliud
prestat.

Si propter id 2^a pars dilematis eligatur, contra insurgam: quod soli termino per
actionem producto ratio intellectionis competat: sicut enim solus terminus est formalis obti
expressio, actio illum producat, non formalis, sed causaliter dumtaxat intellectio est, sicut
quod terminus illuminationis est formalis lux, actio ipsa illuminativa non est lux for-
malis, sed causaliter dumtaxat. Si vero soli termino ratio intellectionis competat, quod in
tellectio non est actio physica: quod nec motus ab intrinseco: quod nec vita in actu 2^o. Sed hęc:
quod intellectus per qualitatem ab extrinseco infusam poterit intelligere. Prob. contram: intel-
lectus est subter capax denominationis intelligentis, et aliunde hęc capacitas, omni ac-
tione reclusa ei competat: quod licet nihil agat, si habeat sibi vitam ab extrinseco intellec-
tionem, seu obti expressionem (ut habere poterit, si ratio expressiois soli qualitati abso-
lute competat) denominabitur intelligens.

Sed quoniam Scotus consent, posse quidem intel-
lectum per qualitatem ab extrinseco infusam intelligere, sic contra doctrinam vitam

disputo, ut precedentem inagnationem finem. Si intellectus reddi potest intelligens
per intellectionem ab extrinseco infusam, nihil erit cur intellectus humanus Dñi Domini
nō reddatur intelligens per Divinam intellectionem, quam sibi realiter unitam habet. Si
enim dicatur 1.º ideo hoc 2.º (quod cōter repugnans conceditur) nō admitti, q.º alioqui huma-
nitas tantumdem per eam intelligeret, quantum Deus ipse; contra est. nam quomodo
divina sanctitas increata humanitatem sanctificans, nō reddat eam eque sanctam, ac est De-
us, sed illius effectus formalis temperatur eo limitatione subti nempe humanitatis; sic
effectus intellectionis increate eo limitatione intellectus creati Dñi Domini temperabitur.

Si dicitur 2.º ideo hoc 2.º nō concedi, q.º alioqui intellectio increata se haberet instar sibi informan-
tis intellectum creatum Dñi Domini; interrogo: habet se sanctitas Verbi instar sibi
informantis humanitatem an non? si 1.º cur nō dicatur idem de intellectione increata,
cum sanctitas eque ac intellectio quid Divinum sit. si 2.º q.º quomodo Divina
Sanctitas reddat sanctam humanitatem quin sibi informantis sibi imperfectionem contra-
hat, sic poterit Divina Intellectio reddere intelligentem intellectum creatum Dñi
Domini quin intuitu ipsius ut sibi informans se habeat.

Si dicatur 3.º ideo hoc 2.º non concedi,
q.º intellectio Divina nec produci ab humanitate, nec ab ea produci valet post opus
erat ut ipsam intelligentem denominaret; contra etiam intrungo: nam si ad intelligen-
dum actu actualis productio intellectionis nō requiritur, nec illius producibilitas requi-
retur. Quod enim caput producibilitatem requirit si vitalitas eam nō exoptulat? si
autem vitalitas absque productione salvatur, sine producibilitate salvabitur. Profecto vel
sine utraque motus ab intrinseco nō salvatur, salvatur motus ille grammaticus, quem
ut intellectus denominetur intelligens adextrarii deponunt. De quo statim fere. Vera est
germana ratio, cur intellectus creatus Christi non denominatur intelligens ab intel-
lectione Verbi increata, ex nostra sententia decernitur; q.º videlicet repugnat, intellectum
intelligere, nisi per formam, que sit actualis dependentia, motus, et contactus, et ista de-
terminatio se ipsa ab intellectu oriens, et in eo manens; quo certe modo nequit se ha-
bere intellectio increata respectu humanitatis, ut eo se patet.

Est ergo intellectio (q.º species
viti actualis) operatio, exercitium, et actualio immanens principio, a quo physice oritur, cum
ab eo intentionaliter nō oriatur. q.º ita ab eo oriri, et cognosci, sive accipere esse intentiona-
le; et intellectio nō debet ita reflexe cognosci. Unde intellectio nō debet esse ab intrinseco

per actionem physicam a se distinctam, licet per huiusmodi actionem creature producan-
tur a Deo. Etenim iste quamvis exigant essentialiter a Deo produci, non sunt formali-
ter exercitium, sive operatio Divinae potentiae, sed tantum effectus ab eius exercitio distingo-
ti. 145

Quamquam ex dictis necessario colligitur, intellectionem esse unionem sui cum in-
tellectu, et illi tribuere suum effectum formalem absque unionem a se distincta, specia-
liter tamen id ipsum dupliciter pr. 1.º nam intellectio est actio vitalis, et intellectui imma-
nens: q.º per se ipsam est ab intinseco in intinsecum: q.º sicut per se ipsam ab intellectu ef-
fluit, sic per se ipsam intellectui unitur, eidem que proprium effectum formalem tribuit. Secun-
do: sicut unio est formale exercitium, quo extrema copulantur, et duratio est exercitium
formale, quo res durat, et sic de aliis modis, ita intellectio est exercitium formale, quo in-
tellectus intelligit. Item hoc non est minus affixa intellectui, quam unio extremis, et
duratio rei duranti: q.º sicut unio se ipsa unitur extremis, et duratio se ipsa unitur rei
duranti, ita intellectio se ipsa intellectui unitur. 146

Aliter non argumento occurrunt ab-
qui: distinguunt enim duplicem vitam, physicam scilicet, et intentionalem; 1.º consi-
tituunt in actione physica, secundam vero in qualitate absoluta. Quam vocant actionem
et motum grammaticalem; q.º videlicet significatur terminis actionem sonantibus his
nempe conceptio, contemplatio, intellectio; et aliunde intelligere est verbum actuum.
Unde q.º intellectio ab illis in qualitate sita est, ea non est actio physica, sed pure intentio-
nalis, et grammaticalis. Venim hoc responsio impugnatur 1.º si agere intentionaliter,
solum est grammaticaliter agere in sensu exposito, etiam dum intellectus, et voluntas
nihil omnino agunt, sed mere passive se habent, recipiendo scilicet intellectionem, et
amorem, intentionaliter agent, et vere vivunt: nam etiam tunc amor, et intellectio significa-
buntur terminis actionem sonantibus, et intellectus, et voluntas denominantur sicut in-
telligens et amans. cum aliunde intelligere et amare sint verba activa.

Impugnatur
2.º vita intentionalis petit ex conceptu suo actionem physicam viventis (semper
loquimur de viventibus creatis) q.º actio illa pure grammaticalis vita intentionali non est.
pr. ans: tum q.º vita intentionalis eodem modo petit esse ab intinseco in intinsecum;
sed ex conceptu suo petit esse in intinsecum, sive per physicam receptionem, aut unionem;
aliter quo pacto suum effectum formalem prestabit? q.º ex conceptu suo petit esse ab intinseco
per actionem physicam viventis. Tum q.º si vita intentionalis non petit ex conceptu

suo actionem physicam viventi possibile est intellectum, aut volitum, quod physice actum non sit, sed semper intelligere, aut velle debeat per actus ab extrinseco infusos. Hoc autem intellectum, aut volitum quo pacto est potens se ab intrinseco actuare, aut quo titulo non erit mere passive se habens? Nec dicas vitam intentionalem exigere quidem vitam physicam, sed a se distinctam. Nam contra est, quod vita intentionalis est actio suo principio immanens, est actus agentis, et agens est, ex quo illius formale exercitium essentialiter detrahatur et ab eo effluat: ipsa ergo est actio physica. Vel dicas, quid sit ad actionis physice conceptionem necessarium sit? Sectio 2^a Adversariorum obiectionibus occurruntur.

Sectio 2^a Adversariorum obiectionibus occurruntur.

perficaciam eliciat cognitionem excedentem merito intrinseca et vim naturaliter motivam
hominis, ea cognitio non erit pura comprehensio, sed supercomprehensio, qualis est ut in-
nuabam, cognitio Divina de cunctis creaturis.

Unde comprehensio defini potest in hunc
modum, cognitio adæquata virtuti motus obiecti, cuius cognoscibilitatem intrinsecam
exhaurit. Nunc inferitur 1. cognitionem comprehensivam debere esse notitiam claram,
evidentem, certam, et quiddamitativam; quod nullum est obiectum, quod ex proprio merito
non sit cognoscibile huiusmodi notitia, ad quam proinde vim naturaliter motivam obtinet.
Inferitur 2. per cognitionem comprehensivam exprimi debere quæcumque in obiecto for-
maliter continentur; aliter eius intrinseca cognoscibilitas non exhaurietur. Ex effectibus
autem, et terminis connexionis eos tantum debere per comprehensionem exprimi, quo-
rum notitia necessaria est, ut de obiecti perfectione debita estimatio fiat, et iustum iudi-
cium feratur.

Quod ad comprehensionem opus non est ut effectus obedientialiter produci-
biles ab obiecto distincte cognoscantur. nam virtus obedientialis ut talis non addit peculia-
rem perfectionem supra virtutem naturalem; et aliunde effectuum supernaturalium perfectio
non tribuitur virtuti elevatæ, sed causæ elevanti adscribitur. Nec item opus est, ut omnes effec-
tus naturales in individuo succurrere, aut divinive producibiles, cognoscantur; sed satis est,
si distincte cognoscatur, qualis, et quanta perfectio una actione totali, et causæ virtutem
exhaustivè possit suis effectibus ab ea communicari; sic enim æquivalenter cognoscun-
tur effectus omnes et de causæ perfectione solum et debitum iudicium feratur.

Demque

opus n̄ est, ut oēs termini connexionis seu relationis transcendentalis distincte cognoscantur. Sum quia alioqui nulla creatura posset aliam quantumlibet inferiorem comprehendere, nisi oīa possibilis naturalia et supernaturalia distincte cognosceret; quae certe cognitio in creaturam n̄ cadit. Sum etiam q^a ut iustum feratur iudicium de perfectione obiecti, sufficit, si cognoscatur tota perfectio quam continet, et quam aliis communicare valet. igitur ut relinquitur sicut dicebamus, tum comprehenditur obiectum, dum adeo exacte penetratur, ut cognoscenti in dubitantes apprehendat, nec magis, nec minus perfectum esse quam prout ab ipso cognoscitur. haec s̄, quae de comprehensione communiter traduntur ab Aristotele. tamen alii ab aliis potius veritas, quam veritas discrepent.

Cognitio reflexiva seu reflexa dicitur, quae se ipsam pro obiecto habet. huiusmodi cognitionem repugnare censuerunt Avicenna, Okamus et alii relati a Lyncce; eo adverso nonnulli cum Spinoza putant omnem cognitionem debere reflecti signate et cognoscere in semet ipsam. Communis tamen inter omnes Scholae Dⁿⁱ sententia tenet, non omnem cognitionem supra se reflectere, n̄ tamen repugnare cognitionem, quae sui ipsius representatio sit. Hae sententia quoad 1^{am} partem pr. Petri 1^o habet veritatem, et cognoscibilitatem intrinsecam distinctam inconnexam, et independentem a cognoscibilitate cognitionis sui: q^o Petrus cognosci potest quin illius cognitio cognoscatur, atque adeo n̄ omnis cognitio supra se reflectit. Ratio inde constat, quod n̄ alio titulo potest cognosci Petrus, quin Paulus cognoscatur, nisi quia cognoscibilitas Petri est distincta, inconnexa, et independentem a Pauli cognoscibilitate.

Eiusdem sententiae 2^a pars pr. nam in 1^{is} quod ponit cognitio se ipsam confuse repraesentare, constat in his actibus, omnis cognitio; omnis actus intellectus et similibus. Deinde, quod etiam clare, et in particulari se ipsam repraesentare valeat, pr. tum paritate representationis confuse modo dictae, in qua contraria argumenta enervantur. Sum paritate Divinae cognitionis, quae se ipsam clarissime repraesentat. Sum demum, q^a rationes, quae in contrarium adduci solent facile solvi possunt, ut statim fere constabit.

Contra 1^{am} partem haec obiecta solent. Sum quia quis de propria cognitione rogatus, promptus est de illius existentia respondere. q^o cognitio est sui ipsius manifestatio. Cum si cognitio se ipsam n̄ cognosceret, non tam sui cognitionem producere deberet, cum sit presentissima intellectui, et ad sui cognitionem producendam proportionata existat: q^o nota illa cognitio notam produceret cognitionem; et haec aliam, et ita sine fine. Tertium: Inio, ibicatio, et actio cuiuscumque rei

necessario est unio ubi actio sui ipsius: q^o pariter cognitio cuiuscumque obiecti sui ipsius cognitio est. ^{2^{um}} quo ratio nra infirmit^r creditur. Cognita cognitione Petri, cognoscitur Petrus, licet cognita cognitione Pauli non cognoscatur: q^o e converso cognitio Petri, cognoscitur eius cognitio, licet n cognoscatur Paulus, atque adeo ratio nra nulla est.

Hic tamen respondere difficile n est. Ad 1^{um} concedo ans, et distinguo cons: est exerceite sui ipsius manifestatio, concedo: signate nego consam. Omnis cognitio se ipsam exerceite manifestat, quod genus manifestationis consistit in eo, quod se dubium de sui existentia excludat, et speciem sui experimentalem adeo vividam producat, ut accedente voluntatis imperio, vel quamvis alia coactione cognitionem reflexam de existentia sui confertim causet. Nunc oritur illa intellectus promptitudo, quin opus sit ut cognitio supra se ipsam reflectat; alias, quia ille, qui amat, egre promptam ac facilem rationem de suo amore reddere valet, amor sui ipsius manifestatio erit.

Ad 2^{um} nego sequelam, quam etiam negare tenentur adversarii: nam vel cognitio se ipsam repraesentans, presentissima est intellectui, et proportionata ad novam reflexionem producendam, quam tamen n producit necessario. Dicendum q^o ad reflexionem n sufficere proportionem et presentiam obiecti, sed ultra requiri applicationem, seu imperium voluntatis. Huius doctrinae alia ratio reddi nequit, nisi limitatio p^o cognitivae, quae vires n habet ad infinitum reflexionum processum, qui in quacumque sententia inferendus erit, nisi reflexiones arbitrio voluntatis subiacerent. Accedit, quod, ut proxime dicebamus, cognitio se ipsam exerceite manifestat, ac prinde nullam obtinet exigentiam ad novam reflexionem, quae necessaria non est.

Ad 3^{um} concedo anti, negetur consa: nam cum necessarium sit, ut omnis unio uniat^r, omnis ubi actio ubi actetur, et sic de aliis, cognoscitur dicere, (ne in infinitum absurde procedamus) unionem esse sui ipsius unio nem, et sic de reliquis. At unde p^o necessarium esse, ut omnis cognitio cognoscatur. Ad 4^{um} negatur etiam consa. Disparitas est, q^a totum esse cognitionis Petri consistit in imagine intentionali ad Petrum, ad quem transcendentaliter refertur. Unde cognosci n potest, n cognito Petro. At Petrus absolutus est a respectu ad cognitionem sui, non minus quam a relatione ad Paulum absolvatur: q^o quemadmodumque absque Paulo cognosci potest, sic absque sui ^{cognitionis} cognitione poterit cognosci.

Contra 2^{am} n^o

et communis sententię partem id potissimum obicitur; cognitio refertur ad obiectum, et ab eo efficitur; sed nequit referri ad se, aut effici a se; alias se ipsa prior, et sui ipsius causa existeret: 3^o nequit se ipsam pro obto habere. Hoc argumentum impugnat cognitionem supra se reflectentem Confuse. Dico 2^o maiorem: refertur ad obto, si aliunde probetur ab eo distincta, concedo maiorem: si n̄ probetur distincta ab obto, nego maiorem; et concessa minori nego contrariam: nam, sicut dari potest actio physica indistincta a termino, ita et cognitio indistincta ab obto. Si tamen que- ras, qua specie producat intellectus cognitionem, que supra se reflecteret? Responderi potest 1^o speciem obto distincti a cognitione, (quod obiectum a cognitione reflexa respicitur) sufficere ut predicta reflexio producat. Responderi potest 2^o casu quo species distincta a specie obto necessaria sit pro reflexione, vel Deum supplex concurrunt talis speciei vel hanc a Deo infundi, sicut ab eodem infunduntur Angelo species quibus obta n̄ alia cognoscat.

Cognitio certa est cognitio falsitatis incapax. Quare certitudo consistit in connexionione intrinseca cum eo quod obto ita habeat, sicut enunciatur. Certitudo, que in actu directo consistit, dicitur formalis, que consistit in principio incapaci influendi in actum falsum, huiusmodi est habitus fidei, vocatur radicalis; que consistit in obto ita applicato, ut in actum falsum influere nequeat, dicitur obiectiva. Denique, que sita est in actu reflexo, quo intellectus firmiter iudicat, suum actum directum esse verum, dicitur certitudo subiectiva, licet hęc n̄ tam sit certitudo, quam securitas, cui potest subesse falsum, et cum hereticis suis erroribus firmiter adheret.

Alia est certitudo metaphysica, que falsitati essentialiter repugnat et que convenit actibus fidei supernaalis; alia physica, que solum ex n̄a rei falsitatem excludit, et illa qua ex accidentium existentia substantiam existere credimus; alia moralis, que nititur humano testimonio moraliter infallibili; et illa, qua credimus Africam existere, est enim moraliter impossibile, tot homines, tantę que authoritatis, quot, et quante scilicet a quibus dicitur, existere Africam, in asserenda re falsa conspirare. Evidentia supra certitudinem addit peculiarem claritatem, si cuius intellectus cogitur ad asserendum, vel saltem ad non dissentendum. Unde omnis cognitio evidens est certa, n̄ tamen e converso: nam actus fidei certus est, cum tamen obscurus sit, et ex se n̄ evidens. Dicitur autem cognitio obscura solum respectu ad alias cognitiones clariores; n̄ vero

150
158
quia luce et claritate spirituali careat: quoniam omnis cognitio ut pote quae aliquid ignotum manifestat, aliqua claritate gaudere debet. Evidentia alia est obscura claritas nempe, et perspicuitas, qua res ita posita obicitur, ut ab ea quasi videatur alia cognitionis, quae est claritas perceptionis rem penetrantis.

Cognitio probabilis, quae etiam opinativa dicitur, est ea quae, licet fortasse vera sit, certitudine destituitur, nec dubium, aut formidinem ab intellectu excludit, sed potius cum formidine cohere solet, ideo quae formidolosa appellatur. Formido autem intellectus, alia est formalis alia attitudinalis seu permissiva. Hae consistit in ipsa cognitione probabilis directa, quae permittit, ut intellectus de veritate formidet. 1^a vero consistit in actu reflexo, quo intellectus iudicat se formam falli.

Quo circa formido formalis quantumlibet in oppositum reclamet (Quo, 2^a quem licet formido sit actus intellectus, nec est apprehensio, nec iudicium nec discursus) est iudicium reflexum de ipsa opinione, quo ipsius veritas obscura et incerta, vel nobis omnino non explorata iudicatur. Sic tenet L. Rigalda disp. 11 de fide. Vel dici potest cum Cardinali de Sup. disp. 6. de fide sect. 1. esse iudicium, quod ita tendat, motiva quibus inquit, non apparent omnino certa, vel sic, rationes, contrariae non destituuntur verisimilitudine. Unde affirmative tendit, non quidem circa obiectum, quod per opinionem affirmatur, sed circa motiva, quibus intellectus ad opinionem ducitur. Sectio 2. Vtrum actus fidei et scientiae, et scientiae et opinionis circa idem obiectum in eodem intellectu esse valeant?

SECTIO VII^a.

Vtrum actus fidei, et scientiae; Scientiae, et Opinionis
circa idem obiectum in eodem intellectu esse
valeant?

Et inquirere, vtrum intellectus possit simul assentiri eidem obiecto materiali, v.g. existentiae Dei, duobus actibus, quorum alter sit fidei, quia innititur Divinae revelationi; et alter scientiae, quia innititur rationi evidenti, et demonstrative? et vtrum possit habere simul duos actus, quorum alter sit scientificus, quia innititur rationi demonstrative? et alter opinativus, quia innititur fundamento probabilis quidem, sed non convincenti? Negant Thomae omnes, etiam attentis Divina virtute, et eorum plures inter habitus praedictorum actuum essentialiter paniter oppositionem esse contendunt.

Oppositum nihilominus agunt post Bonav. B. Albertum Mag. Durandum, et veteres alios omnes fere nostrates cum *Q. D.*; et merito: nam, quod ad simultaneam existentiam actus fidei, et actus scientiæ, hæc sententia efficaci ratione comprobatur. Etenim Philosophus Ethnicus, si postquam ratione naturali notitiam evidentem acquirat de existentia Dei, ad fidem convertatur potest, et debet eandem existentiam, fide Divina credere: potest enim accedere ad Deum et *2^a Argot.* accedentem ad Deum oportet credere, quia, est: *3^o* Philosophus iste habebit simul actum fidei et actum scientiæ de eodem obto, scilicet de existentia Dei; quoniam dum hæc ipsi credenda proponuntur, necessario excitabuntur species evidentes de eadem, in cuius proinde assensum scientificum necessario erumpet.

Respondent 1. nonnulli Thomam, Augustinum solum intendere, ut credamus per fidem Deum existere et Authorem supernalem, nempe et iustificatorem, et glorificatorem; quod itaque potest credere Philosophus ille, quia de his evidentiam non haberet. Sed contra 1. *q. 2^a* Verba Augustini expriment necessitatem credendi non solum Deum esse glorificatorem sed etiam vere existere, et esse Authorem naturæ, ut probat *2^a 2^a quæstio* *2^a 2^a q. 5.* et quidem Augustini Verba hæc sicut, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia ei, et inquirentibus se remunerator sit. Contra 2. *q. 2^a* si dumtaxat potest Philosophus ille habere fidem de Deo et supernali Authore et non ut naturali, deterioris erit conditionis, quam Virticus qui de utroque fidem habere potest. Quia imo propter similem rationem Deipara erit deterioris conditionis quam quilibet nuntius: nam Dei para habuit scientiam experimentalem de Passione Veruerectione, et aliis Christi Mysteriis, que proinde credere non potest *2^a 2^a* sententiam contrariam, cum tamen nos eadem credamus. Unde superiorem, atque firmiorem notitiam de illis habemus nos, quam Deiparina Deipara; nam firmior, et superior est notitia que per Divinam fidem habetur, quam ea, que per intuitionem ocularem comparatur.

Respondent 2. alii talem sapientem ab assensu scientifico necessario cessare. Sed contra 1. *q. 2^a* excitatis speciebus evidentibus nequit assensus cohiberi. 2. *q. 2^a* licet assensus cohiberetur permaneret habitus scientificus, quem etiam cum fide incommensurabilem esse, volunt adversarii. Si tamen dicant, assensum supernaliter cohibendum, et habitum expellendum; quo fundamento id dicitur? nullo certe; imo contra experientiam ipsam: nam Philosophi Doctissimi fidem itaque servantes acquirunt habitum scientificum de existentia Dei; et in huius scientificum assensum, excitatis speciebus necessario erumpunt. Propterea, fides non detinet

sed meliorem reddit naturalem intellectus perfectionem; habitus autem scientificus pari
aut potiori titulo, quam actus, non modica perfectio naturalis intellectus est. 158

Deinde, quod
in eodem intellectu coherere possunt scientia, et opinio, inde probatur, quia in eodem
intellectu coniungi possunt fides Divina et humana: cur ergo non poterunt coniungi scien-
tia et opinio? nec enim magis opponuntur certitudo, et evidentia propria scientiae, et in-
certitudo, et invidentia, quae propria est ~~fidei humanae~~^{opinionis}, quam certitudo Divinae fidei, et
incertitudo fidei humanae. Ad haec, opinio non trahit secum necessario formidinem, sed
cum illa coniungitur, nisi aliunde impediatur, ut, dum adest scientia, impediatur.

Primum
tenus sententia nostra, saltem dum de possibili loquimur eo quod Deo nihil dene-
gandum est, nisi quod contradictionem involvit; quamquam autem contradictionem im-
plicent duo illi actus in eodem intellectu collocati? Nullam profecto ut solvendo adver-
sationum fundamenta planum fiet. Est igitur proprium istud: fides importat obscu-
ritatem, opinio formidinem, scientia vero claritatem; claritas autem et obscuritas; et
claritas, et formidinis non minus implicent in eodem intellectu circa idem obiectum, quae
lux, et tenebrae in eodem aere; facta, et eius privatio in eadem materia.

Quod
ata, fidem non dici obscuram, quae formalem carentiam lucis intellectualis importat,
cum de ea dicat Augustinus. Princeps esse lucernam lucentem in caliginoso loco; sed quae
est actus positivus non identificans secum claritatem scientiae propriam, vel eam non par-
ticipans eo revelationis motivo. Scitur ut summum erit carentia, vel exclusio ma-
ioris lucis in seipsa sed non ab intellectu, cui inest. Nunc, existentibus simul in eodem
intellectu fide, et scientia, non dabitur absolute claritas et carentia claritatis; sed da-
bitur absolute claritas, et simul non dabitur secundum quid sive attenda aliqua facta,
huiusmodi motivo. Sed autem non implicat licet quae in argumento pro consensione addu-
cuntur, implicent.

Similiter opinio, ut dicebamus, non importat necessario formidinem,
sed cum ea coniungi potest sicut re vera coniungetur, nisi eadem per scientiam im-
pediatur. Scitur fides, et scientia; et scientia, et opinio coniungi possunt in eodem
intellectu, non aliter ac in eadem voluntate coniungi possunt amor efficax, et sim-
plex complacentia, circa idem obiectum, et in unico intellectu apprehensio, et iudicium,
item cognitio abstractiva et intuitiva, et in intellectu Spiritus Domini exortere: etenim

per notitiam abstractivam acquisitam cognoscebat Deum, quem intuebatur.

Nec dum

Scientia coniungitur cum fide, venum est, intellectum non cognoscere clare obumbratio est: quia si aliqua denominatio absolute affertur, sufficit, quod subito conveniat ratione alicuius rei, quamvis non ratione aliarum; e contra si absolute negetur, opus est, ut nullius rei, seu veritatis titulo conveniat. Sic si flamma dicatur lucida, non est opus ut lucida sit per calorem, sed sat est, quod talis sit per lucem. Item, si homo dicatur discursivus, non requiritur, ut talis sit ratione corporis, sed ratione animi talis est. E converso lapis dici non potest absolute non lucidus, aut non discursivus, nisi attentis omnibus predicatis tali denominatione careat. Similiter dum scientia coniungitur cum opinione, non datur in intellectu formido formalis, (huc enim per scientiam impeditur) sed formido solum permissiva, quae in ipsa opinione sita est, et certitudini ex diverso motivo non opponitur.

Quum adversariorum fundamentum contra iam notam sententiam partem sumitur, tum ex verbis Apostoli docentis fidem esse argumentum non apparentium; tum ex illis verbis Opti Domini, quae vidisti me, Thomas, credidisti; Beati qui non videntur et crediderunt. In quibus aperte supponit meritoriam non esse fidem, quae cum visione coniungitur. Sed et illud dictum Pauli, sicut et plura testimonia L. D. M. asserentium fidem debere esse de obiectis non visis, intelligenda esse non absolute, et attentis quibuslibet motivis; sed attento motivo proprio fidei, ita ut haec ex vi revelationis Divinae, cui innititur, sit de rebus, quae clare non apparent, nec videntur, quamvis ex aliis motivis apparere valeant; aliter, ut dictum est, Beativimus Dei patet, et Apostolis neganda esset fides de passione Domini, et ceteris mysteriis, quae oculis percepta, evidentem noverunt.

Ad verba Opti Domini Respondet Ex. D. disp. 3. de fide sect. 2. Apostolum habuisse fidem de obiecto, quod videbat, et supponit verbum illud credidisti. Cum autem L. D. dicunt S. Thomam aliud videre, aliud credidisse, non negant, credidisse illud quod videbat, sed explicant ex fide eius quod vidit, illico volatum crescere ad fidem eius, quod non vidit. Non vero fides illius minus commendatur a Opto Domino, quam fides eorum, qui non videntur, quae evidentia seu visio minuit difficultatem credendi, atque adeo et meritum, quamvis istud non omnino tollat. Ius circa dictum illud M. Gregorii: homil. 26 in Evang. nec fides habet meritum, cui humana ratio prohibet experimentum in-

159
160
Intelligendum est quando fides non innititur Divino testimonio, tamquam motivo
sufficiens, sed quasi in auxilium advocatur humana ratio qua deficiente in-
tellectus non acquiesceret. Ita cum interpretatur Scripturae D^o, vel dicitur S. Doctores
solum velle, meritum fidei per evidentem obvi notitiam multum diminui.

Eandem in
sua opinionis favorem dicunt Adversarii, non esse cur, si nostra sententia vera est, D^o
et Beatis non concedatur fides. Sed v^o, fidem ideo eis non concedi, q^a superflua, et otiosa est: cum
eo se ordinata sit ad actus meritorios in statu vi^o regulandos; vel q^a visio Beata clarissime
demonstrans motiva, quibus fides innititur, non patitur obscuritatem, quam fides ex parte motivi
requirit. Nulla autem est humana sciencia, quae fidei motiva ea claritate detegat.

Hactenus
dictis addo non repugnare actum indivisibilem, qui eidem obvio materiae assentiatur ex mul-
tiplici motivo quorum quodlibet sufficeret eorum movere intellectum ad aliquem assen-
sum. Unde idem actus potest esse fidei opinionis, et scientiae, q^a ex Divino testimonio, ex
ratione probabili, et ex motivo evidenti eidem obvio materiae assentiatur; sicut idem volunta-
tis actus potest esse charitatis, religionis, et obedientiae, si ex motivis harum virtutum idem
obvium, v^o audientiam sacri amplectatur. Maxime tamen quodlibet ex eis motivi eodem
tascat sensu posse dici adequatum, quia se solo vim sufficientem haberet, et ad aliquem as-
sensum moveret; non vero q^a quolibet deficiente idem actus perseverare posset.

Ratio conclusio
nis (pro qua stant cetera M^o nostri apud P^o Inquirendo loco citato) haec est. In primis non
repugnat eundem actum moveri ex pluribus motivis, quorum quodvis intellectui propo-
nitur ut sufficiens: nam experientia constat, saepe nos assentiri nonnullis philosophicis senten-
tiis, tum ob rationem, qua illas inniti indicamus, tum ob auctoritatem sapientium, cui in-
niti, eis sententias assensum praebemus. Constat item voluntatem saepe amare medici-
nam, et q^a dulcis est, et quia utilis. Deinde motiva fidei, scientiae, et opinionis specialem
incompatibilitatem non praesentunt: possunt enim eidem intellectui simul obviri, et diversis
actibus simul attingi. Etenim, si ut nuper probavimus, potest idem intellectus cognoscere
simul per fidem et scientiam eodem obvium, nihil est cur illi assentiri non valeat per opinio-
nem fidem, et scientiam. Tandem, licet haec motiva eodem actu attingantur, non est, cur
opposita praedicata in eum refundant, et ex argumentorum solutione constabit.

Obviriatur
1^o actus ille q^a fides, esset obscurus, quia opinio, incertus; et q^a scientia, clarius, et certus;

9. pugnantia predicata involveret. Ad hoc actus ille, q^a fides, erit liber, et q^a scientia
necessarius: q^d idem quod prius. 7. ad argumentum, actum illum esse positive clarum et certum,
et precise obscurum et incertum; in quo nulla repugnantia involvitur. Quia licet fidei mo-
tivum, et pote obscurum n^o refundat in actum claritatem scientiæ proximam, illam tamen n^o
excludit positive, sed aliunde derivatam permittit, et consequenti n^o refundit obscuritatem
positivam, sed mere precisivam. Unde actus, q^a fides est precise, seu negative obscurus, q^d ex
motivo fidei motivo claritatem n^o haurit. Similiter motivum probabile quamvis certitu-
dinem positivam actui n^o communicet, illam tamen aliunde participatam n^o excludit; ad-
eoque solam incertitudinem precisivam refundit in actum, qui ex consequenti, propterea hoc
motivo conceptus, certitudinem n^o haurit, sed ab ea precisivam.

Exemplis doctrina clarescet.
potentia intellectiva licet n^o refundat in actum supernaturalitatem, illam tamen aliunde
derivatam permittit. Unde n^o debet refundere naturalitatem positivam sed pure precisivam;
quatenus actus ipse est a p^ota intellectiva a naturalitate et supernaturalitate precisivam. Item
phantasma materiale solam materialitatem precisivam speciei communicat. Item, si intellectus
assentiatur, ut potest eidem obto, ex duplici motivo, altero magis, altero minus probabili
n^o ideo motivum minus probabile refundet in actum denominationem minus probabilis
positive, sed ut summum precise.

Ad additionem 8. actum illum esse quidem necessarium
et liberum sed respectu diversorum motivorum: etenim circa motivum scientiæ necessa-
rius erit q^a motiva scientifica in assensum rapiunt, erit tamen liber circa motivum di-
vinum, q^d dum obto etiam per scientiam notum, per motivum Divini revelationis pro-
ponitur, manet intellectus liber, et ei ex tali motivo assentiatur. Libertas autem, et necessitas
respectu diversorum motivorum in eodem actu n^o repugnant. Ino circa, quando actus
n^o est pura fides, sed simul scientia, erit liber precise, vel cum hoc addito libertate
negante necessitatem ex motivo fidei derivatam; absolute tamen necessarius erit, q^d ex
motivo scientifico necessitatem haurit. Id quod debita proportione de eodem actu relato
ad obscuritatem nuper dicebamus. Sic licet anima pure vegetativa materialis sit etiam posi-
tive, anima tamen, que vegetativa simul et rationalis sit, absolute spiritualis est, ita
tamen et precise sit materialis; quatenus ex conceptu vegetative naturam spirituales non
obinet, q^d ratio potentie ad vegetationes exercendas spiritualitatem n^o importat.

Obicitur 8.
conclusio deducta ex altera p^omissa evidenti, et altera probabili; vel ex altera evidenti, et ex

ex altera obscura euadit absolute probabilis, aut obscura: q^o actus, qui indivisibiliter sit fides, scientiæ, et opinionis, absolute obscurus, et probabilis erit. Nego. contum. Disparitas est, q^a obitum unius præmissæ claræ, aut evidentis non est se solo motivum sufficienter connexum cum obito conclusionis, nec huius motivum sufficiens est: q^a conclusio syllogismi non habet pro motivo solam identitatem unius extremi cum tertio, sed utriusque simul cum eodem; hæc autem identitas solo obito utriusque præmissæ constituitur. Nunc, dum altera præmissa probabilis est, aut obscura, nihil minus, si conclusioni non communicetur certitudo, et claritas circa præmissam ignis obiectum; cum hæc in motivo conclusionis, nempe in identitate utriusque extremi cum tertio non contineantur.

At oppositum accidit in re vera: nam motivum evidens supponitur se solo sufficienter connexum cum assensu scientifico. Quare, sicut posset, si se solo moveret, refundere in assensum certitudinem, et claritatem, ita illas refundere potest, dum movet simul cum alio motivo aut probabili, aut obscuro: nam hæc coniunctio non debilitat, quin potius quodammodo corroborat motivi evidentis efficaciam, maxime dum motivum obscure proponens obitum, inimitur Divino testimonio, quod omnino infallibile est.

Obiicitur B: si

idem actus posset esse simul fides, scientia et opinio cur non sit possibilis entitas, quæ simul sit homo, et equus? cur item actus ille triplex non erit, cum in triplici specie collocetur? Sed invicem interrogo; si possibilis est actus voluntatis, qui simul sit obedientia, caritas, et religio; etsi possibile est peccatum, quod simul sit furtum, et sacrilegium, cur non erit possibilis entitas, quæ simul sit homo et equus? et cur actus ille honestus non erit triplex, et actus gravis duplex, cum ille in triplici, et iste in duplici specie constituitur?

Deinde r^o paritatem hominis, et equi nullam esse: nam (dubitante nemine) de essentia hominis est exclusio hinc ibi

titatis, quæ est diffæra specifica equi, et de essentia equi est exclusio rationalitatis, quæ tamquam specifica diffæra hominem constituit. At unde præ, similem exclusionem in re vera regerit? ad eam interrogationem r^o, actum illum esse triplicem solitur, q^a a triplici motivo eliceretur; realiter tamen unum esse, quia supponitur unus actus, qui ab eis indivisibiliter moveretur, id quod in exemplis apponitis adversarij dicere tenentur. Disputatio ultima de actibus voluntatis. Sectio I^a præmissa multiplici divisione actuum voluntatis de intentione et electione disputatur.

Disputat. Ultima

De actibus Voluntatis.

Admissa multiplici divisione actuum voluntatis, de intentione, et electione

Propria ac potissima voluntatis actus (qui est tendentia affectiva in bonum aut malum cognitum) propria, inquam, et 2^a communem sententiam adaequata divisio actus voluntatis est in amorem, qui est prosecutio boni, et in odium, quod est fuga a malo, amor subdividitur in amorem benerolentis, et concupiscentis. Dicitur benerolentis, cum respicit bonum in se sine respectu ad amantem, et, si ad personam, aut creaturam rationalem refertur, amicitia dicitur. Appellatur concupiscentis cum obitum et amanti commodum respicit. Exemplum priori amoris est dilectio Dei propter se ipsum; exemplum secundi est desiderium Beatitudinis propter desiderantis commodum. alij subdivisiones amoris in desiderium, gaudium, et amorem strictum; in amorem absolutum, et conditionatum, in amorem detratum, et indetratum, habentur in physica tract. I. disp. 4. sect. 1.

Ibi etiam dicebamus, appetitum illum esse efficacem, qui connectitur cum existentia rei, ad quam fertur. Unde amor ille erit efficax, qui cum obit existentia affective connectitur, ita ut ex modo tendendi sit incompatibilis cum impedimento existentis obit voluntati libero, aut cum sena volitione existentis illius. Ille autem amor erit inefficax, qui absque praedicta connexionione, et modo simplici in obitum tendit.

Sunt etiam species actuum voluntatis spes, desperatio, timor, audacia, tristitia, et ira. spes est desiderium boni ardui seu difficile asequibile; desperatio est fuga a bono, quod nimis difficile, seu impossibile apparet. timor est fuga a malo et venturo, vel a potente evenire. Audacia est electio mediis difficultibus, et arduis, contempto periculo imminente. Tristitia est detestatio mali quod a seipso apprehenditur et ira est desiderium vindictae, seu compensationis mali illati. Denique actus voluntatis dividitur in intentionem, et electionem. Intentio est amor finis, et electio est amor medii ad asequendum finem conducentis. Horum affectuum exempla sunt obvia; ideo, eis omisiss, circa istos.

Quaeritur 1^o an sint actus realiter distincti? R. 1^o cum communi sententia contra Plurimos et alios, dari posse intentionem ab electione realiter distinctam. Et quia saepe finis intenditur, quin detrata occurrant media, quae eligenda sunt. Unde supposita finis intentione saepe potest consultatio circa medium eligendum ad finem. In his autem eventibus distinguere potest, imo et debet, intentio finis ab electione medii. Dices: finis non intenditur, nisi quod asequibile est; est autem asequibile per media: quod non intenditur nisi cum amore mediorum, ac proinde intentio finis est amor mediorum, et consequenter electio.

Sed contra: q^a potest finis cognosci ut arsequibilis per media, que licet nondum appareant, creduntur non defutura; Num propter salutem intendit, nondum in particulari discernens, quoniam medicamine arsequenda sit. In hoc eventu, licet salutis intentio sit amor virtualis et virtualis electio aliquis medi; attamen non erit formalis amor mediorum; ac proinde nec formalis electio; q^a hoc tendere debet in media, que iam appareant, seu quorum determinata cognitio habeatur.

R^o E^o pore dari, et sepe numero dari intentionem finis, que sit formalis electio. Ita etiam Coris sententia contra D. P. Vazquez, Salas, et alios. p^r 1^a pars: q^a ponunt simul proponi intellectui finis, et medium detractum, necessarium que ad arsequitionem finis. Quis hoc negabit? Num autem n^o est, cur eodem actu simul amari nequeant, cum sint obia subordinata, et abunde intentio, et electio eorum tendendi modo nulla contrarietate dissideant. Et 2^a pars: q^a parum accidit, ut obium maale, et forte eodem actu attingantur; ut cum proximum, qui est obium maale Charitatis diligimus propter Deum, qui eiusdem virtutis obium forte est. Unde unico actu Deus simul et proximus attinguntur. Item, dum quis amat elemosynam propter gloriam Dei, eodem actu attingit utramque, quantum altera est obium maale, et altera obium forte. Atqui in his eventibus unicus actus est intentio finis, et formalis electio, cum unicus actus obium maale, (quale est medium) et forte (qualis est finis) amet: certum q^o est, sepe dari intentionem finis, que sit electio fortis.

Dices:

ideo eligitur medium, q^a intenditur finis: q^o intentio est causa electionis, a qua proinde discerni debet; non aliter ac conclusio necessario distinguitur a premisiis eo quod conclusio ponitur, q^a premisse ponuntur. R^o ly quia n^o denotare necessario causalitatem intentionis in electionem, sed meram prioritatem rationis; quo sensu dicimus, ideo amatur proximus, quia Deus amatur, quamvis idem actus sit dilectio Dei, et proximi. Vel dicitur, ly quia solum indicare, specialem tendendi modum, quo actus in media ut in obium maale, et in finem, et in obium formale fertur, qui modus tendendi cum identitate intentionis, et electionis coheret; si quidem nulla est contradictio in eo, quod eodem actu attingatur duplex obium, alterum ut maale, seu propter aliud, alterum ut forte, et propter se.

Nunc nulla est paritas adducta: q^a dicimus ex conceptu suo est realis motus, et progressio ab uno actu in alium, adeo que actuum pluralitatem necessario importat. Unde modus tendendi illativus, qui conclusioni

convenit, salvari nequit, nisi ea ex profuentibus promissis deducatur. At intentio, et electio talem progressum minime important ex conceptu suo, aliter Deo regnarent, sicut ei regnant discursus. Aliunde modus tendendi, qui intentioni, et electioni convenit actuum pluralitatem non importat necessario, ut proxime dicebamus.

2^o

3^o electionem formalem esse necessario intentionem. 2^a electio formalis est amor tendens in medium utile propterea utile et conducens ad finem consequendum; sed huiusmodi amor est amor finis, ut talis, seu propter se: 3^o electio formalis est finis in tentio: non enim aliud intelligunt A.A. intentionis nomine, quam amorem finis propter se et ut talis. Quia propter si electio formalis subsequatur, ut potest, intentionem quae talem erit intentio electiva derivata ab alia intentione non electiva, attinget quae finem tum immediate, quae in illum immediate fertur, tum mediate, quae media intentione propria finem amat. Advertendum hic, nomine electionis coherere designari actum ordinantem medium ad finem, sive medium sit unicum, sive seculum, licet P. Vazquez nimis scrupulose loquens asserat, electionem debere esse actum electivum unius ex pluribus mediis, quae eligi poterant.

Quaeritur 2: an sit possibilis.

Electio materialis: ita vocatur, quae amat medium quia bonum in se, et quia delectabile, sine respectu ad finem. talem electionem possibilem esse, asserit P. Ripalda cum paucis aliis. Moveretur 1^o: quia actus imperatus non debet respicere intrinsece motivum actus imperantis; sic quae, dum aliquis timore gehennae imperat sibi charitatis actum, hic actus non respicit motivum gehennae vitandae; aliter actus charitatis non esset. 2^o nec electio respicere debet motivum intentionis: quae potest tendere in bonum secundum se absque respectu ad finem intentum. Moveretur 2^o: potest medium propter utilitatem respectivam, seu bonitatem utilitatis in ordine ad finem habere perfectionem, et bonitatem absolutam: quae et potest propter hanc solam a voluntate eligi. Tandem moveretur: quae voluntas eo vi intentionis solum tenetur ad ea, quae ad finem obtinendum necessaria sunt, sed ad obtinendum finem sufficit si eligatur medium vere utile, quamvis non eligatur quae utile: quae voluntas intendens finem, non tenetur eligere formaliter medium, quae utile.

Quamvis hae argu-

menta probabilem reddant sententiam P. Ripaldae; communior tamen sententia, quae negat, possibilem esse electionem materialem, probabilior est, atque adeo tenenda. Ratio est: quae ad omnem electionem vere talem necessario praerequiritur cognitio utilitatis medii:

162
163
§ omnis electio vnicuique amat medium in quantum ad finem intentum utile est, at
que adeo omnis electio est fortis. Contra legitima est. Vel dicas, quo alio titulo cognitio
utilitatis presupponi debeat, cum amor non debeat supponere cognitionem obiecti, aut propositi,
quod non amat. Et ans: omnis electio vnicuique debet ex amore, et intentione finis, nisi forte
cum ea intentione identificetur, ceterum hęc electio finem intrinsece attinget, sed finis non
habet vim movendi nisi ad amorem obiecti, quod cognoscitur ut utile, ad assecutionem ipsius:
§ ut ad electionem moveatur, cognitionem utilitatis medii prerequisite. § hęc cognitio ad omnem
electionem necessario prerequisite.

Explicatur: qui finem efficaciter intendit, hac intentio
ne cogitur ad querenda ponenda que media utilia, quin possit aliquid ponere, nisi cog
nita utilitate, et conducentia illius ad finem intentum, si enim sola cognitio delectabili
tatis precedat, hęc non tam ad mediorum electionem, quam ad eorundem intentionem
movebit. § qui finem efficaciter intendit, dirigi, ac moveri debet a cognitione utilitatis,
ut medium eligat: § per electionem ipsam debet amare formaliter utilitatem medii, seu
medium quod utile, nam cognitio utilitatis nequit movere ad positionem medii, nisi medi
ante utilitatis amore, sicut cognitio finis nequit movere ad finis assecutionem, nisi me
diante amore bonitatis, que per eam cognitionem representatur.

Rationes pro contraria parte
sic dicitur. Ad 1^{am} nega. Incommoditas est: quia actus imperatus detrahatur ab impe
rante, pure physice eo videlicet pacto, quo voluntatis imperia ad executionem externam de
trahere solent. Unde, sicut executio externa non debet respicere motum imperii, licet denomi
native, et extrinsece dicatur esse ob tale motum, sic etiam actus charitatis timore gehen
ny imperatus, timoris motum intrinsece attingere non debet, quamvis extrinsece, denomi
native, et impropre ob tale motum esse dicatur. At vero electio detrahatur ab intentione
media cognitione utilitatis medii ad finem intentum, ac proinde opus est, ut attingat medi
um tamquam utile ad finem obtinendum: nam voluntatis affectus debet intrinsece ferri
in obiectum cognitionis, que ad ipsum per se, directe, et immediate movet. Si autem electio
attingit medium tamquam utile ad finem obtinendum, finem ipsum respicere debet, et
eo se patet, et ab adversariis conceditur.

Ad 2^{am} concesso anti, dicatur, supposita semel ef
ficaci finis intentione, non esse integrum voluntati eligere medium, nisi propter eiusdem
utilitatem, et conducentiam, ad finem. Quod si forte voluntati innotescat propter illud medium
plura alia suggerere, quibus finem assequi valeat; et intentio non presentat tempus ac

secutionis finis, tunc poterit quidem voluntas medium illud amplecti, nullo habito respectu ad finem; actus autem, quo illud amplecteretur, non tam erit electio medii, quam huius intentio, ut nuper notabamus. Si vero intentio finis efficax non sit, poterit utique voluntas vel amplecti medium, vel illud non amplecti; quod ex vi intentionis inefficacis non tenetur illud, nec aliud medium eligere. Semel autem posita efficaci finis intentione, et huius motione in electionem medii, electio non poterit non respicere intentionis motivum: aliter enim motus finis in electionem medii incongruibilis erit.

Ad 3am concessa maiori, ad minorem dicitur, ad obtinendum finem casu, et propter intentionem, non esse propriam electionem fori medii propter utilitatem, sicut vero ad illum ex proposito, et intentione obtinendum. Etenim finis nequit ex intentione obtineri, quoniam voluntas hic, et nunc ex ea intentione ad electionem medii moveatur; motio autem ista intelligi non potest, quoniam electio motivum intentionis, et medii utilitatem intrinsece respiciat: si quidem intentio media cognitione utilitatis medii ad huius electionem moveat; cognitio vero utilitatis non dirigit immediate ad externam medii executionem, sed mediante amore, qui in medium ut utile ad finem obtinendum feratur.

Inquitur 3o utrum intentio propria libertatem electionis tollat. 1o quando plura media suppetunt, electionem in particulari liberam esse: quod posita intentione efficaci, aliquod medium eligi, sed non hoc pro illo necesse est. Sic licet libertas in actu sit necesse vaga ad amorem, odium, vel omissionem; quodvis tamen ex his extremis liberum manet. si vero medium sit unicum, tunc supposita intentione efficaci, electio evadet necessaria, saltem quoad substantiam, quamvis possit adhuc esse libera quoad circumstantias temporis, aut loci, si videlicet intentio eas non debet.

Inquitur tandem, utrum intentio efficax finis sit amor saltem virtualis, medii unius, et necessarii, quod non praevidetur absolute existens. Hae questio a Theologis disputari solet sub hoc titulo, utrum Deus ante absolute proprium peccatum Petri 3o. praedestinare possit, aut efficaciter intendere eiusdem penitentiam, quae tale peccatum necessario presupponat. In qua questio negat consentientia contrarium cum Ex. D. lib. 3. de praedest. c. 8. eo quod talis intentio erit amor saltem virtualis peccati; qui certe amor Divinam Bonitatem dedecet. 2o non quae huiusmodi intentio huiusmodi est, intentio efficax finis est virtualis amor medii unius, ac necessarii ad finis executionem, quando tale medium ante intentionem praecognoscitur, et absolute existens non praevidetur.

Ratio est: q^a intentio efficaci finis est intrinsece incompatibilis cum odio efficaci medii mi-
ci, ac necessarij ad finis executionem. Alioquin, si cum tali odio incompatibilis non esset, pos-
set amari efficaci finis, et odio efficaci haberi medium ad eius executionem unicum
ac necessarium. Unde et posset finis efficaci amari, et pariter amari carentia medii mi-
ci, ac necessarij ad finis executionem: nam, dum medium unicum ad finem odio efficaci
habetur, talis medii carentia amore efficaci amatur. Quis autem n^o videat, rezugnare, ut si
mi efficaci ametur, et pariter ametur carentia medii mi, et necessarij ad ipsum. ² Alii
cum talis medii carentia inferat essentialiter carentiam finis posset quis simul amare
efficaci finem et carentiam finis ex carentia medii mi, et necessarij ad ipsum essentiali-
ter illatam: huc apud oes n^o certa.

Sed nisi intentio efficaci finis sit virtualis

lis amor medii mi, ac necessarij ad ipsum, ea incompatibilis n^o esset cum odio effi-
caci talis medii: q^o intentio efficaci finis est virtualis amor medii mi, ac necessarij ad ip-
sum. Minor subsumpta inde constat, q^a nulla alia ratione amor Petri n^o excludit odium
Pauli, nisi q^o amor Petri nec virtualis amor Pauli est. Dicit in resolutione questionis, quan-
do tale medium absolute existens n^o pr^ovidetur: nam, si coexistens pr^ovidetur, certum est
nullo modo debere amari per finis intentionem; alioquin n^o posset Deus, vel pot^o primum
absolute peccatum, p^onitentiam efficaci intendere. Accipe rationem cur id, quod nunc nunc
dictum est, certum sit; Intentio finis ex conceptu suo est amor procuratorius existentis finis:
q^o et existentis mediorum: q^o solum debet amare media, quae n^o supponuntur existere: frustra
enim procuraretur medii coexistentia, quae iam supponitur. Sed de his Theologi latius. Sect.
2^a an sit possibilis pura ommissio libera in voluntate creata.

Sectio II^a An sit possibilis pura ommissio libera in voluntate creata?

Possibilem esse puram ommissionem necessariam, extra dubium est: si enim Deus, ut po-
test, oem suum concursum suspendat circa voluntatis actus, aut voluntatem priveret
cooperatione ad operandum necessaria, ea necessario omittet, seu oem actum suspendet.
q^o vixit controvertitur, an voluntas instructa vobis pr^orequisitis ad amandum, q^o possit
actum amoris ommittere, illum se n^o elicere, ita ut neque eliciat odium illius obij, quod
n^o amat, nec volitionem illud amandi, alium se actum cum amore incompatibilem.
Etenim puritati ommissionis n^o obstant alii actus, qui cum amore compati valeant. Lu

Puram omissionem liberam in sensu exposito impossibilem esse contendunt plures doctores cum Calmanti et Poneto disp. 3. de peccatis artic. 3. his consentiunt et nostri Emis. Lugo et Palavicinus, Spanna, Alderete, Synceus, Quino et plures. V. illam vero possibilem esse defendunt Cos. D. D. Molina, Valencia, Murtao, Ligalda, Obiedo, quibus accedunt aliqui Theologi cum Th. Araujo 1. 2. q. 5. artic. 5. dubio 1. & Feria sententia, ubi hęc habet, disceptuli Thomę ceteri cum suo Doctore nostram sententiam sequuntur.

In hac subtilissima quęstione quam pro dignitate exagitatam Theologia tradet, 2^a sententia amplectenda est, et quę contraria argumenta non convincunt, et oportebat in quęstione de possibili; et quę directe rationes adsunt satis valide, et iam ostendo, duas in medium adducendo, et quamdam eiusdem consonantiam, quę ad homines contra Theistas effrati pertrahendo. 1^a pro hac sententia ratio inde sumitur, quod 2^a omnes Philosophi duplex est in voluntate libertas, nimirum altera contradictionis, et altera contrarietatis; sed negata possibilitate purę omissionis liberę, nulla esset contradictionis libertas: quę pura omnino libera possibilis est. Prob. min. negata possibilitate purę omissionis liberę, non est in voluntate libera facultas ad amorem igitur et non amorem, seu puram omissionem amoris; sed solum est facultas ad ponendum amorem, quę illam impediendum medio aliquo actu positivo incompatibili cum amore; sed hęc est libertas quę contrarietatis, et nullo modo contradictionis, cum inter actus contrarios non vero inter contradictorios veretur: 2^o negata possibilitate purę omissionis liberę, nulla esset in voluntate libertas contradictionis.

Respondent adversarii, voluntatem nostram, et si pure omittere non possit, esse tamen liberam tum libertate contrarietatis, quę potens est amorem, et odium ponere; tum libertate contradictionis, quę potens ponere amorem, et huius abolitionem, a qua omnisio amoris causatur. Sed certe, cum amor, et volitio amoris sint actus positivi, non secus atque amor, et odium, nescio cur ista libertas pro alia contradictionis dici mereatur. Quoniam tamen amor et odium a quo etiam omnisio amoris quodammodo causatur, idem obiectum respiciunt; amor autem et volitio amoris ad diversa obiecta terminantur, libertas ad amorem et odium, libertas contrarietatis absolute dicitur; libertas autem ad amorem, et abolitionem amoris libertas incompatibilitatis merito nuncupatur. Quoniam, quia amor, et volitio amoris sunt positive accidentales in eodem subiecto incompatibiles, contrarię potius, quam contradictorię assimilantur.

Deinde, et penitus percludatur effugium ratio nostra in hunc

modum roborari. Potest voluntas esse libera ad amorem, dum caret libertate ad alium actum positivum cum amore incompatibilem: q^o potest esse libera ad quamvis amorem omissionem. Contra liquet, et ante pr: potest voluntati proponi bonitas obiecti finit^o sine cognitione malit^o aut alterius obiecti. In hoc certe nulla apparet implicatio. Sed tunc voluntas esset libera ad amandum illud obiectum, et caret libertate ad oem alium positivum actum: q^o potest voluntas esse libera ad amorem dum caret libertate ad actum cum amore incompatibilem. Minor quoad 2^{am} partem est certa; q^a voluntas n^o est libera ad aliquem actum dum cognitione ad illum caret, ut in eventuposito careat: proponimus enim solam bonitatem obiecti finit^o voluntati representari. Quoad 1^{am} partem facile pr: voluntas in eo eventu posset amare obiectum illud, cuius bonitas ei proponitur, ut ex se patet: aliunde posset illud n^o amare, q^a nulla bonitas finita, imo nec infinita bonitas abstractivae tantum cognita ad amandum cogit, et oes coiter fatentur: q^o voluntas in proposito eventu esset libera, et illud obiectum amaret.

2^a n^o sententiae ratio sic effatur. In opposita sententia imperceptibilis est in voluntate libere amante potestas ad impediendum amorem: q^o opposita sententia falsa est, et n^o vera. Pr^o ante: in opposita sententia, dum voluntas libere amat solum potest impedire amorem medio aliquo actu positivo, qui cum amore incompatibilis sit; sed h^o potestas imperceptibilis est, si ea sententia verum teneat: q^o si ea sententia vera sit, imperceptibilis est in voluntate libere amante potestas ad impediendum amorem. Contra est legitima; maior ab adversariis conceditur; et autem minor suadeatur, ponamus actum illum positivum medio quo impediretur amor esse odium: nam eo modo, quo de isto actu discurramus, de alio quocumque incompatibili cum amore discurrere fas est.

hoc posito, sic casu minorem statuo. Potestas ad impediendum amorem medio odio, esset potestas, et odium existeret, antequam amor esset formaliter impeditus, et exclusus. Patet: q^a si formalis impeditio et exclusio amoris deberet fieri medio actu odii, talis actus deberet intelligi formaliter existens, prius quam illa formalis exclusio intelligatur per ipsum causata, aut quasi causata; atque adeo potestas ad istam exclusionem, et ad impediendum amorem per eandem, esset potestas et odium existeret, priusquam amor esset formaliter impeditus, et exclusus, q^o potestas ad impediendum amorem medio actu odii esset potestas, nominis odii intelligeretur formaliter exclusa pro priori ad exclusionem amoris. H^o contra legitima est: q^a sicut quodvis contradictorium est formaliter exclusio alterius, ita in eo signo

in quo intelligitur odium, huius omisio debet intelligi formaliter exclusam; ac proinde, si odium intelligi deberet existens in signo aliquo anti ad exclusionem amoris, in eo signo deberet intelligi formaliter exclusam omisio ipsius odii. Unde hęc omisio deberet intelligi formaliter exclusam in signo priori ad exclusionem amoris.

Nunc ita progredior. sed impossibile est in opposita sententiā, omissionem odii intelligi formaliter exclusam in signo priori ad exclusionem amoris: q̄ in eadem sententiā imperceptibilis est in voluntate libere amante potestas ad impediendum amorem medio actu positivo, qui cum illo incompatibilis sit. Et min. subsumpt: impossibile est, ut effectus, aut quasi effectus intelligatur formaliter exclusus, antequam intelligatur exclusam causa, aut quasi causa, quę illum antecedat, et cum eodem connectitur; sed in opposita sententiā amor est causa, aut quasi causa omissionis odii, hanc omissionem antecedens, et cum eadem connectitur: q̄ impossibile est, omissionem odii intelligi formaliter exclusam antequam intelligatur formaliter exclusus amor: q̄ et impossibile est, omissionem odii intelligi formaliter exclusam in signo priori ad exclusionem amoris.

Sed ad hominem contra Athonas sententiā nrā comparatur: si posita voluntate in actu 1.º sufficienti ad amorem, Deus neget, et potest, physicam prædeterminationem ad amorem, et ad omnem actum positivum cum amore incompatibilem dabitur quæra omisio amoris, ut negare nequeunt. Sed ea quæra omisio esset libera: q̄ talis omisio possibilis est. Prob. num. tunc voluntas haberet potestatem liberam antecedentem ad amandum: si quidem defectus ille prædeterminationis ad amorem ex Athonas si tollit potestatem liberam et antecedentem ad amandum. Sed omisio amoris in voluntate habente potestatem liberam, et antecedentem ad amandum est omisio libera: q̄ minor patet: q̄ ea omisio a tali voluntate impediri posset: posset enim talis voluntas amare, et amore omissionem impedire. Omisio autem, quę a voluntate impediri potest, imperceptibilis atque adeo libera est. Sectio 3.ª Argumenta solvuntur.

Sectio 3.ª Argumenta Solvuntur.

Obicitur 1.º voluntas libere omittens, reducitur ad actum 2.º, per quem eius indifferecia in actu 1.º detratur: q̄ aliquem actum ponere debet. Aliquo ans: reducitur ad actum 2.º negativum, concedo ans: ad actum 2.º positivum, nego ans: et sub eadem dis

165
166
tinctione concedo aut nego contram. Homo, cum pota libera ex conceptu suo sit facultas agendi, et non agendi, duplex illi exercitium, sive actus 2^{us} immediate respondere debet, nimirum agere, et non agere, seu omittere. Alterum exercitium est positivum et respondet voluntati pro ut actus, sive pro ut potenti agere; alterum est mere negativum et respondet voluntati pro ut suspensivum seu pro ut potenti non agere, vel omittere. Nunc dum voluntas libere omittit, ipsum non agere merito dici potest exercitium, sive actus negativus, qui licet ab ea proprie egredi non valeat, eidem tamen imputatur, quia talem actum impedire posset.

Quid ergo (interrogas) per eam omissionem superadditur actui 1^o voluntatis? R^o. nihil positivum addit, sed meram carentiam et omissionem actus. Unde voluntas non remanebit in actu pure 1^o; quia voluntas in tali actu nec dicit actum, nec eius carentiam, sed inpositionem ab utroque extremo libertatis. Quod dum intelligitur cum omissione, intelligitur cum aliquo quoad eam parte actus 1^o non intelligitur. Sic dum magis 1^o indifferenti pro priori ad gratiam et eius privationem additur pro posteriori per privationem, cuius indiffra detrahitur, et magis in puro actu 1^o non remanet. Sic etiam in diffra animae ad recipiendam gratiam detrahitur per gratiae negationem, et anima in actu pure 1^o non remanebit, si gratia pro posteriori a Deo denegetur.

Obiicitur 2^o. pura omisio libera deberet esse voluntaria, aliunde voluntaria esse non posset quod implicatio est. minor pro 1^o. omisio non posset esse a voluntate cum cognitione finis, pro ut ad voluntarium requiritur. C^o. de voluntarium est vitale: est enim pro ut vitalis exercitium; pura autem omisio vitalis esse non valet. 3^o. pura omisio libera est carentia omnis voluntari: quod voluntaria esse non potest, sicut carentia lucis lucem esse nequit.

Distinguo maiorem argumenti: deberet esse voluntaria extrinsece et denominative, concedo: intrinsece et electivae: nego maiorem et distingo eodem facto minorem non posset esse voluntaria intrinsece et electivae, concedo: extrinsece et denominative, nego minorem, et contram. Unde ad 1^{am} et 2^{am} minoris probationem dicito, expressionem a voluntate cum cognitione finis, et vitalitatem solum esse de conceptu voluntari intrinseci, et electivae, minime vero de conceptu voluntari extrinseci et denominativi, quod solum in pura omissione libera reperitur. Ad 3^{am} similiter respondeo, puram omissionem liberam esse carentiam omnis voluntari intrinseci, non vero omnis voluntari pure denominativi: nam hae voluntarietas reperitur in quocumque immediate impedibili a voluntate, etiam si mere negativum, et carentia sit. Ratio autem lucis (per gratiam respondeat) in sola entitate positiva reperiri

valet.

Ne autem data solutio et huius exhibenda explicatio gratis conficta appareat, au-
diatur Ang^l Mag^o q^o 2 de malo quæ est de peccatis art^o 1. ad 2^{um} sic loquens, ali-
quid dicitur esse voluntarium non solum, quia cadit sub actu voluntatis, sed quia cadit
sub potestate voluntatis: sic enim et ipsum non velle dicitur voluntarium, quia in potestate
voluntatis est velle et non velle, et similiter facere et non facere. Item 1^a Et q^o 6 art^o 3.
in argumento sed contra inquit illud cuius domini sumus, dicitur esse voluntarium;
sed nos domini sumus eius, quod est agere et non agere; velle et non velle: sicut agere et
velle est voluntarium, ita et non agere et non velle. Nactenus Thom^o confans id ipsum in
corpore artic. per hęc verba, voluntarium dicitur quod est a voluntate; ab alijs autem
dicitur esse aliquid dupliciter: uno modo directe, quod scilicet procedit ab aliquo in quo
antum est agens, sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte ex hoc ipso quod non agit,
sicut summærisio navis dicitur esse a gubernatore in quantum desinit a gubernando.

3^o duplex est

genus voluntarij: aliud intrinsece, et elicitive; aliud extrinsece, et denominative. Volun-
tarium intrinsece, et elicitive, est quod positive elicatur a voluntate ex motione finis; et
q^o elicatur ab ea quatenus agens est, dicitur ab Angelico Mag^o voluntarium directum.
Nec pacto omnis actus positivus voluntatis voluntarius est. Voluntarium denominative, et
extrinsece est id, cuius positio, vel exclusio immediate subiacet dominio voluntatis; et
hec voluntarietas dicitur extrinseca, q^o constituitur per dominium voluntatis in actu 1^o q^o
ei exercitio extrinsecum est, et ab eodem Ang^l Mag^o vocatur indirecta, q^o est a voluntate
et non agente, et potente excludere ipsum non agere. Nunc omissio pura hac 2^a volunta-
rietate gaudet, quæ in omissione necessaria (et quamdam reflexam provocat) non regenti;
q^o talis omissio non subest dominio voluntatis; alioquin libera esset. Unde licet necessitas co-
hæreat cum voluntarietate intrinseca, et patet in amore Beatifico, qui ita necessarius est,
et intrinsece voluntarius existat, non tamen cohæret cum voluntarietate extrinseca, cuius
solum sola omissio pura cogens est.

Nunc vitemus (et alia reflexa provocetur) licet omis-
sio inducta ab actu positivo possit esse mediate voluntaria, quum sit mediate libera (ta-
lis erit omissio odii Dei inducta a voluntate necessaria, qua quis velit odium Dei omitti-
re) pura omissio non potest esse immediate voluntaria, quin sit immediate libera. Dis-
paritas est: q^o omissio odii Dei reflexe amata habet, inde voluntarietatem me-
diatam sine libertate participet, nimirum a sui voluntate, quæ potest esse volunta-

voluntaria, quoniam sit libera. At Omissio pura, siue ab actu positivo non inducitur, si titulo libertatis (eo nempe quod a voluntate immediate impedi non valeat) voluntarietatem extrinsecam non habet, cum aliunde non sit intrinsece voluntaria, et voluntarietate carebit.

Obiectus 3: implicat puram omissionem esse ob aliquod motum, aut finem: quod ad eam se nequit voluntas detrare: voluntas enim ut pote rationalis potest, nequit se detrare nisi ex aliquo motu aut fine. Et contra: pura Omissio nullam tendentiam, aut respectum intrinsecum in finem habere potest: neque ab eo specificari valet: quod non potest esse ob aliquod motum aut finem. Constat 1: possunt voluntati simul proponi duo motiva inter se incompatibilia. Vg. venatio, et ludus, quibus ad omissionem sacri in die festo alluciat, et irritetur. In hoc eventu (in quo voluntas omissionem sacri omittat) Omissio sacri fieri nequit ob utrumque illud motum simul sumptum: cognoscitur enim evidenter, utriusque simultatem impossibilem esse. Aliunde fieri nequit ob aliquod in particulari: quod pura Omissio unum potius quam aliud ex se non respicit. Satis quod Omissio sine motu erit, atque adeo detraas voluntatis non erit. Constat 2: nullum exercitium libere esse potest sine coactione dirigente; sed cognitio ad puram omissionem dirigere non valet: quod si minor cognitio nequit aliter dirigere, quam proponendo obicem, ut odio, vel amore dignum: quod ad solum odium, vel amorem dirigit; ac prout ad puram omissionem dirigere non valet.

Ad argumentum aliquo contra: implicat esse ob aliquod motum positivum, ac directum, concedo contra: ob motum negativum, indirectum, seu pure permissivum, nego contra et constam. Ad contra probationem. Aliquo contra: quod non potest esse ob aliquod motum, quod ab omissione intrinsece respiciatur, concedo: quod ad omissionem indirecte, et permissivie moreat, nego constam. Quod pura Omissio ut pote que est exclusio omnis tendentis et respectus in motum, nullum motum intrinsece respicit; Verum quod bonitas obici sic ad amorem irritat, ut non compellat amare, permittit, seu non impedit omissionem; et hoc est, dari motum, quod ad omissionem indirecte, et permissivie moreat. Sic ex eo quod Deus ita velit actum libere honestum, et inhonestum non impediat, dicitur, cum actum inhonestum pure permissivie velle. Voluntas itaque, quod rationalis potest, indiget motu directe et positivie morente, et ad agendum se detret; minime vero ut se ad non agendum detret: ad hoc enim satis est, quod nullo motu compellatur agere: quod tunc, si rogetur cur non agat, seu cur amorem omittat, hanc rationem reddere valet, ideo non amo. Sedum quod ab eius bonitate non compello amare.

Ad 1^{am} contraonem 1^o omissionem n̄ esse propter motiva invitantia, nec propter
vllum motivum: q^a ly propter indicat intimam in motivum tendentiam, quæ cer-
te in omissionem n̄ cadit. Sic 1^o ex motivo pure permissivo; quod n̄ est, tale motivum
respici ab omissione, seu hanc propter illud esse, sed vice est a motivo n̄ impediri.
Quo circa omisio solutionis sacri n̄ est propter ludum aut venationem, sed ideo ea omis-
sio ponitur, q^a bonitas auditionis sacri n̄ est motivum compellens ad audiendum sa-
crum, sed eam n̄ auditionem permittens. Legatur Ang^l Mag. Louis citatis, et in 2^o d^{ist}.
35, q^o 1. artic. 3; legatur etiam Eco^l D^o lib. 12 de gratia c. 2.

Ad 2^{am} contraonem dis-
quo maiorem: nullum exercitium libentium esse potest sine cognitione dirigente aut permis-
sive, aut positive, concedo: sine cognitione dirigente positive nego maiorem, et distinguo similit^r
minorem: dirigere positive n̄ valet, concedo: permissive, nego minorem et contra q^o nullum ex-
ercitium voluntatis sine positivum, siue negativum esse valet sine cognitione dirigente; hoc ta-
men discrimine quod exercitium positivum requirit cognitionem positive dirigentem ad ipsum,
scilicet cognitionem, quæ ad illud voluntatem moveat, et allinat negativum vero solum requi-
rit cognitionem permissive dirigentem id est ita moventem ad actum, ut eius omissionem
non impediat; per id enim eam omissionem permittet. Unde probatio minoris eadem distinc-
tione excipienda est: nam, licet cognitio nequeat aliter dirigere positive, quam proponendo
obitum, ut odio, vel amore dignum; dirigere tamen permissive valet ita illud propo-
nendo, ut neque eius amorem, neque odium ponere compellat. 1^{um} directionis genus amo-
rem, aut odium infert, 2^{um} vero cum omissione coheret.

Replicat acutus quidam Leo.

Omissio auditionis sacri ex se ipse n̄ respicit motivum indirectum, ac motivum
directum: q^o ideo dicitur esse ex motivo indirecto (nempe ex bonitate finita quæ res-
plendet in amore sacri) q^a representationi talis bonitatis coexistit: q^o ut dicatur esse ex
motivo directo satis erit, quod representationi talis motivi coexistat, scilicet representatio-
ni bonitatis iudi. 2^o incompatible cum amore sacri q^o si simul proponatur duplex
bonitas incompatible cum amore sacri bonitas 1^o iudi, et venationis, et voluntas
omittat concebitur omittere propter illas bonitates incompatibiles atque adeo argumentum
nuper factum redibit. Concedo anti, distinguo 1^{um} Cons: q^a illius representationi et cum
que coexistit, negetur: q^a coexistit ei representationi directe moventi ad amorem sacri
concedatur: et eodem modo distinguatur 2^{um} Cons: q^o ut dicatur esse ex motivo directo
satis erit, quod representationi talis motivi coexistat, si illa representatio: ad amorem

165
168
sacri directe moveret permittatur. Cons: si ea representatio ad amorem sacri directe
non moveat, uti reversa non moveat, sed potius ad amorem Iudi negetur & est ista causa.

Imo
vere permittitur, et indirecte ad omissionem aliud non est, quam ad amorem non con-
gellere et omissionem permittere. Unde, ut venificetur bonitatem auctorem sacri ad huius
omissionem permittitur movere in actu 2.º (quod est omissionem esse ex motivo indirecto)
sufficit, quod ea bonitas cognoscatur ita alliciens ad amorem; ut ad eum non impellat, sed
eius omissionem permittat. Movere autem directe est directe, et propter se attingi, atque
adeo illud est motivum directe in actu 2.º movens, quod in actu 2.º propter se amatur.
Quocirca ad motivum directum in actu 2.º non sufficit coexistencia exercitii libertatis
cum cognitione motivi, nisi exercitium ipsum intrinsece in illud motivum tendat. Ali-
ius autem tendentis incapax pura Omissio, et consequens est incapax motivi directi.
Igitur licet Omissio coexistat representationi bonitatis Iudi; quod tamen huc bonitas non mo-
vet in actu 1.º ad amorem sacri, sed potius ad amorem Iudi Omissio sacri non potest esse
ex motivo Iudi, vel pura Omissio non est: nec enim esse potest ex tali motivo quin ama-
retur Iudus ad cuius amorem directe allicit, et cuius Omissionem permittit. Omissio
autem sacri ex amore Iudi Omissio pura non est.

Obicitur 2.º actus positivus est perfec-
tio voluntatis: quod nequit a voluntate per puram Omissionem impediri. Pro contra: a-
nulla causa impediri valet ea positiva entitas, quae illius perfectio est nisi per aliquid
quod eam perfectionem compenset: quod cum pura Omissio perfectionem compensare non va-
leat, talis esse nequit, ut voluntas impediat per eam positivum actum, qui eiusdem vo-
luntatis perfectio est. Constat: id solum quod positivum est esse valet effectus formalis
causae formalis positivae: quod id solum quod positivum est, potest esse actus 2.º et effectus
causae efficientis positivae, sed voluntas est causa efficiens positiva: quod id solum, quod positi-
vum est, illius effectus et actus 2.º esse valet; ac proinde talis esse nequit pura Omissio, quae
ab eo positivo distinguitur. Constat iterum: voluntas propendet innate in suos actus: sed
appetitus innatus, licet tendere valeat in actus positivos in negativos tendere non valet:
quod voluntas nequit in puram omissionem tendere.

Ad argumentum, concessio anti ne-
getur causa, ad cuius probationem doctrinam illius veram esse in causis mere necessa-
riis, quae ex directione Auctoris nunquam semper appetant, quod sibi melius est; minime ve-
ro in causis liberis, quae ratione domini libertatis possunt, uti et minus bonum eligere

ita et se met ab oi perfectione superaddita privare. Si enim voluntas, quia libera, potest
amorem Dei super oia impendere per positivam amoris volitionem, quae certe positivam
illius amoris bonitatem non compensat, quid ni et possit ex eodem libertatis capite ab oi ac-
tu cessare? Insuper hae cessatio libera omnimoda perfectione non caret, quia licet foris
perfecta non sit, est arguitive perfectio, quatenus arguit ex parte potentiae dominium liber-
tatis, in quo pota libera potentias mere necessarias convergat.

Ad 1^{am} contraionem, concedo
etiam anti, neget contra, si ut in presenti euenit, de pota libera sermo sit. Loco ideo anti est
verum, quia effectus finalis, saltem primarius, cause formalis ex ipsa formali causa constitui-
tur. Unde, si hae positiva sit, ille negativus esse non valet. Causa autem efficiens libera, quia
potens est efficere, et simul est potens non efficere, respicere potest pro actu 2^o et pro effectu, cum
quo non identificatur) coexercitium positivum, et etiam negativum. Respiciet 1^{um} quia efficere potest;
respiciet quoque secundum, quia potest non efficere.

Ad 2^{am} contraionem, appetitus innatus vo-
luntatis in actu 1^o est summum ens in actus positivus, non vero in omnes etiam negativus.
Quo circa in isto innate non propendebit. sed quid inde? An ideo ille appetitus innatus ad
actus positivus (si forte detur) coget voluntatem ad coexercitium alicuius ex ipsi? nihil minus
alioqui libertati Contrarius eret, quia voluntatem trahere deberet ad actum meliorem inde
habet, quae appetitus innatus natura conditio est. Non ideo voluntas pure omittere, aliquam
violentiam innatam sibi inferret? transeat; quia nihil hinc absurditatis est, aut aliquid
quod eiusdem voluntatis dominium libenum transcedat.

Obiicitur 5^o stante precepto hic
et nunc obligant ad charitatem amoris Dei, nequit dari iura omnino illius amoris
quae iura omnino imponibilia est. Et anti: si stante obligatione talis precepti, dari poterit iura
omnino illius amoris, vel hae ommissio peccaminosa non est, quod absont, vel tantae gra-
vitatatis est, quam nec Deus ipse discernere satis possit, et pro demento eam puniat, quod
etiam absontum est. Sed ita futurum inde pro, quia gravitas omissionis pensanda est ex
amoris volitione, cui equivaleat; sed volitio, et pote quae potest esse variae intensi-
onis, et propter vana motiva, detrahi non potest, quae et quanta sit; nec malitia, et gravitas omissionis
detrahi poterit.

Neque anti, ad cuius probationem 7^o omissionem illam peccaminosam fore
et aliunde tantae gravitatis, et iure a Deo puniri poterit. Loco omissionis gravitas de-
trahenda non est ex volitione amoris, quae foret, sed tantum ex obligatione voluntatis innatae

in actu h^o ad amandum; quae obligatio certa et determinata est. q^o omisio amoris est mala, n^o quia equivaleat nolitioni in intentione in respectu ad hoc aut aliud motum, sed q^o nolitioni equivaleat in effectu negativo excludendi absolute amorem; in quo effectu oēs nolitiones positivae pares sunt. Exclusio autem amoris tantae malitiae est, quantum est debitum amandi, cui opponitur, et quod relate ad Deum certum et detratum est.

Obicitur tandem: voluntas est libera ad infinitos actus, quos disjunctive efficere potest: q^o si oēm actum omittat, dabuntur in voluntate infinitae carentiae. Disquisitio: dabuntur infinitae carentiae, sumptis by dabuntur stricte, et proprie, nego: sumptis improprie quatenus idem sonat, ac n^o dabuntur in voluntate infiniti actus, concedo; verum id ab adversariis etiam concedendum est, quia et si voluntas omittat eos infinitos actus per nolitionem reflexam dabuntur in voluntate infinitae carentiae eorum actuum quatenus actus ipsi n^o dabuntur.

Notandum hic ut alia argumenta solvantur, omissionem amoris. V.g. n^o potest esse immediate libera, nisi quando pura est, id est q^o coniungitur cum carentia omnis actus incompatibilis cum amore. Ratio est, q^o omisio nequit esse immediate libera, nisi q^o datur carentia necessitatis antecedentis ad ipsam; sed ois actus cum amore incompatibilis est necessitatis ante omissionem. q^o h^oc nequit esse immediate libera, nisi quando coniungitur cum carentia ois actus incompatibilis cum amore. Maior est certa, et minor p^o ois actus incompatibilis cum amore, necessario connectitur cum omissione amoris, q^o est necessitatis ad talem omissionem; sed nec ipsam omissionem consequitur, (quoniam omisio amoris n^o est causa, cur actus ille existat) nec aliunde iure concomitantes se habet cum omissione, q^o omisio amoris existere potest, quin actus ille ponatur) restat q^o ut talis actus sit necessitatis ad omissionem, et eam antecedit. Nunc, dum scimus omitteri a voluntate et ratione actum incompatibilem cum amore, n^o nisi unum peccatum datur, q^o omisio, ut pote n^o libera immediate, n^o aliud est peccatum, quam ut ab eo actu inducta, ac prout simul cum ipso unum peccatum constituit. Sectio 2. Quid sit libertas voluntatis, et an sit eius actibus intrinseca.

Sect. 2.
Quid sit libertas voluntatis, et an sit eius actibus intrinseca.

Libertas, quod ad praesens attinet, alia est a coactione, alia a necessitate. 1^a reperitur in

actibus voluntatis, qui sponte, et absque violentia eliciuntur. hoc modo liber est amor Beatificus, licet necessario fiat, q^a sponte, et absque ulla violentia efficitur. Et in eodem sensu producit Spiritus Sancti, quamvis necessaria sit, a Scoto et aliis gravissimis Theologis libera dicitur: est enim operatio spontanea, et ab omni violentia prorsus aliena. q^d hęc libertas cum voluntate recurrit, atque adeo oēs actus voluntarii (quales s^ut predicti) sunt liberi a coactione. Libertas a necessitate, quę et indifferentis dicitur, est ea, qua voluntas elicit actum cum potestate illum omittendi. Et de hac sermo in presenti habendus est.

Eam in nobis dari adeo certum est, ut probatione non eget; et solum illam ad meritum, et demeritum sufficere, tenent Catholici oēs, maxime postquam prescripta est ab Ecclesia. 3^a Jansenii Propositionio, in qua assererat, ad meritum et demeritum in statu n^{ost}re lapsę libertatem a necessitate non requiri, sed libertatem a coactione sufficere. Libertas a necessitate definitur, facultas, seu potestas, quę, positis oibus prerequisiteis ad agendum, potest agere, et non agere, id est quę plenam in actu 1^o sufficientiam simul habet ad ponendum actum, et illum omittendum. Quod si voluntas (cui soli hoc genus libertatis convenit) indifferentis sit ad actus contrarios, ut ad amorem et odium eiusdem obiecti, habet libertatem contrarietatis; si vero tantum indifferentis sit ad actum, et eius omissionem, libertatem obtinet contradictionis.

Ad hęc, licet cum voluntate n^{ost}ra identificetur libertas remota, radicalis, seu aptitudinalis (q^ua voluntas ex suis intrinsicis apta est, ut, certis conditionibus, aut principijs positis, proxime libera efficiatur) facultas tamen predicta, quę libertas in actu 1^o proximo dicitur, in sola entitate voluntatis n^{ost}re non consistit; alioquin ebrii, et somniantes proximam libertatem haberent. iure tamen rogabitur, quęnam sint conditiones, et constitutiva actus 1^o proximi libertatis? In 1^o requiritur virtus activa sufficienter continens actum, aut actus, ad quos voluntas libera dicitur. Quo circa, si actus supernaturalis sit, opus est principio activo supernaturali: nam hoc seculo, virtus productiva saltem adequata, actus supernaturalis non intelligitur.

Requiritur præterea ut oia principia ita sint applicata voluntati ut nullum sit detractum connexionum cum altero libertatis extremo, sed potius oia pro voluntatis arbitrio cum omissione singulorum coniungi possint; aliter voluntatis indifferentiam, et potestatem ad omissionem evitent. Unde omnia debet esse applicata per decretum indifferentis commissurum, seu relicturum sicut dicta in phisica tract. 1. disp. 2. sect. 2. debet idem sicut dicta ibidem disp. 2. sect. 2. intelligi ex parte actus 1^o carentia oium impedimen-

impedimentorum inaufertibilem per ipsum actum 2^{um}; n̄ autem carentia illorum
impedimentorum, que per actum 2^{um} auferi valent, id que licet ea impedimenta
talita sint, et ex suppone, quod existant, cum omissione actus essentialiter connec-
tantur.

Nunc scientia visionis, qua Deus ab eterno vidit peccatum Petri, n̄ est im-
pedimentum, cuius carentia intelligi debeat ex parte actus 1ⁱ proximi libertatis Pe-
tri, sed sat est, et ex parte talis actus intelligatur propositio ab existentia, et carentia il-
lius scientie, q^a potest Petrus obviare Dei precepta, et sic esse in causa, ne Deus ab e-
terno talem scientiam, sed oppositam habuerit. Similiter connectiones cum existentia
actus determinati, que possunt a voluntate impediri q^a ex libero ipsius exercitio quasi
resultant, indifferentis voluntatis in actu 1^o n̄ obstant, neque hanc carentia pro signo
priori intelligi debet, sed propositio tantum ab existentia, et carentia. Quo circa licet
Deus ab eterno prouiderit actum charitatis a Petro in tempore ponendum, vel etiam
licet illum actum decreto efficaci per scientiam mediam regulato predefinit, nihil
inde libertatis Petro detrahatur.

Ratio est: q^a nec scientia visionis, nec scientia media in-
telliguntur ex parte actus 1ⁱ proximi libertatis creati, et aliunde, licet tota sternitate,
antecedant liberum voluntatis exercitium, sunt tamen eo potiores posterioritate ob-
tusa, et attemperationis. Unde a creatura in statu absoluto constituta impediri possunt. Si
autem scientia media impediretur, impedita maneret etiam predefinitio, que per illam
regulatur. Id vero, quod a voluntate impediri valet, illius libertatem n̄ cretat. Sed de
his Theologi.

Denique, ex parte actus 1ⁱ proximi libertatis intelligi debet iudicium in-
differens, seu forte seu virtuales (quod cum apprehensione sua sua recumt) id est ita
indifferentiter proponens obtum, et licet suadeat aut practice moueat ad amorem vel
odium, ad neutrum ex his actibus cogat, sed cum omissione cuiuslibet coniungi vale-
at. Hoc iudicium, et constituat libertatem contrarietatis, debet simul representare bonitatem
et malitiam in obtu, v.g. esse honestum, sed tamen incommodum, aut n̄ delectabile, vel esse de-
lectabile et commodum, sed tamen turpe. Non tamen opus est, ut utraque ratio boni, et ma-
li eodem indivisibili iudicio proponatur, sed sufficit, si duplex adsit cognitio, quantum al-
tera bonitatem, altera malitiam repræsentat.

Et vero libertatem pure contradictionis constituat,
debet ad plures representare n̄ quidem bonitatem obti, cum admissione mali, sed

bonitatem et inruer molestiam, haut difficultatem aliquam in obli amore, vel amoni
omissione. Alii tamen sufficere putant (quod a nobis sect. 2. approbatum est) si iudicium
proponat puram bonitatem finitam, vel infinitam exhibeat, obscure, et abstractivè: si quidem
bonitas finita, et etiam infinita pure abstractivè proposita n̄ rapit necessariò voluntatis
amorem, adeoque integram relinquit potam ad amoni omissionem, et eos consequenti liber
tatem contradictionis conservat.

Quod si Obiicias, motus primo primos liberos n̄ esse (alio qui
potet in eis peccatum regerit; quod eois Theologorum sententia negat) ideo autem liberos
n̄ esse, q^a in eis proponitur oblium absque mixtione mali. Si inquam, id obiicias, negabo cau
salem: nam motus 1.º primi ppe coercentur psequente iudicio boni, et mali, n̄ tamen libe
ro, sed subito, ac sine vlla deliberatione tam formali, quam virtuali. Np̄ autem deliberatio
necessaria est, ut illi liberi evadant, et ut in illis peccati labes inveniri queat.

Libertas hactenus
explicata dicitur libertas in actu 1.º Libertas 2.º in actu 2.º est exercitium p̄p̄ libere, si
ve actus 1.º proximi coegediti ad agendum et n̄ agendum. De hac libertate acriter contro
vertitur, vtrum sit intrinseca, et essentialis voluntatis actibus, qui libere coercentur. Ent
huiusmodi, si actus, sive actio ita supponat essentialit̄ potam liberam, et coegeditam ad
eius omissionem, et nullatenus existere possit in circumstantiis, in quibus necessaria eva
dat. Unde libertas erit actus extrinseca, et accidentalis, si actio solum dicatur libera, q^a
hic, et nunc profuit a voluntate indifferenti, et coegedita ad omissionem ipsius, cum tamen
eiose potuerit existere in aliis circumstantiis, in quibus voluntas esset ad illam detrata.

liber
tatem esse intrinsecam omnino, et adquate omni actioni libere, defendunt Theop̄ qui
bus accedunt e nobis L. Sphorcia, Miranda, Alderete Antonius Perez, Quino, Lynceus
et aliiq̄ V.º. Vnum nonnulli Theop̄arum constituent libertatem in quodam modo rela
tionis superaddito, qui in actu intrinsece recipiatur et in substantiationis rubro. Sed istis fal
so in primis supponunt relationem predicamentalem in modo superaddito consistere,
cujus suppositionis falsitas eo logica immotescit. Aliunde facile impugnantur: nam actus
liber, et pote rubrum substantiationis modi illius prioris ad ipsum intelligere existens
et productus, vel q^o pro illo prior intelligitur productus a voluntate potente illum omittere,
vel id n̄ potente. Si 1.º q^o iam pro illo prior intelligitur productus a voluntate in actu
1.º libera, ac proinde actus ille liber est in actu 2.º pro prior ad talem modum. Aliquid q^o
modus libertatis postea superveniens. Si 2.º q^o pro illo prior erit a voluntate et

ut antecedenter necessitata, ac proinde evadet necessarius quod si proderit modus ille
libertatis superadditus, cum si illius advenire nequeat voluntati potest ad omittendum
actum, si illam habere non supponitur.

E regione libertatem non esse adequate ininvicem
actibus voluntatis, sed eos denominari liberos a potestate libera antecedente, tuncur Scotus
et cum Soto, et A. N. nostri ceterum cum E. D. tom. 1. de gratia prolog. 1. et 1. 28 tractatu
2. disp. 1. sect. 3., et cum L. P. Molina et Vasquez. Hec sententia tenenda est, et sic per actio
libere profluens a voluntate potest eadem existere, aliquo libertatis constitutivo deficiente;
sed tunc non erit libera, sed necessaria: quod actio, quae nunc est libera, potest esse necessaria: quod li
bertas in actu non est ininvicem et essentialis liberi actioni voluntatis. Quia constant propter
maiorem, quam sic suadeo. Actio honesta profluens a voluntate, et Omnigota per decre
tum indifferens applicata eadem oriri potest, etiam si Omnigota applicaretur per decretum
absolutum et efficax, etiam ea actione debite connectum; sed dum hoc pacto applicaretur
divina virtus, deficeret unum constitutum libertatis, nempe applicatio indifferens Omni
gota, et constant inter A. N. nostros est, et ex dictis constat: quod actio libere profluens a volun
tate potest eadem existere, et si aliquod libertatis constitutum deficeret.

Prob. maiorem:

Ex sola variatione decreti applicantis Omnigotam actio variari non debet: quod actio hones
ta profluens a voluntate, et Omnigota applicata per decretum indifferens, eadem oriri potest
et, etiam si Omnigota per decretum efficax applicaretur. Et ante decretum applicans Omni
gotam, non influit in voluntatis actiones, sed solum est conditio, et applicatio Omnigota, et haec in
fluat, sicut in nobis voluntas deambulandi non efficit per se deambulationem, sed solum
applicat, atque detrat potest locomotivam, et deambulationem exequatur. Sed actio varia
ri non debet ex sola variatione applicationis, et quae conditionis, maxime dum, et in praesenti
accideret, omnia ipsius principia invariata permanent: quod ex sola decreti variatione ac
tio variari non debet.

Prob. min. 1. paritate adducta actionis deambulandi, et aliarum ex
ternarum actionum, quae certe non variantur ex sola applicationum varietate: etenim ea
dem actio deambulandi imperari potest iam ex fine salutis, iam ex alio; iam ex fine
honesto, iam ex pravo, quin ex imperii variatione variationem subeat. Prob. 2. eam
dem minorem a priori: actiones diversitatem accipiunt a principis influentibus, non au
tem a conditionibus ex parte principiorum exactis: licet enim ab illis pendeant de
trate, a conditionibus vero, et summum, pendent vage et indebate, quatenus exigunt, et

causae vere applicatae sint, siue hac siue illa applicacione. Quod, si cognitionis varietas quandoque varietatem causat in voluntatis actiones, ideo etiam reperire solet obitum dixerim, vel diversam rationem factam obitum; atque adeo iam datur varietas in causa facta, et non in sola applicacione causae, aut ipsius conditione, qualis supra alibi dicta est cognitio.

Prob. 2. eandem sententiam: libertas contrarietatis extrinseca est actibus libens, amoris; et libertas contradictionis: quod nulla libertas est adaequate intrinseca voluntatis actibus. Hae ultima coniectura liquet; 1^a etiam legitima videtur, tum paritate rationis, et instantia objectionum, quae in libertate contrarietatis enervantur. tum quod si amor est extrinsece liber libertate contrarietatis, ita presupponit essentialiter potentiam proximam sui elicivam, ut non presupponat necessario potentiam elicivam odii, in qua sita est libertas contrarietatis; cur ergo debeat essentialiter presupponere potentiam proximam elicivam omissionis, in qua potentia libertas contradictionis sita est? quam si non presupponat essentialiter, libertas contradictionis ei extrinseca, et accidentalis erit. Profecto, sicut potentia proximam elicivam odii separabilis est a potentia proximam elicivam amoris, ita potentia proximam elicivam omissionis ab eadem potentia proximam elicivam amoris separabilis est. Quare aut utraque, aut neutra ad amoris liberi existentiam de mali se habere debet.

Quod autem, quod a PP. Hurtado, Maldre et Quirio conceditur, sed a plerisque adversariorum negatur, ita suadet: Si voluntas amet in instanti A cum cognitione solius bonitatis obitum, atque cum sola contradictionis libertate, et deinde in instanti B alia cognitio de eiusdem obitum malitia superveniat, poterit voluntas adhuc in eodem amore permanere in instanti B. sed tunc amor ille erit liber libertate contrarietatis, cum iam voluntas habeat potentiam proximam ad odium: quod amor ille qui in instanti A erat liber libertate solius contradictionis, in instanti B erit liber libertate contrarietatis: quod haec libertas extrinseca est amoris.

Sola maior probacione indiget, et sic perstantibus eisdem principiis, et requisitis ad amorem, non est cur amor remanere nequeat; sed in instanti B starent omnia principia, et requisita ad amorem, nempe voluntas, omnia potentia indifferentis applicata, et procedens bonitatis cognitio, quae ad amorem invitabat: quod nihil est, cur amor in eo instanti permanere non valeat. Nec dicas, cognitionem de novo advenientem, quae subicit ad odii elicivam sufficeret, illius amoris liberi permanentiam impedire; contra enim est: quod cognitio superveniens non tollit veteram contradictionis libertatem in actu 1^o, quae dabatur antea, sed potius novam rationem libertatis super

addit. Augmentum autem libertatis non impedit permanentiam amoris liberi, sicut aug-
mentum virtutis ad novum actus permanentiam actus precedentis nullatenus impedit.

121
172

Constat

1.º Amor ille, et in instanti A elicitur a voluntate potente dumtaxat amare, et non a-
mare, non autem odio habere, ob defectum cognitionis, que obit malitiam exhibeat, nequa-
quam tamen postulat talis cognitionis defectum: quod permanere poterit, licet ea cognitio su-
perveniat. Contra liquet, et ante suadet: amor ille non postulat defectum illius cognitionis,
que cum oibus principiis eiusdem amoris etiam liberi compatibilis est, sed cognitio exhi-
bens obit malitiam, compatibilis est cum oibus principiis amoris liberi, et eorsu patet: quod
amor ille predictus cognitionis demum adventantis defectum non exoptulat.

Constat. 2.º amor

Dei necessario elicitus in instanti A ab homine vidente Deum, permanere poterit in in-
stanti B, in quo homo ille eo capite predefinitionis efficax inimpedibilis amorem necessario
eliciat. Quis hoc neget? certe per adventum predefinitionis in amorem necessario sapientis,
nullum tollitur principium, aut prerequisite ad eundem amorem, nec supervenit aliquid
quod in eum immediate influat, et cuius intuitu ille variari debeat. Quod pariter amor libe-
re elicitus in instanti A, quod elicitur a voluntate instructa cognitione sufficiente ad eum o-
mittendum genererare poterit in instanti B, in quo voluntas habeat cognitionem sufficientem,
et eum per odium oppositum impediatur, eo vel maxime, quod per huius cognitionis adventum,
nullum tollitur principium, aut requisitum ad eum amorem, nec advenit aliud principium
influxivum, sed solum advenit cognitio irritans, et amor ille maiori cum libertate efficiatur.

Preterea

sententia nra probari solet in hunc modum. Si actus foret essentialiter liber, essentialiter exi-
geret potentiam proximam ad omissionem sui; sed talem potentiam essentialiter non exigit: quod si minor:
numquodque ens reale refugit, quantum poterit suum non esse; quod et refugit periculum proxi-
mum sui non esse; sed potentia proxima ad omissionem actus est periculum proximum non esse e-
iusdem: quod actus talem potentiam refugit: quod eam essentialiter non exoptulat. Constat: et actus exadat
liber, debet dari cognitio alliciens, et cognitio retrahens; sed actus nequit essentialiter exige-
re cognitionem retrahentem; alias exigeret, quod ipsius existentiam retardat: quod nequit es-
sentialiter exigere, quod ad libertatem requiritur: quod nec ita exigit libertatem, que ponn-
de ei essentialiter, et intinseca non est.

Quoniam hęc ratio omnino efficax non est, probat enim re-
pugnare actum, qui essentialiter liber existat, cum tamen communis sententia probabilem

admittat actum, qui ob specialem indolem, et modum tendendi essentiali libertate gaudet. Profecto nulla apparet repugnantia in affectu, qui sic tendat, amo bonum istud, quamvis eius difficultate et malitia retardet. Sic autem actus ex suo modo tendendi supponit iudicium indifferens cognitionem scilicet invitantem, et retrahentem. Jam vero, si actus iste admittatur, cur non erit possibile, odium Dei, quod cognitionem indifferentem presupponat essentialiter, et ita tendat, odio habeo Deum, quamvis difficultate retardet. Nunc ultra tale Dei odium eo capite cognitionis non potest fieri necessarium, cum eo tali capite sit essentialiter liberum, ut pote quod indifferentem cognitionem essentialiter presupponit: quod cum aliunde nequeat detrahi a Deo concurrente per decretum cum tali odio concurrentem; ne alio qui Deo ut speciali Authori tribuatur, ex nullo capite poterit esse necessarium; quod intrinsicce et essentialiter liberum evaderet. Unde et gratiam proximam ad omissionem sui essentialiter exigeret.

Divera ratio est in ceteris actibus pravis, qui tali modo tendendi predicti non sunt: possunt enim evadere necessarii, quod cognitionem indifferentem non presupponunt essentialiter, ut in actibus ab ebriis, et amentibus elicitis comere est. Nonum vero actuum existentia non tribuitur Deo, ut speciali authori, licet per decretum detratum ad eos concurrat; quod concurrat ad illos ad exigentiam causae 2^e. quae in eis circumstantiis concurrunt. Divinum ad tale genus actuum naturaliter exposcunt. Nec actus ille odii predicto modo tendens postulat indifferentiam iudicii, atque Divini decreti, quod liber est, sed quod tali indole gaudet; nempe quod ex suo modo tendendi supponit expresse, atque signate iudicium indifferens; et aliunde quia differens recte rationi libere operanti, indignus est, qui a solo Deo detrahetur. Quo circa, licet non sit actus liber sit essentialiter talis non apparet repugnans actus qui intrinsicce libertate gaudet.

Sectio 5. argumenta contraria dissolvuntur.

Sectio 5. Argumenta contraria dissolvuntur.

Arguitur 1^o ex Thotis: principium liberum, et dominatum ut tale perfectius est principio necessario: quod specialem perfectionem communicat actioni liberi, quia actio necessaria caret; quod pro diversitate perfectionum veridantium in principis, diversae quoque perfectiones in actionibus resplendent: ob id enim in actionibus vitalibus, et supernaturalibus resplendent speciales perfectiones, quae in actionibus non vitalibus, et non supernaturalibus non resplendent. Sed specialis illa perfectio, quam hauriunt actiones liberi a principio libero, alia esse

esse nequit ab intrinseca libertate: hęc q̄ in actionibus liberis invenitur. Propter v̄o actio
 ex proprio conceptu est egressio a principio activo ut activo: q̄ actio libera ex intrinseca ra-
 tione sui est egressio a principio libero, ut libero: q̄ ex intrinseca ratione sui libera est.

Propter 2:
 denominatio liberi in actu 2^o desumi debet a fra, que se teneat ex parte operis, et eisdem
 cum ipso actualitatis sit; alioqui denominatio albi in actu 2^o ab albedine pure possibili per-
 tari posset: q̄ ea denominatio sumi n̄ potest a voluntate, que ad solus actus 1^o lineam per-
 tinet, et actualitate propria actionis p̄dita n̄ est: sumitur q̄ ab ipsa actione, que essentialiter
 libera sit. Propter 3^o: actio libera intrinsece differt ab actionibus spontaneis brutorum; n̄
 ita differret, nisi intrinseca libertate gauderet: q̄ 4^o: actio libera exigit intrinsece iudicium
 indifferens; actio v̄o necessaria iudicium detractum: q̄ 1^a intrinsece differt a secunda. Ean-
 dem: actio libera est v̄us domini: q̄ p̄am dominativam intrinsece supponit, atque adeo
 intrinsece libera evadit.

Dico aut̄ arguti: principium radicaliter liberum perfectius est prin-
 cipio radicaliter necessario, concedo: principium proxime liberum perfectius est principio ne-
 cessario, subdico: necessario pure radicaliter, concedo: necessario proxime sed radicaliter libe-
 ro, nego aut̄, et coniam: q̄ principium radicaliter liberum, cuius indolis est voluntas, perfec-
 tione excedit principium radicaliter necessarium, cuius indolis existit brutum appetitum. Hinc
 voluntas communicat suis actibus specialem perfectionem, nempe libertatem aptitudinalem
 seu capacitatem, et libere eliciantem, quam certe capacitatem nequeunt habere a principio
 radicaliter necessario actus necessari. Unde p̄sensa libertate intrinseca, resplendet in actibus
 liberis aliqua perfectio, que in non liberis n̄ resplendet. Et hinc constat ad minorem subsump-
 tam.

Et enim, si comparatio fiat inter principium proxime liberum, et principium liberum ra-
 dicaliter, proxime tamen necessarium, nullus est perfectionis excessus in principis, ac p̄inde
 nec debet eē in actibus. Non est quidem excessus in principis; q̄ principium proxime liberum,
 solum addit supra principium liberum radicaliter, sed proxime necessarium, ex intrinsecam cir-
 cumstantiam indiff̄ decreti, aut similem, ex quibus voluntas n̄ redditur perfectior. Hinc acti-
 ones principii proxime liberi n̄ debent eē necessario perfectiores actionibus principii liberi ra-
 dicaliter, sed proxime necessari: q̄ principium proxime liberum, n̄ influunt p̄nes totum id, quo
 constituitur ultimo liberum (id quod proportionem servata de principio proxime necessario
 dicendum est) nimirum n̄ influunt p̄nes decretum indifferens. In eo autem sensu, in
 quo principium n̄ influunt, non diversificat actionem, que a solis principis influentibus

suam perfectionem accipit. Unde constat ad paritatem adductam: nam principium vitale et supernaturale influit in actum secundum vitalitatem, et supernaturalitatem; adeo que nihil minus, si has perfectiones in actus refundat.

Ad 2^{um} ex his, quibus argumentum premitur, concesso anti, disquati cons: est egressio a principio libero, ut libero adquate sumpto, ^{neq^o} adquate sumpto, concedatur. Verum hinc non inferatur, actionem liberam esse intrinsece, et essentialiter talem; quod videlicet sic intrinsece ortus a principio libero, ut ab eo adquate sumpto non oritur; alias cum principium liberum adquate sumptum, activum non sit et ex dictis constat, ortum haberet ab eo, quod activum non est; quo nihil ortum sententia falsius. Oritur ergo a principio, quod, quod talibus congruis, seu taliter applicatis suavit, liberum est; sed ita et ex variatione applicationis, aut congruorum necessarium esset, aut nova libertate polleret.

Ad 2^{um} dicitur, denominationem liberi in actu 2^o non derivari a sola voluntate, sed etiam ab actione, que fortissime est actus 2^{us}. At non sola actio est fra adquate libertatis in actu 2^o, sed actio, ut coniuncta cum indiffra in actu 1^o principii a quo egreditur; ad modum quo fra, inde sumitur denominatio veri fortiter, est conformitas actus cum obto, quam conformitatem, ^{constituunt} actus importatus in recto, et obto importatum de obliquo, sic etiam denominatio coexistentis est complexum ex duplici existentia eorum, que coexistere dicuntur.

Nec hinc inferas, denominationem liberi in actu 2^o que proprie convenire potest et actui, sicut denominatio coexistentis utrique coexistentium que competit. Sunt enim nonnulli denominationes, que, tametsi ex duplici entitate constituentur, nequaquam tamen supra utramque cadunt, sed supra alteram tantum modo, et in denominatione veri, que cadit solum supra actum comere est, atque etiam in denominatione condignis, que licet ex gratia, et actu honesto constituitur, supra solum actum, et non supra gratiam cadit. Minus indolis est denominatio liberi in actu 2^o eo vel maxime, quod sic importat in recto, actionem et hoc modo importare nequeat, quam proprie expeditam cum tamen in denominatione coexistentis oppositum contingat.

Ad 3^{um} disquato minorem: non ita differet, nisi intrinseca libertate radicali, et aptitudinali gauderet, permitto minorem (nam, vel hoc titulo secluso, resplendet in ea predicatum spiritualitatis, quod in actionibus brutorum non resplendet) nisi libertate intrinseca fortiter gauderet, neq^o minorem: nam solum predicatum libertatis aptitudinalis

propensionem diffam constituit, et tandem nego coniam. Ad 2^{um} nego ans virentialit
 acceptum: plures enim actiones libere intrinsece apte sunt, ut a iudicio necessario proveniunt; et
 plures necessarie, ut a iudicio indifferenti ortum habeant. Et enim ille erunt libere, licet a iudicio
 necessario proveniunt, si Deus per decretum indifferens suam Omnia applicet; actiones vero,
 que a iudicio indifferenti ortum habeant erant necessarie, si Omnia applicetur per decre-
 tum decretum. Quod si de actionibus signate prelativis sermo sit, iste supponit quidem iudi-
 cium indifferens, sed poterunt adhuc esse necessarie, saltem si honeste sint; quia videlicet poteri
 re possunt ab Omnia per decretum decretum applicata.

Ad 3^{um} nam actio libera, post existens
 in circumstantiis dominii in actu 1^o est vni dominii; minime v^o intrinsece et ratione sui;
 q^a potuit existere in aliis circumstantiis, in quibus non existeret dominium in actu 1^o. sal-
 tem proximo, et exoptito. Unde actio libera supponit quidem potam dominativam, sed non
 secundum ora, que talem potam proxime dominativam constituunt. Nunc etiam ut alij ve-
 ligis satisfacias actio libera non est eo suo intrinsece electio vni extremi pro alio; nam hinc de
 nominatio est extrinseca actioni; ita enim est in eo quod actio tendat in obitum in circums-
 tantis, in quibus potuit voluntas oppositum eligere; quas circumstantias actio libera intrinse-
 ce non importat. Possibile quidem est actio eo suo modo tendendi prelativa, sed vel tunc ut
ta, et intellecta que. eam affirmative resolvunt Thomæ oes, et e nostris L. Molina, Fonseca
Albertinus, et Cornimbrio. Negativam autem resolutionem amplectuntur Scotus oes,
et reliqui nri cum E. D. disp. 31. Metaph. per totam.

Hęc resolutio tenenda est, et probanda. ¹o p[ro]bante ineluctabili ipsius existentie, quam adversarii superaddunt. Profecto hęc existentia identificatur cum sua essentia: quid ni vero? cum habeat p[ro]dicata essentialia, per quę definitur, scilicet esse ultimam actualitatem essendi; quę est Thomistica definitio; et aliunde quęvis res cum suis p[ro]dicatis essentialibus identificetur. Sed hęc existentia per se ipsam existit, ne in infinitum abeat: datur q[ui]dam aliqua existentia, et essentia creata, quę per se ipsam existit. Cur q[ui] o[mn]es alie tales n[on] erunt? Atque adversariorum fundamenta vel de o[mn]ibus, vel de nulla intantum probant, et ex decore constabit.

Nec satisfaciunt Thomę auctores, disparitatem esse, quod essentia existentie cum sit prima ratio foris existendi, alia determinatione, aut existentia n[on] indiget, licet ea indigeat hominis essentia quę talis ratio n[on] est. Non, inquam, satisfaciunt: q[ui]a et si absolute verum est, rationem foralem existendi n[on] indigere nova existentia veritate; hęc tamen veritas per fundamenta Thomistica falsificatur. Et enim ideo eo q[uo]d illa essentia hominis indiget existentia a se distincta, q[ui]a essentia est necessaria, existentia autem contingens; q[ui]a essentia hominis verificat p[ro]p[ri]etatem eternę veritatis, hanc scilicet homo est animal rationale, et existentia p[ro]p[ri]etatem veritatis contingentis, cuius modus est ista homo existit; q[ui]a homo est indifferens ut existat; nullatenus vero ut sit animal rationale sed rationes istę eodem modo militant pro distinctione existentie a sua ratione forali existendi: nam essentia existentie necessaria est, verificat p[ro]p[ri]etatem eternę veritatis, qualis est ista existentia est ratio forali existendi; et ea essentia n[on] est indifferens, ut sit talis ratio; cum tamen existentia sit contingens verificat p[ro]p[ri]etatem veritatis contingentis, hanc scilicet existentia existit; et aliunde indifferens sit, et in actu exercito sit forali existendi ratio. Et etiam existentia superaddita indigebit nova existentia, si Thomę rationes quidquam vincunt.

Sed iam sententia n[ost]ra alia ratione comprobatur. Essentia hominis p[er] se, quę actu physice est extra causas, specificative sumpta et distincta ab alia sua superaddita vere existit: q[ui] existit per se ipsam, et n[on] per existentiam superadditam. Prob[atur] aut[em]: essentia hominis eo modo considerata, est vere, et simpliciter ens: q[ui] est vere et simpliciter existens. Ans[er] constare videtur: nam essentia hominis, quę actu est extra causas est vere et simpliciter hominis essentia; quę certe in ratione essentie hominis per aliquid a se distinctum constituit non valet. Si autem est vere et simpliciter hominis essentia, quid ni sit vere atque simpliciter ens? Contra vero p[ro]b[atur] quod est vere et simpliciter ens, actu excludit non ens, aut carentiam non entis; sed non ens, aut carentia non entis a solo existente, aut existentia excluditur; cum eo o[mn]es carentia, et

existencia entis contradictoria sunt: q^o si essentia hominis, que actu est ex causa causae, specifica
 tunc sumpta, et ut distincta ab alia sp^a superaddita, est vere et simpliciter ens, est etiam sic
 considerata vere existens.

Immovero aliter hęc ratio ex No^o D^o Ex^o: non potest res aliqua
 constitui in ratione entis realis et actualis per aliquid a se distinctum; sed res constituitur
 in esse entis realis et actualis per existentiam: q^o existentia nequit esse aliquid a re, et
 ab eiusdem essentia realiter distinctum. Et maiorem: si res constitueretur in ratione entis rea-
 lis, et actualis per aliquid a se distinctum res pro ut condistincta ab illo superaddito, non erit
 ens reale et actuale; q^o nec per illud a se distinctum, in ratione talis constitui poterit. Et contra:
 tum q^a alioquin, vel carentis, et chymice, que ens reale non sunt, poterunt constitui in ratione
 entis per aliquam entitatem ab eis distinctam. Sum, q^a nequit ens ex non ente simpliciter
 et ~~per~~ entitate simpliciter tali coalescere; sicut substantia constitui nequit ex ente, et non ente
 substanti. Cum q^o solum ens actuale sit simpliciter ens, si res independenter ab alio a se
 distincto non est ens actuale, non erit ens simpliciter, atque adeo nec talis, ut in ratione entis
 actualis per aliquid a se distinctum constitui valeat. Sum demique, q^a nihil tam intimum
 rei, et cum ea identificatum, quam esse ens: q^o nihil valet in ratione entis constitui per ali-
 quid a se distinctum ac proinde, si res, ut condistincta ab aliquo superaddito, non est ens, nec
 per illud in ratione talis constitui poterit.

Alie nunc sententie probationes ex dictis in phisica
 erui possunt, et sic efformari valent: 1^a in hunc modum: Essentia recipit quamcumque sam, si
 re absolutam, siue modalem que eam subsequatur: q^o et recipit existentiam, si hęc illam sub-
 sequatur: q^o essentia non existit per existentiam distinctam; sola ultima contra negatur a Tho-
 mistis; verum sic pr^o subiectum recipiens existentiam, existat actu pro priori ad superven-
 entem existentiam; alioquin subiectum non existens recipere quid poterit; sed essentia non exis-
 tit pro priori ad supervenientem existentiam, per eandem existentiam, ut est evidens: q^o
 si essentia recipit existentiam, per istam non existit.

Respondet Bayona, ut verificetur ^{ist} exen-
 tiam recipi in essentia existente sat esse quod essentia existat existentia comitan-
 te eiusdem existentie receptionem; nullatenus vero opus esse, ut existat existentia, que
 receptionem existentie precedat. Inde aut, essentiam pro priori ad existentiam quam reci-
 pit, intelligi existentem per ipsam existentiam superadditam, que est conditio ad re-
 cipendum, et a qua nec pro illo priori prescindendi valet. Sed quis non videat, ex hac respon-
 sione inferri, eandem indivisibilem entitatem esse priorem et posteriorem se ipsa

in eodem genere causae? Insuper ad hanc responsionem existentia intelligitur in signo posteriori illius instantis, quo ea recipitur in essentia; est que posterior in genere causae materialis, cum in essentia subiectetur. Aliunde est in signo priori eiusdem instantis: nam ab existentia in eo signo precipiendi nequit; est que prior in genere causae materialis, et pote que est conditio, ut essentia recipiat eam existentiam. Unde existentia est prior et posterior in genere causae materialis; quod certe nec ab adversariis admittitur, sed absurdum reputatur. Ad hoc, quis credat existentiam esse conditionem, ut ipsa existentia in essentia subiectetur.

2^a ratio sic habet: essentia Petri ratione sui, et proprio ad existentiam superadditam, terminat actionem productivam quae est vere existens. Contra legitima videtur: nam quod terminat actionem productivam, est actu discretum a nihilo, extractum a statu purae possibilitatis, actu dependens a Deo, et scientiam verioris Divinam terminans. Quid quod non et existens sit? Sed quia haec illatio ita excipitur a Bayona, ut concedat, essentiam pro illo priori intelligi existentem specificative, non autem reduplicative, haec doctrina refellitur, postquam ante illud, quod a Theologis antiquis negabatur, breviter sed multipliciter, probetur.

illud sic statuitur: essentia Petri ratione sui, et non ratione existentiae superadditae, trahit productionem: quae eam trahit pro priori ad existentiam superadditam. Praesens: humanitas Opti Domini ratione sua essentiae, et non ratione existentiae, trahit productionem; alias, cum de Theologia Christi humanitas per Verbi solius existentiam exortat, haec existentiam actionem productivam terminaret; quod nefas est dicere: quod etiam Petrus, et ipsius essentia ratione sui, et non ratione existentiae productionem trahit. 2^o: essentia magis sui, et non ratione existentiae per se, terminat actionem; alioqui existentia per se materialis creationem simul, et educationem terminaret. 3^o: essentia Petri ratione sui est predicatum creatum, et a Deo dependens: quod ratione sui terminat dependentiam a Deo: et actionem productivam ratione sui terminat: nam dependentia a Deo cum actione productiva identificatur.

Si dixerint Theologi, essentias rerum esse ingenerabiles, ob id que essentiam Petri pro priori ad existentiam non terminare actionem productivam; contra insurgam: quod etiam ingenerabilis erit essentia existentiae Petri; sed hoc non obstantibus, haec essentia terminat ratione sui actionem productivam, agentis: si enim ratione existentiae superadditae eam terminaret, in infinitum abire opus esset. quod etiam si essentia Petri ingenerabilis eret, poteret trahere ratione sui actionem productivam. Essentiae quae ingenera-

biles n̄ sunt, licet stem̄ dicantur, quatenus in sensu cogito sectione p̄cedenti
propositiones stem̄ veritatis verificant.

Tam Dionysii responsio ita refellitur: ideo co
ignum n̄ intelligitur essentia pro illo priori reduplicative existens; q̄ licet intelligatur
in eo existentia, n̄ intelligitur ut terminus productionis essentis; nam hic terminus
(sunt ipsius verba) n̄ est existentia, sed entitas intrinseca essentis. Nunc autem in
fero 1.º q̄ tr̄s productionis essentis nihil est: q̄ si ab existentia p̄cindamus, en
titas intrinseca essentis n̄ distinguitur a nihilo. Infero 2.º q̄ existentia intelligitur
pro illo priori licet non intelligatur, ut terminus productionis essentis; q̄ existentia
intelligitur, et est pro priori ad se ipsam. Infero 3.º q̄ pro illo priori essentia n̄ intelli
gitur producta. Et contra: nihil intelligitur productum pro illo signo, pro quo n̄ intelligitur
existens et existens. Quid ni vero cum productio ad solum existens terminetur, aut
existens et existens denominet.º q̄ si pro illo priori n̄ intelligitur essentia reduplica
tive existens, nec intelligitur producta. Quo q̄ pacto poterit recipere existentiam? sed
de his satis. Sectio 3. adversariorum argumenta solvit.

Sect. 3. Adversariorum Argumenta Solvit.

Arguunt 1.º existentia debet esse receptibilis in essentia: q̄ ab essentia distinguitur.
p̄ ans: si existentia n̄ sit receptibilis in essentia erit actus purus, et illimitatus; q̄ ois
limitatio provenit. Et ex p̄a receptiva alterius, que certe p̄a in existentia n̄ recipitur,
(cum existentia sit ultimus actus) et ex receptibilitate in subto: q̄ existentia, cum limi
tata sit, receptibilis esse debet. Constat 1.º ois creatura involvit compositionem ex essen
tia et subto receptio, et ex existentia et actu in ea recepto: seclusa enim hac compo
sitione a Deo actu purissimo n̄ differret. Constat 2.º q̄ nisi creatura p̄dictam compo
sitionem involveret, per suam essentiam existeret. Nā autem quis concedat, cum de so
lo Deo vere dicatur, per suam essentiam, seu essentialiter existere.

Ad argumentum ne
go ans; ad cuius probationem, admissa ea doctrina de radice limitationis, nego exis
tentiam creatam debere recipi in essentia, ne illimitata eradat. Erat enim finita
et limitata per id quod in māa recipitur, sicut in ea recipitur existentia p̄ sub
stantialis māalis; et per id, quod plurimum accidentium receptiva sit, qualis est exis
tentia p̄ substantialis spiritualis, imo et substantia intellectualis Angelica. Quod ven

existencia sit vltimus actus in linea entitativa, n̄ obest, quominus qualitatem ha-
beat ad alios actus alterius lineae suscipiendos, ad recipienda scilicet plurima ac-
cidentia, a quibus perficiatur.

Replicant; ideo creatura est susceptiva accidentium,
q^a est limitata: q^o p^oa receptiva accidentium n̄ est radix limitationis, sed potius
limitationem supponit. Insto: ideo essentia est receptiva existentis, quia est limi-
tata: q^o p^oa receptiva existentis n̄ est radix limitationis, ut adversarii contendunt,
sed potius limitationem supponit. Si dixerint, hanc causalem n̄ esse negorant, sed
solum indicare mutuam connexionem, siue identitatem formalem limitationis, cum
p^oa receptiva existentis; quo sensu dicere quis posset, ideo Leoni est animal rationale
q^a est homo; idem sibi a nobis dictum existiment. Profecto p^oa receptiva acciden-
tium est perfectibilitas entis creati; perfectibilitas autem, optima ratio est, et radix
metaphysica limitationis; cum per eam ens finitum ab ente infinito essentialiter
discernatur.

Ad hoc, sine recurru ad p^oam receptivam accidentium sufficiens ra-
tio est pro limitatione creature, quod totum suum esse sit receptum ab alio. Ut
enim querenti, cur Deus sit ens illimitatum; optime respondet, q^a est ens a se, et a
nullo dependens, ita querenti, cur creatura sit ens limitatum; optime respondet, q^a
est ens ab alio, seu ab alio dependet. ob id enim eo^a contrarios ipsum esse posse essentis limi-
tatum est, nisi velint, illud etiam in alio subto debere recipi. et certe apud oēs implicat,
dependentiam ab alio (que si creature compeat) enti infinito simpliciter tali convenire.

Ad con-
fronem jam nego ans, et probationem insertam: si quidem Deus, q^a actus purissimus, ha-
bet per identitatem oem perfectionem possibilem, et oem physicam compositionem excludit.
Creatura vero, seclusa compositione ab adversariis intentis, perfici, et complem^o valet per va-
rias perfectiones superadditas, quibuscum realem compositionem efficiat. Si insistant: q^o
si loquamur de Angelo existente precise ut tali considerato, ille omnino simplex rea-
litate est; concedam illationem. sed quid inde? none existentia ipsa, quam superaddunt
adversarii, in eodem sensu simplex est? ita certe. Sed ordinatur, inquirunt, ad compositi-
onem; nonum id ipsum dicimus, et nos; nullam videlicet esse creaturam, que ad compositi-
onem cum variis accidentibus faciendam n̄ ordinatur.

Ad 2^{am} confonem, que ab ad-
versariis, an existentia ipsa superaddita, que certe cum sua essentia identificatur, per

suam essentiam existat. Secus. si 1^{um} q^o solius Dei proprium non est per suam essentiam existere. si 2^{um} q^o licet essentia creaturæ cum eiusdem existentia identificetur, non ideo creatura per suam essentiam existet. 3^o q^o creaturam esse quidem essentialiter existentem, si hoc tantum sonet, essentiam creaturæ cum ea identificatam identificari pariter cum fra, aut quasi fra, qua illa denominatur existens. At si ulterius denotet, creaturam esse debitam essentialiter ad existendum, seu impotentem non existere; id nec creaturæ competere posse, nec eidem competere, ex nostra sententia inferri. q^o q^o existere per essentiam, videtur contrarietur existentis defectibili, et habere per participationem, seu dependentiam ab alio; ideo creatura non dicitur existere per essentiam, q^o totum esse quod habet, a Deo participatum habet.

Sed replicat ex nro Cardinali Sforza q^o creatura participat existentiam a Deo: q^o existentia est beneficium a Deo collatum creaturæ; sed o^o beneficium debet esse distinctum ab eo cui confertur: q^o existentia est quid a creatura distinctum. Concessa utraque concessa, negetur minor subsumpta: q^o tota essentia beneficii salvatur, quoties confertur bonum ex animo benefaciendi: cum q^o creatura sibi bona sit et actualiter sit sibi bona ex animo quo supremus conditor ei benefacere intendit, ipsa met absque reali distinctione sibi ipsi beneficium est. Et certe ipsa essentia creaturæ accipitur etiam a Deo ut beneficium, cum interim creatura a sua essentia non distinguitur, et Dominus se ipsum ut maximum beneficium se nobis in Eucharistia confert; cum non minori iure beneficium distinguere deberet a collatore, quam ab eo, cui confertur. Et demum existentia ipsa, cui beneficium est exercite existere, a se ipsa non distinguitur. Et hinc videtur, quæ, quæ adversus nostram sententiam ab adversariis afferuntur, in eos validissime retorqueri.

Arguunt 2^o multiplex ex capite. 1^o essentia creaturæ est necessaria; existentia vero contingens: q^o altera distinguitur ab altera. 2^o essentia est indifferens ut habeat, et non habeat existentiam; existentia autem non est indifferens ad se metipsam. 3^o essentia est separabilis ab existentia, et in re more possibili de facto separatur; separabilitas autem est evidens signum distinctionis realis. 4^o essentia predicatur necessario, existentia vero contingenter. 5^o hæc est vera propositio alter mundus non existit: q^o q^o existentia a subiecto illius predicacionis distinguitur. 6^o hæc est vera predicacio, Antichristus est animal rationale; hæc autem est falsa Antichristus existit: q^o predicatum unius a predicato alterius realis differt. Venum hæc omnia, in ipsa essentia ex-

existentiæ instari possunt, et consideranti fiet planum. Deinde, si essentia sumatur, et actualis, (quo sensu in presenti accipienda est) falsum est, eam esse necessariam: nulla enim creatura est necessario actualiter id quod est. Item falsum est, essentiam eo modo acceptam indifferentem esse ad existentiam, aut ab ista separabilem; eandem re necessario præsumitur. Si tamen essentia accipitur, et pure possibilis, distinguitur ab existentia actuali, negativè, tamquam id quod non est, ab eo quod est. Si vero accipitur, et præscindens a statibus possibilitatis et existentie, et eo communi usu accipitur in hac et similibus propositionibus homo est animal rationale, tunc accipitur in sensu conditionato, involvitque hanc tacitam conditionem, si existat, ^{scilicet} quandoque existat, et alibi dicebamus. Unde non distinguitur ab existentia sumpta in eodem sensu conditionato; nam idem est dicere, homo si existat est animal rationale, ac, homo si existat, habet existentiam cum animali rationale, et secum identificatam.

Dicitur autem essentia in hoc sensu conditionato accepta præscindere ab existentia existentia, et esse indifferentem ad illam, non quidem præcensione, et indiffere reali, quæ ex parte obiecti se teneat; quoniam in nullo instanti, aut signo ante operationem intellectus datur vera essentia realiter præscindens ab existentia, scilicet indifferentem ad existentiam, et carentiam physicam, et positivè indiffere. Quæ tota præcensione, et indiffere se tenet ex parte modi tendendi præconi conditionate, quæ ex se vera manet, sive actu datur, sive non datur existentia; imò sive datur, sive non datur ipsa essentia; quæ ea propositio, et vera sit, non requirit obiectum existens per statum, licet hoc si ita existens non excludat.

Ex his ad argumenta præcisa compendiosa via respondere poteris, disquendo omnes illius præcones hoc pacto: essentia creature est necessaria; est indifferentem ad existentiam, et ab ista separabilis et necessario prædicatur, eo sensu, quo existentia pariter est necessaria, indifferentem ad se, a se separabilis, et necessario prædicatur, concede; in alio sensu nega. Numquam adversarii probabunt, aliquod prædicatum verificari de essentia, quod in eodem sensu non verificetur de existentia. Profecto, essentia creature, necessaria est sola necessitate conditionata; et hæc necessitas, et ipsi existentie congruit, quæ re de hac, non secus ac de essentia, dicitur ab eterno, quod, si existeret, non implicaret contradictionem. Essentia est indifferentem ad existentiam sola indiffere logica, quatenus eodem modo obicitur huic præconi scientiæ, essentia si existat, sine contradictione existet, hanc quæ præconem semper verificat, sive existat, sive secus; eundem modo indiffere gaudet etiam existentia, et pote, quæ sive exerceatur, sive secus, eodem modo obici

tur simili propositioni scientificae, eamque semper verificat.

Quoniam, quemadmodum
existentia non est indifferens ad se indiffra positiva, et physica, q^a dum physice est, in
differens non est, ut sciam ipsa, aut cum sui carentia coniungatur; sic eventia nul
tam habet positivam, et physicam indiffam ad existentiam; q^a dum physice est, de
trate est, quin se coniungere valeat, cum existentia, cum carentia existentis. Ad
huc eventia est separabilis ab existentia exercita; quoniam et ipsa existentia a se ipsa
et exercita separabilis quoque est. Demum eventia necessario predicatur predicione
conditionali; remum et existentia simili predicione necessario predicatur; sicut exis
tentia predicatur contingenter predicione absoluta, idem in simili predicione obti
net eventia. Ideo autem tam eventia, quam existentia in predicione absoluta con
tingenter predicantur, q^a tam subiectum, quod esse aut existere dicitur, quam ipsa even
tia, et existentia possunt absolute a renum natura despicere; id quod cum identitate in
ter subitum eventiam, et existentiam optime conpret.

Repleatur. q^o saltem status possibi
litate realiter distinguitur a statu existentis exercite. In quo cons: status possibilita
tis proprie sumptis distinguitur realiter a statu existentis exercite etiam proprie
sumptis, nego consiam status possibilitatis purg, distinguitur realiter a statu existentis ex
ercite, subdisquo: distinguitur realiter adaequate, nego consiam: distinguitur realiter inadae
quate, concedo consiam. Est dicere, status possibilitatis sumptis pro sola non repugnantia ex
istentis (quod idem valet, ac si possibilitas proprie sumatur) nullatenus distinguitur
ab existentia, qui pro eadem non repugnantia accipiatur. At vero, si possibilitas sine pura
seu rei numquam exercite, huius possibilitatis status realiter negative distinguitur a
statu absoluto existentis. Remum hoc ideo est, q^a status possibilitatis purg, propter enti
tatem rei possibilis, importat formaliter non existentiam, seu negationem eiusdem pro sem
per, quam certe negationem non importat formaliter status absolutus existentis; ac proinde al
ter status distinguitur realiter inadaequate ab alio generis illam negationem quam al
ter dicit, et alter non dicit; non vero alter ab altero realiter adaequate distinguitur; q^o
utroque eandem entitatem importat, qui in diversis statibus consideratur.

Quod paulo an

te dixi, scilicet oes arguti propoiti propositiones exopto modo distinguendas esse
dictum intellige, quoad quatuor 1^a eiusdem argumenti capita: nam quoad duo ultima
aliter respondendum est. Et in 1^a ea solvenda non ab advenantibus: nam 1^o huc proo est vera

85
existentia alterius mundi non existit: quoniam hinc arguere liceat, alterius mundi existentiam distinguere realiter a se ipsa, quae praedictae propositionis subiectum est. 2^o hae praedicationes est vera, existentia alterius mundi est ultima actualitas; et haec est falsa, existentia alterius mundi existit, quoniam hinc inferatur, alterius mundi existentiam, quae 2^a praedicationis subiectum simul, et praedictum est, distinguere realiter ab ultima actualitate, quae 1^a praedicationis praedictum existit. Deinde ad 5^{um} concedatur ans, sed negetur conseq: nam propositio negativa verificatur, & per id, quod praedictum distinguatur a subto, & per id, quod subiectum actu non sit, etiam si, cum fuerit, cum praedicto identificandum sit: si enim subiectum actu non est, nullum ei praedictum actualiter convenit, atque adeo falsa est pro, quae illi actualiter applicat aliquod praedictum.

Ad 6^{um} concedo antecedenti, negetur etiam conseq: nam, licet utraque pro sit affirmativa, et eodem subto constet; hinc solum praedicationes huiusmodi distinctis praedictis gaudere debent, q^{uo}d verbum in utraque eodem modo accipitur; eam v^o si aliter habeat, ut in eis praedicationibus habet: nam in hac praedicatione Antichristus est animal rationale, verbum est sumitur conditionate et per alienationem; in hac autem Antichristus existit sumitur absolute, et per statum. Ex duabus autem praedicationibus affirmativis habentibus idem obiectum, potest conditionata esse vera, et absoluta esse falsa, licet praedictum utriusque unum, et idem sit. Sicut in his praedicationibus si Petrus currit movetur; Petrus currit et movetur; quantum pro vera est, et 2^a si Petrus non currat est falsa; quamvis utraque affirmativa sit, et eodem subto, et praedicto constet.

Arguunt 3^o essentia potest coniungi cum contradictorio existenti, ut essentia Antichristi coniungitur modo cum non existentia; sed nihil coniungi potest cum contradictorio illius, cui identificatur: q^{uo}d essentia non identificatur cum existentia. Verum et hoc argumentum solvendum est ad advertendum: siquidem ratio istius actualitatis coniungitur cum non existentia Antichristi, licet cum existentia identificetur. 2^o q^{uo}d essentiam actualem coniungi non posse cum contradictorio existenti, seu cum non existentia.

Respondet q^{uo}d essentiam actualem coniungi non posse cum contradictorio existenti, seu cum non existentia, ac proinde cum hac non coniungi essentiam actualem Antichristi. Adde, nec huiusmodi essentia est pure possibilis cum non existentia coniungi, q^{uo}d cum essentia est pure possibilis considerari, absolute non est. De essentia autem, quae absolute non est falso dici;

quod cum aliis coniungatur. *Respicitur*: q^d etiam falso dicitur quod essentia pure possibili conve-
 niat accidentaliter existentia, q^d cum hoc conveniat accidentaliter essentia, ita convenit
 essentia et actuali, quae proinde accidentaliter distinguitur. Proprius in ista in essentia existi-
 tentia et pure possibili Considerata distinguitur primum *cons.* si ea verba *acciden-*
taliter conveniant, tantum denotent intrinsecam defectibilitatem essentiae et exister-
 nego, si denotent eam physice praeponi ad existentiam concedo: et dicitur sicut *2^o cons.*
 ita convenit essentia et actuali, id est eam et actuali praeponi potest existentia concedo: id est
 essentia et actuali praeponitur ad existentiam nego *cons.* id autem nunciam orationem alteram
 differet ab altera: sed quoniam utraque libere a Deo potest, et capere et destrui. Idem
 respicitur de utraque quod idem dicitur *2^o cons.*

Ad finem queres utrum essentia disjungatur ratione
 ab existentia? negant *cons.* *2^a n^o*, si de distinctione rationis ratiocinatur, sermo
 habeatur: nam genus implicitum, et explicitum distingui extra dubium est. Notandum
 sententia duplici assertionem perspicua redditur. Est equidem *1^a*: si essentia, et existentia
 eodem sensu accipiantur, stricta rationis distinctione non distinguuntur. Ratio est, quia
 nec essentia actualis concipi potest sine actuali existentia; nec essentia pure possibilis
 sine existentia pure possibili; nec demum essentia et praeiudens a statibus, sine exis-
 tentia a statibus etiam praeiudens: essentia enim quae sine contradictione eret, si in
 re poneretur (quo pacto a statibus praeiudicat) est fortissime existentia, quae eret etiam
 sine contradictione, si poneretur in rebus.

2^a assertio: si essentia, et a statibus praeiudens
 comparatur cum existentia actu exercita, intervenit inter eas distinctio ra-
 tionis non talis, quae diversas fortitates importet, sed quae praeiudens consistat in diverso
 modo significandi, seu concipiendi eandem fortitatem. Ratio perspicua est ex dictis:
 q^d essentia et a statibus praeiudens et existentia exercita differunt praeiudens, q^d concep-
 tus illius est quasi conditionatus, hic scilicet, si existat homo, erit animal rationale;
 conceptus vero proprius existentiae exercitae est absolutus, nempe iste homo existit, et est
 animal rationale. Conceptus autem isti nullam divergentiam ex parte obiecti important, sed
 ex solo tendendi modo discernuntur. *Disp. 3^a de ente substantiali et accidentali.*

sectio *1^a* in quo consistat substantia? *Disp. 3^a*

De ente substantiali, et accidentali.

Sectio 1^a

In quo consistat Subsistentia

Diximus tract. 4. loc. sect. 2^a, ens substantiale illud esse, quod a supposito adaequate non distinguitur. Quo circa examinare in presenti necesse est, quid sit Subsistentia? nam hoc nomine intelligitur species illa, vel quasi species qua natura ultimo constituitur in ratione suppositi, aut personae. et quidem eam a natura valde distingui, extra dubium est. Inspec- to, fide Catholica docemur, ita in D^{no} Domino duas reperiri naturas, Divinam scilicet, et humanam, et non nisi unice persona, eaque non humana sed Divina in illo reperitur. Ex hac doctrina plane colligitur, Subsistentiam addere supra naturam aliquid, siue negativum siue positivum, tanquam ultimum terminum, & complementum suppositi; alias quo pacto Christus Dominus veram habens naturam humanam, suppositum, et perso- nam humanam non esset? Unde merito a Theologis reprehenditur Durandus, quod inter naturam et suppositum eandem distinctionem rationis aut penes modum significandi agnovit. hinc enim deducerebatur in Christo esse veram personam humanam siue humanum suppositum, sicut est in eo vera humana natura ex tali maiori unione et specie coales- cens.

Sed quod in hac materia nonnulli termini frequentes sunt, eorum notio primum ten- da est, prius quam ulterius procedamus. Subsistentia si sit terminus naturae incomple- tus, ut animae rationalis separatae, dicitur pura Subsistentia, et animam pure subsisten- tem denominat. Si vero terminus naturae completus, et ista sit rationalis, dicitur Personali- tas, et naturam denominat personam. Quod, si natura completa sit irrationalis, proprio termino caret, licet vocari soleat Suppositivitas, naturam que denominat suppositum nul- latenus autem personam. Unde equus, ignis, lapis, et cetera irrationalia dicuntur supposita, sed non personae.

Persona definitur ex Boetio in lib. de duabus naturis et una Persona Dⁿⁱ, rationalis naturae individua Substantia. Suppositum autem defini- solet a Theologis, Substantia completa incommunicabilis cum quo termino coincidet terminus ille Boetii individua Naturae exponunt. Denique hypostasis olim pro substantia accipiebatur. Et hac de causa revocabantur. Quod agnoscere in Antiquitate

tres hypostases, ne tres substantias admittere cogerentur; contra quod in pluribus conciliis sic stabilitum est, ut merito Hieronymus in epist. ad Damarum dixerit, quis audeat ore sacrilego tres substantias in Deo concedere? Modò tamen iam nomen illud hypostasi omnes Latini substantiam vertunt. Unde et tres hypostases in Trinitate conceduntur.

Nunc questionis est quid substantia addat nã singulari? An aliquid positivum, an vero meream negationem? hoc ultimum avertit Scotus 3. sententiarum distinctione 1.ª q. 1. art. 3. et assertitur ab aliquibus nostratum, qui contendunt substantiam propter a nã distinctam consistere in negatione actualis siue aptitudinalis dependentiæ siue unionis ad aliud suppositum. Sum 2.º defendunt Scotus omnes secuti Carceranum qui in Commentariis 3.º par. S. Thomæ (Cuius avertit et probat esse suam sententiam) siue nititur ostendere, suppositum creatum addere nã singulari aliquam positivam entitatem, quæ ad complementum substantiæ pertineat. Idem tenent frequentissime M. N. h. cum L.º Vazquez Valencia et Ex. D.º d.º 3.º Methagen Sect. 2.ª

Nunc ultime sententiæ subscribo, eam que probo 1.º contra viam refellendo. Si Scotica sententia vera esset, cum fides Catholica docet, Verbum Divinum assumpsisse naturam humanam, nec tamen assumpsisse hominem, seu humanum suppositum, ratio huius articuli foret, quæ ita assumpsit naturam, ut hæc non maneret in assumpta, sed hæc ratio indigna videtur quæ a Theologis afferatur. 2.º Constat Concilia post longam decisionem desumunt contra Nestorum, et sequaces, in Opto Domino non manere substantiam creatam, quæ si substantia creata, consistit in carentiâ unionis ad verbum, illa definitio hunc sensum reddet, facta unione humanitatis ad verbum, non manet carentiâ unionis: hæc autem definitio nec longa discussio est, nec longo verborum apparatus indiget, quin nugatoria apparet, præscribit enim errorem, qui in nullius mentem venire potuit.

Constat item, quæ in predicta sententiâ vix ex poni possit non modo illud Innocentii 1.º Verbum consumi personam hominis, (hoc est impediri personæ humanæ complementum, quod personalitas vocatur) sed etiam id quod omnes Theologi docent, nempe, Verbum Divinum in incarnatione humanam personalitatem supplerere; erit enim sensus quod Verbum impediret, ac suppleret carentiam unionis sui.

ad humanam naturam. Id autem non minus absolum dicitur quam si dicitur, lucem immedire atque supplere carentiam tenebrarum.

Reponunt Adversarii

Subsistentiam positivam non reddere graviores locutiones Concilionum, nam cum Subsistentia positiva inassumptibilis sit, idem esset dicere suppositum humanum non fuisse assumptum a Verbo, ac asserere ab eo non fuisse assumptum, quod inassumptibile est. Ad hanc illa definitio Subsistentia creata non manet in Christo hunc sensum redderet, non manet in Verbo Domini id quod in eo manere non potest. Id autem usque adeo evidens est, ut a nullo heretico negari poterit. Quod enim inter nostram et ad Versanam sententiam maximum in re posita discrimen esse, certissimum est. Et quoniam ideo in nostra sententia Verum est Christum Dominum non assumere humanum suppositum, licet naturam humanam non assumpsisset, quia suppositum addit supra naturam aliquam positivam entitatem, cuius intuitu inassumptibile redditur, quod positiva entitas assumpta non est. Et ideo hanc non manet in Christo Domino quia in ipso est Divina Personalitas, quae aliam personalem naturam sibi coherentem non permittit.

Quo circa licet in nostra sententia Verum sit, id quod est inassumptibile, assumptum non fuisse, ea tamen asserit illud inassumptibile esse aliquid positivum, in cuius locum Verbi Personalitas successit, et illud positivum ex Concilionum definitionibus efficaciter deducitur. Asserit etiam omne suppositum creatum completi aliquo positivo, quod ideo in alieno supposito non manet, quia incommunicabile est; Unde ideo Verbum Divinum non assumptum suppositum creatum, quia Complementum eius non assumptum, quod Veritas negatoria non est, et ideo facta Unionem humanitatis ad Verbum Subsistentia creata non manet quia partalem Unionem Complementum humanitatis consumptum est, et hanc etiam Veritas a Concilio definitur potest; At vero in sententia opposita ideo Verbum non assumptum suppositum creatum, quod dum inassumptum non fuit creatum, copulatum non fuit carenti Unionem ad eandem, et ideo in Verbo Subsistentia creata non manet, quia in Verbo Verbo ad humanitatem, carentia Unionem ad eandem non manet. Unum autem hanc Veritates requirunt pro sui detractione specialem Spiritus Sancti assistentiam, quaeque videntur. Demum

206
207
Nagnotas nos pares n̄ ee in hac caa cum ad remanens fac duas f̄as substaales dirimitus
imcompossibiles ee: Nō p̄p̄t̄iq̄ qui diceret, maam 1^{am} in sensu Composito p̄ ligni n̄ posse su
agere f̄am ignis, maxime distaret ab illo qui assereret, maam in sensu Composito caren
tis ligni, istam f̄am suscipere n̄ posse; Latiter q̄, qui asserimus, maam humanaz simul
cum positiva sua sub̄ta (a qua Incommunicabilis reddit) assumi n̄ posse longe absumus
ab eis, qui docent, maam cum carentia assumptionis, aut si maneat inassumpta n̄ posse assumi.

Propterea eadez sententia ideo refellenda e, q̄ notabat Ex. 2^o. Solis ver
bis differt a sententia Durandi, quz quidem ab omnibus absolute exploditur.
ratio est, quia etiam Durandus fatetur (verba s̄ Suarez vbi supra n. 10) in naa
substaali completa necessariam esse carentiam unionis hypostatice ad alienam personam,
vt possit suppositum appellari. Tandem refellitur: q̄ pura negatio n̄ potest esse perfec
tio entitatis positivz, neque illam perficere, sed subsistentia creata est perfectio naturz,
(quz certe est entitatis positivz) et illam perficit: q̄ subsistentia n̄ est negatio. Maior in
de constat, q̄ negatio est n̄ ens: q̄ nequit esse perfectio: perfectio enim est complementum,
complementum autem additio est; et negatio seu n̄ ens n̄ additio, sed ablatio est.
Et min. si subsistentia n̄ perficeret maam, otiosa penitus esset, et nullum munus ha
beret. Na autem n̄ solum eo^a nram sententiam, sed et 2^a ad remanentium op̄imonez
dici n̄ potest.

Sed vero sententia nra positive p̄: Personalitates Divinz sunt ali
quid positivum: q̄ et personalitas creata quid positivum est. P̄ consa: personalitas
creata est participatio Personalitatis Divinz: q̄ si ista quid positivum est, tale est et
illa. P̄ consam, 1^o ab inductione: q̄ sapientia creata est participatio Sapientiz Divi
nz, et hpc positiva est, illa etiam est positiva: q̄ v̄bicatio et duratio creata sunt par
ticipaciones Immenstatiz, et Eternitatis, quz in positivo consistunt, positiva entitate pen
dent. Et ita discurrere fas est per alias perfectiones creatas, quz Divinas imitantur.
P̄ 2^o eandem consam a priori: participatio infinite perfectionis est perfectio parti
cipata, sed perfectio participata est quid positivum: q̄ participatio infinite perfectio
nis quid positivum est: q̄ personalitas creata est participatio Personalitatis Di
vinz, cum hpc positiva sit, talis et erit, et illa, eo tamen discrimine, quod Divi
na quid positivum illimitatum est; creata vero limitata existat.

Dr. 2^o positive
nra sententia raone iam insinuata Subsistentia est complementum substaale nra:
q̄ quid positivum est p̄ ans: suppositum in raone talis, est unum per se; at nisi

Subsistentia sit complementum substantiale nā, suppositum in raone talis, n̄ e-
rit unum per se: q^a unum per se ex solis entitatibus substantiibus coalescit. Subs-
sistentia est complementum substantiale nā. Maior patet, tum ex cōi consensu; tum
paritate huius suppositi Christus Dominus, quod oēs fatentur, esse unum per se.
Tum q^a aliqui homo absolute dictus, erit unum per accidens; quod nemo dixerit.
Tum denique, q^a suppositum est denominatio, cuius incapax est accidens ob suam
imperfectiōem; ideo que accidentia a nemine vocantur supposita, sed magis appo-
sita et innocua suppositis. 2^o suppositum addit in nāa peculiarē aliquam et subs-
tantialem perfectionem, que dicitur subsistentia.

Sunt tamen nonnulla, que sententiam
nrām labefactare conantur. Obiicit 1^o humanitas assumpta est a Verbo cum oī
perfectione sibi connata, aiente S. Ioanne Damasceno lib. 3. fidei Orthodoxe, c. 6.
Deum assumpserit quidquid in nostra natura plantavit: q^o cum subsistentia n̄
sit assumpta a Verbo, ea perfectio humanitatis n̄ est. N. assumptam fuisse a Ver-
bo humanitatem cum oī, et sola perfectione, que ad nāam pertinet; n̄ tamen cum
ea perfectione, que nāam in esse personę constituit; alias persona humana assump-
ta fuisset a Verbo. Hoc a S. Doctore intendi, liquet apparet: dicit enim, quid
quid in nāa, n̄ quidquid in persona plantavit.

Obiicit 2^o dummodo natura in-
telligatur actu n̄ unita alieno supposito, et cum carentia aptitudinis, ut et tri-
atur, intelligitur n̄ existens in alio; n̄ posseva ab alio; non alieni iuris, sed sui;
sed hoc est foris subsistere subsistentia propria: q^o ut nāa intelligatur foris sub-
sistens, sufficit negatio actualis et aptitudinalis unionis ad aliud. Nego minorem:
nam n̄ existere in alio, n̄ possideri ab alio est. Est effectus mere secundarius
subsistentię, que habet pro effectu foris primario reddere nāam, cui unitur vlti-
mo completam in linea substanti, seu alteri supposito incommunicabilem. De
de nāa n̄ intelligitur constituta in raone suppositi, quorsque cum eo complemen-
to intelligatur, seu quorsque sit cum positivo impedimento, ut sit alieni iuris,
et communicetur alteri, a quo possideatur.

Obiicit 3^o ex nrā sententia inferri
1^o aliquam esse creatam entitatem que nec Divinitus possit a Deo assumi. In-
feritur 2^o humanitatem Opti carere aliqua positiva perfectione. Nunc autem
subiungitur 1^o humanitatem Verbo unitam videntem esse; subiungitur 2^o

20
208
Optimū n̄ esse univoco hominem cum reliquis hominibus; q̄^a careret positiva
entitate, quam ceteri hominum possiderent. Inferitur 3^o nam per se ipsam n̄
esse incommunicabilem alteri, sed per aliquid a se distinctum in ratione talis
constitui.

Concedo 1^{am} sequelam, quae nihil absurdi continet: licet enim ois entitas
creata substantialis, quae ad naturam pertinet, sit in potentia obedientiali, ut assuma-
tur; entitati tamen personalitatis, seu entitati, quae ad personam ut talem spectat,
ea capacitas non inest. Et nihil mirum, cum deus pateatur, per se ipsam ut talem n̄ po-
se assumi. Concedo pariter 2^{am} sequelam si de positiva perfectione personalitatis ser-
mo habeatur nego tamen transque sublationem nego 3^{am} quia Personalitas Divina
propter eminentiori modo et utiliori humanitati quod personalitas creata eidem
quod personalitas creata eidem propter. Unde sub Verbi personalitate violenta n̄ est huma-
nitas, quia hęc se exigit propriam personalitatem, et in eam sub conditione ingenera-
deat, nempe n̄ datur ipsa utilior, et melior. Et certe utilius, et melius est humanitati Christi
subsistere Verbo, et per illius subsistentiam subsistere, quam subsistere per propriam; sicut (ut
Doctores Seraphici exemplo utar) melius nubit femina regi, cui subit, quam rustico cui
probit. Ideo autem nego 2^{am} sublationem, quia univocatio in ratione hominis non spectatur
inter singulos homines secundum perfectionem personalitatis; sed secundum naturam ge-
nerificam, quae Christo et ceteris hominibus univoco convenit.

Ad 3^{am} sequelam fateor, natu-
ram n̄ esse per se ipsam formaliter incommunicabilem; alias per se ipsam foret subsi-
stens. q̄ licet per se ipsam sit incommunicabilis radicaliter, et coactive; attamen per ali-
quid a se distinctum, nempe per positivam subsistentiam constituitur proxime, et formaliter
incommunicabilis. Sic materia radicaliter, et coactive per se ipsam impenetrabilis est; est ta-
men proxime et formaliter impenetrabilis intuitu quantitatis, a qua realiter posse distin-
guitur. Sic lapis per se ipsum coactive tendit in centrum; et tamen descensus in centrum
ei debetur proxime ratione gravitatis a se distinctae.

Obicitur 2^o 2^o Ang. Deciporem, et alios
D^{os}, ideo in humanitate Opti non manet subsistentia creata, quia in ea datur per-
sona Divina. q̄ subsistentia creata consistit in carentia unionis ad personam distinc-
tam. R^o Sancto D^o n̄ docere, ideo soluti in humanitate Christi non esse subsistentiam cre-
atam, q̄ in ea datur Divina; sed ideo arguere, ut scilicet inducant incompatibilitatem
Divinae subsistentiae cum creata: hęc enim incompatibilitas axioma fundamentum est,

Ut sic arguatur, datur in Origine Subsistentia Divina: q̄ in eo n̄ manet Subsistentia crea-
ta.

Obiicitur denique: si natura humana dimitteretur a Verbo, foret 2^a sententiam nostram,
ut si existeret non personata, illi daretur nova realitas. Iam autem impossibile est, et
impossibile pariter est 2^{um} nam per solam dimissionem nova realitas dari non potest.
Vocat non hęc obiectio in decisionem aliquarum questionum, quas (simul cum aliis, quę pro
veteriori notitia Subsistentię creatę agitari solent) resolvere oportet. Sit itaque sectio 2^a non
nullę quę circa Subsistentiam resolvuntur.

Sectio 2^a Nonnullę questiones circa Subsistentiam resolvuntur.

Quæritur 1^o: Num natura creata possit Divinitus in Subsistentia privari? Negat Ex^o D. 2^o Bon-
seca, et alii: q̄ n̄ minus impossibile apparet, dari naturam sine Subsistentia, quam dari mag-
nitudinem sine figura quod certe omnino impossibile est affant vero cum Caietano 2^o obiecto
Alfonso, et Reynado, eo quod in tali spoliatione nullam importari implicationem existimant.
Et tunc venior apparet sententia Dⁿⁱ Exemii, qui in conspationem sup^{er} sententię adducit etiam
exemplum linee. Porro intelligi n̄ potest quod linea non sit aut recta, aut obliqua: q̄ quem
admodum linea aliquo ex his modis, rectitudinis nempe, aut obliquitatis gaudere debet;
sic natura, aut modo existendi per se, aut modo existendi in alio gaudere debet: q̄ omnis sub-
sistentia nec divinitus privari valet. In hac sententia si humanitas dimitteretur a Verbo,
et Divina personalitate spoliaretur, propria Subsistentia subsisteret.

Quæritur 2^o: a quo prin-
cipio ortum habeat Subsistentia? Communior sententia tenet cum Ex^o D. sect 6, Subsisten-
tiam produci a natura substantiali, in qua etiam recipitur. Ratio est, q̄ Subsistentia est proprietas
naturę substantialis, cum qua intimam et inseparabilem connexionem naturalem habet.
Proprietates vero activę dimanant ab eventia, cuius passionem, et proprietates dicuntur.
Nunc, si natura humana dimitteretur a Verbo, nullatenus maneret n̄ personata; quin
potius eam continuo sequeretur personalitas propria: n̄ quidem per solam dimissionem,
sed per novam actionem, qua in se propriam personalitatem produceret. Non aliter, ac
aqua, dum ab extrinseco impeditur, quominus sibi innatam frigiditatem producat, eo
impedimento sublato, sese ad frigiditatem revertat. Non tamen discrimen interest,
quod aqua si impeditur, ne frigiditatem obaneat, ad quam progressionem absolutam

habet; humanitas autem assumpta a Verbo, non impeditur, si (alias optaret ad
eo dimitti) q^a implicite conditionatam propensionem habet ad personalitatem propria-
dalem nempe; qualem sectione proxima exponebamus.

Inquitur 3^o quomodo subsistentia
requiratur ad operandum? Cetero asseritur, praequiri saltem ex natura rei ad opera-
tionem naturae; q^a prius est naturam in suo esse substantiali perfici, quam aliis operationibus exer-
ceri. Ad huc, eius sententia (ut ait Ex D. Sect. 3.) tenet, subsistentiam non habere propi-
am et immediatum influxum in actiones dispositi. Et certe in sententia Scoti
res videtur clara; nec enim jura negatio active influere potest in actiones positivas.
In nostra autem sententia idem coe avertum comprobatur paritate Divinarum Personalitatum,
quae in actiones ad extra proprium influxum non habent; sed tota virtus agendi est genes-
turalis Divinae: ob hanc enim causam actiones ad extra dicuntur indivisae in Trinitate
et q^a nempe natura indivisa est. Vide alias rationes apud Ex D.

Inquitur 2^o an subsistentia sit
modus, an entitas absoluta? Cetero etiam convenit in nostra et Aristotelis doctrina, esse modum;
q^a alioqui daretur in natura duplex species substantialis absoluta; et altera alteri subordinata; licet
autem subsistentia unum ad aliud non determinet; est tamen essentialiter alligata rei, quam
complet; quod ad rationem modi satis esse, comprobatur exemplum amoris, quo anima se ipsam
amat: hic enim amor eo modus est, q^a etiam animam ad aliud non detrat; si tamen essen-
tialiter alligatur. Ad huc, licet subsistentia Divina modus non sit, non ideo subsistentia cre-
ata modus non erit; sicut licet subsistentia Divina semper imperfectionem et incompletionem
non importet; eas tamen importat subsistentia creata.

Nunc fit, ut natura creata nec divini-
tus terminari possit aliena subsistentia creata, ut cum Ex docent ceteri nostri: modus enim
incapax est tribuendi proprium effectum formalem alteri naturae, cuius modus non est, et paritate
unionis, et ubi caonis constat. Contra, q^a subsistentia Divina non est modus, terminare va-
let aliam naturam, propter Divinam, et in mysterio Incarnationis patet. Inde etiam a fortiori
fit, ut natura Divina terminari nequeat subsistentia creata: huc enim, ut pote quae modus est,
sola naturae creatae, quam modificat, proprium effectum communicare valet, adeo quae illam
solum terminare potest.

Nunc merito quaeritur, quid sit modus iste, in quo subsistentiam
collocamus? respondet esse ultimum terminum naturae in linea substantiali, si cuius na-
tura reddatur incommunicabilis termino alterius naturae complete, a quo possideatur, et qua-

si subsistentia. Ratio est: q^a natura completa in ratione talis debetur ulterius terminus aliquis, seu complementum substantiale, quo natura humana, v.g. constituitur simplici homo, aut suppositum humanum, et aliens personae incommunicabilis reddatur. Id patet ex mystico. Incarnationis, ex quo subsistentia nobis innotuit. Obiecto D. contra Nestorium inferunt, non manere in Christo subsistentiam creatam nec eum assumpsisse hominem, eo quod natura humana assumpta sit a persona Divina. Nec autem illatio non teneret, nisi subsistentia creata esset ultimus terminus, et substantiale complementum, vicium natura fortiter incommunicabilis reddatur.

Nunc subsistentiae munus est ita terminare naturam, ut eam incommunicabilem reddat, vel si manens ultimo terminatam, ac perfectam in linea substantiali. Licet autem haec incommunicabilitas termino negativo explicetur, et nihilominus effectus positivus, qui cum ultima terminacione in linea substantiali coincidit. Sic Immortalitas, immortalitas, et incorruptibilitas sunt entitates positivae, quamvis terminis negativis significentur. Nunc ulterius effectus fortis subsistentiae completae est suppositum (quod ex dicta substantia completa incommunicabilis definitur solet): q^a natura ultimo perfecta, atque completa in ordine substantiali cum supposito recurrit.

Quiritur tandem, utrum in natura composita ex materia, et forma detur multiplex subsistentia, pro multiplicitate partium? Contra etiam affert a nostratibus, si de natura rationali sermo habeatur. Ratio est: q^a Verbum Divinum distinctis partibus Unionis unitum est ad materiam et formam humanitatis: siquidem eis unitum mansit in triduo mortis, et fundamentum non datur, et dicamus eo tempore amisisse Unionem, qua indivisibiliter eis uniretur, et rursum in resurrectione amisisse duplicem Unionem in statu separationis existentem, et comparare novam aliam, qua eidem materiam et formam indivisibiliter cogularetur. Nam vero si Verbum Divinum diversis partibus Unionis hypostaticae unitum est materiam, et formam, istis debentur partiales modi Subsistentiae: siquidem Verbum Divinum per sui Unionem ad materiam et formam impedivit eam Subsistentiam, quae eas consecutura esset. Unde sicut Unio hypostatica diversis partibus consistat, sic etiam Subsistentia, quae per eam impedita est, ex partibus coalescere debere.

Notat hic Ex D. Subsistentias materiam, et formam Unionis in ter se per modum partium et actus; et Subsistentiam Unionis humanae esse veluti nec eum et Unionem eorum; q^a Subsistentia completa, quae ex eis coalescit, proportionem habere debet cum natura et partibus, quas afficit. Unde sicut materia, et forma se habent

209
210
At poa et actus; et nio est canum vinculum; sic subsistentia completa, quae ear afficit,
coalescere debet ex subsistentiis, quae exposito modo se habeant. An vero subsistentis per
num naq vocari debeant partiales subsistentis, an vero partes subsistentis? questio est
mere vocalis; in qua congruetius loqueris, si ear vocarentur subsistentias partiales; q^a alio
qui anima separata n diceretur subsistens, contra quod Phil. nostri sententis suggo-
nunt communiter et vere. manet enim vere existens, ut fides docet, et hinc sepe cui
denter deducitur (ut loquitur Ex D. manere etiam subsistentem; q^a per se existit in
dependentem ab omni subsistentante. Non tamen ideo anima vocabitur persona partia-
lis; q^a nomen persona indifferens n est ad naam completam, et incompletam, sed soli
naq completis adaptatur.

Sed contra resolutionem nam obicitur: anima separata non
est ultimo substantialiter completa; q^o non est subsistens partiali subsistentia, ac proinde subsisten-
tia naq integre ex partialibus subsistentis non conflatur, concesso anti, negetur consa: nam eti-
de conceptu subsistentis integre sit ultimus terminus, et ultimum complementum in linea sub-
stantiali; de conceptu subsistentis partialis solum est, ut sit modus quo entitas incompleta ex-
istit per se independentem ab omni subsistentante; et quod ordinate ad constituendum ulti-
mum terminum naturis completis cum alio termino aut subsistentia partiali. His autem
omnia in animis rationalis separatis subsistentia reperiuntur.

Dixi in resolutione questio
nis si de naa rationali sermo habeatur: nam de subsistentia naturis completis non ratio
nalis sermo sit forma talis naq partiali subsistentia n gaudet. Ratio est: q^a subsisten-
tia intrinsece, ac formaliter includit independentiam a subsistentante, et maxime a
subto, a quo in suo ere pendeat; sed in fris naturis non rationalis nihil est quod inde-
pendeat a maa, ut a subto subsistentantis; quin imo tales fris in suo ere pendent a maa.
q^o in talibus fris n est partialis subsistentia. Qui plura velit, adeat E. D., qui loco citato
per septem sectiones questiones de subsistentia ita versat, ut nihil intactum, et inre-
solutionem relinquat. Sectio 3^a de ente accidentali; vbi potissimum de effectu formali, et
natura quantitatis

Sectio 3^a
De ente accidentali; vbi potissimum de effectu
formali, et natura quantitatis

Diximus etiam citatis tract. 9. loc. et sect. 2., tum accidens (quod ens in alio
coiter exoritur) recte probe que defini in hunc modum, ens adaequate distinctum a
supposito, tum quantitatem esse accidens, si cuius corpus reddatur extensum. Hoc
ultimum sic intelligendum est, ut quantitas reddat partes corporis exigentes occupare
distinctas partes loci, quae exigentia est extensio radicalis; ea que propter quantitas,
reddat corpus non quidem fortiter, sed solum radicaliter extensum; quoniam fortis
extensio non consistit in quantitate, sed in ubiacionibus. Ita est, ut eo dictis in physica,
ubi de bilocatione, constat. Est igitur quantitas accidens, si cuius corpus reddatur radi-
caliter extensum quoad locum. Quo circa quantitatem a substantia distingui verius
est. Nam negarunt Nominales quoniam sententia quantitatem cum rebus quantis rea-
liter identificari. Unde si entitas, que dicitur quanta, sit substantia, qualis est lapis, huius
quantitas substantialis consetur, nempe cum lapidis materia identificata.

Verum quantitatem esse accidens, firmat ovum fere consensus Scholasticorum, cum Arde et D. Anselmo et iure quidem merito. Sum q^a materia 1^e uti et oi substantiae creatae aliqua proprietas acciden-
talis assignanda est; et non est alia praeter quantitatem; tum q^a, uti Incarnationis Mysterium certam nobis attulit cognitionem distinctionis suppositi a natura, (quam distinctionem ne-
mo Philosophorum proposuerat) sic sacrae Eucharistiae mysterium realem distinctionem qu-
antitatis a substantia plane ostendit. Profecto, ex hoc mysterio tale argumentum efforma-
tur. In sacra Eucharistia non remanet substantia panis, atque adeo nec materia 1^a; et tamen
ibi remanet quantitas; quae haec a substantia realiter distinguitur. Minor pro. tum ab
experientia qua videmus, accidentia, que ibi remanent, impenetrabilia esse: impene-
trabilitas enim, provenit a quantitate. Sum eis, que ubi de subto accidentium, a nobis
dicta sunt, e quibus unum firmare oportet.

Accidentia illa, que in Eucharistia permanent, si non essent subiectata in quantitate, essent dissoluta; nec ulla supererit ratio, cur
moto uno illorum, moverentur reliqua, si quidem non magis albedo est in sapore,
quam in albedine Sapor; et ita res habet in ceteris. Nunc fit, ut ad eorum unionem,
quam igitur sensibus aperte confirmamus, necesse non ibi sit dandum esse aliquod sub-
tum, quod oia sustineat, et cui uniantur; quod certe aliud esse nequit, quam quan-
titas panis.

Quod si cum nonnullis dicatur, qualitates illas mini Divina Virtute sine quantitate panis; contra insurgam. Terminus, hostiam consecratam calefieri

humectari, et alia accidentia ab agentibus naturalibus accipere. Sed autem plane
arouit, remansisse ibi aliquid, quod vicem substanti subeat; alioquin daretur actio si
ne passione, et causa naturalis (a quibus ea accidentia produciuntur) agerent nullo
subto presupposito, ac proinde crearent; quae omnia absurdissima sunt. Et autem neces-
sarium est in Eucharistia aliquid, quod vicem substanti subeat, illud ipsum satis est,
ut qualitates remanentes ei vniantur, nec opus erit confugere ad Divinam virtutem,
quae eas vniat. Et haec pro communissima sententia satis sunt.

Dubitatur autem, quoniam
sit 1^a ac foris ratio quantitatis, sicut re formalis effectus? Haec in re plures sunt sen-
tentiae, quas relatas, et impugnatas videre poteris apud Eo. D. disp. 10. Michagni. Non-
nullas ego referam, et breuiter refellam, postquam tenendam firmaverem. Ergo cum com-
muni Nortratum assero, rationem forlem, scilicet re quantitatis effectum situm esse in eo, quod
quantitas reddat corpus ex natura rei impenetrabile in eodem loco cum aliis corporibus simili
accidenti affectis. Dico ex natura rei, quod non repugnat (ut eo dicitur in physica nobis innotescit)
plura corpora quanta unum locum occupare; nec, spectata Dei virtute, impossibile est, plures
partes integrales eiusdem corporis penetrari; partes enim corporis Domini in Eucharistia pe-
netrantur; quatenus quantitatem eius quae forlem effectum retinet, quia naturalem repugnan-
tiam ad penetrationem non amittunt. Dixi etiam, cum aliis corporibus simili accidenti
affectis; quod quantitas nec reddit corpus impenetrabile cum spiritibus, nec item cum rebus
corporeis quantitatem non habentibus. Haec sine miraculo penetratur natura cum substanti
tantiali, et cum quantitatibus corporeis, et materialibus.

Sed ratio assertionis nostrae haec est. Quan-
titas est accidens proxime et ratione sui impenetrabile cum alio eiusdem rationis; quod effectus
formalis ipsius est reddere corpus predicto modo impenetrabile. Contra liquet paritate alio
rum effectuum formalium. Effectus forlis albedinis est reddere substantiam discreta-
torem virus; et nigredinis effectus forlis est, constituere substantiam congregativam virus;
quod illa est accidens virus disgregans et ita ista est qualitas virus congregans. Non vero
pro id quod primario apprehendimus in quantitate molis (de qua in presenti) est ita lo-
cum occupare, et illum ab alio corpore, alia re mole occupari non sinat; ideo quae Augustinus
Barilius homil. 3. in Hexameron, corpus quantum expleat, per id quod remittit et remi-
tere potest ingredi alterius. Quod quantitas est accidens proxime et ratione sui impe-
netrabile cum alio eiusdem rationis; et quidem ita id obinet, ut per eam impenetrabi-
litatem primario nobis innotescat.

Quo circa non incongrue definitur quantitas in hunc modum accidens absolutum
et corporeum localiter impenetrabile cum alio eiusdem rationis. Terminus autem ille im-
penetrabile, licet negativus quoad sonum, significat predicatum positivum, si cuius pe-
netrationi resistitur. Sic in hac bruti definitione animal irrationale sive irrationale est
terminus negativus quoad sonum, re vera tamen est predicatum positivum si cuius ope-
rationibus discurrere, aditus et capacitas precluditur. Si tamen congruentius ad dicta qu-
antitatem definire velis, ita eam explicata ex D. Leo, accidens absolutum constituens
substantiam aptitudinaliter proximè extensam quoad locum, eam quam explanationem of-
fectus formalis quantitatis est reddere substantiam aptitudinaliter proximè extensam in
ordine ad locum.

Verum duo effectus foris predicti in unum recidunt: nam si quantitas
reddat partes corporis realiter impenetrabiles, reddat pariter eas exigentes occupare distinc-
tas partes loci; quæ exigentia est extensio radicalis, quæ proinde cum quantitate identifi-
catur. Extensio autem foris prestat ab Ubicationibus a. D. adeoque ratio quantitatis non
est, sed eius effectus secundarius. Oppositum dicitur D. Nonreca. Sed huius sententiæ falsitas
eo convincitur, quod corpus Christi in Eucharistia quantitatem habet, cum tamen localiter
extensum non sit. Extensio vero entitativa consistens in actuali partium distinctione a-
quantitate non prestatur quantumlibet in oppositum reclamaverint veteres Theologi, quod si-
cut identitas est quidam omnino intrinsicum predicati substantialibus, et a nullo extrinseco
provenire valet, ita distinctio realis est predicatum essentialis rebus realiter distinctis
quæ proinde requirit ad removere partibus substantiæ a quantitate, quæ eisdem, eamque etiam,
extrinseca est.

Denique extensio partium in ordine ad se, et ad totum, quæ consistit in
eo, quod partes integrantes invicem variantur non secundum se totas, sed secundum
extremitates, quo facto caput P. videtur Collo, ea inquam, extensio non prestatur a quan-
titate, licet oppositum propugnatur a Modernioribus Theologis. Hi enim eo impugnantur,
quod totus hic effectus intelligi potest, prescindendo a quantitate, si rursus intelli-
gantur certe rationes continuatorum et carentium aliarum. Quod non provenit foris a quan-
titate, sicut effectus foris albi non provenit a dulcedine, quia sine illa intelligi valet.
Dip. Ultima de oppositis entis reali.

Disp. Ultima.

De Oppositis enti reali.

Cum eorum, quae inter se opponuntur, cognitio ad eandem scientiam spectet, necesse est, ut post entis realis tractationem, ad entia chymica, et negativa ex adverso illi respondentia accedamus. 9^o in hac disp. de ente rationis et de carentiis agemus. Atque 1^o disseremus de ente rationis, de quo (propter ea, quae in logica agitantur) plurima disputari solent, quae late exposita apud Reynaldo in logica toto tract. 4. videri possunt. In 3^o sectio 1^a. Num ens rationis pure obiectivum seu chymicum importet esse obiectivum, quod ab omni enti reali distinguatur?

Sectio 1^a

Utrum ens rationis pure obiectivum seu chymicum importet esse obiectivum, quod ab omni enti reali distinguatur?

Negavit ¹⁰Merice, Antonius Perez Lynceus, Piradeneyra, et nonnulli alii quibus e Thotii adstipulatur Mag. Lana. Horum Authorum mens est, nihil ab intellectu cognosci posse, quod non sit ens reale sive possibile; posse tamen entia realia, ab intellectu cognosci cognitione inordinata, et essentialiter falsa. Entia vero realia pro ut sic cognita, censentur ab eisdem ens chymicum, sive impossibile non impossibilitate entitatis, sed veritatis; quatenus existere non possunt modo sufficienti, et ea cognitio veritatem sortitur. E.g. hic chymica hiroceruus constituitur ex hirco, et cerro, qui sunt entia realia; et inruer eo cognitione etiam reali, quae aliam rem identitatem eis attribuit. In de q. hirus, et ceruus non possunt coexistere identificati, ideo obitum huius propositionis hiroceruus existit, in se possibile possibilitate entitatis, est impossibile impossibilitate veritatis; quoniam existere non potest eo modo, quo per eam cognitionem representatur. Quoniam propositio questionis resolutionem affirmativam tenetur Thotii cum Mag. co Magistro, Scotii cum Scoto, et contra cum Eo D. disp. 54. Methago sect. 1^a. Hic vero

resolutio tenenda est, et sic probanda. Ens rationis et chymicum tantum ha-
bet, et habere potest esse obiective in intellectu; sed quod tantum habet, et habere
potest esse obiective in intellectu, ab omni possibili distinguitur: q^o ens chymicum
distinguitur ab omni possibili. Maior est recepta entis rationis definitio; minor q^o,
de nullo ente possibili verificatur, quod tantum habeat, et habere possit esse obiective
in intellectu; cum de ens possibile habeat aut habere possit verum esse intrinsecum
reale, et in se; q^o quod tantum habet, et habere potest esse obiective in intellectu, ab
omni possibili distinguitur. Constat 1^o aggregatum ex omnibus possibilibus, et cognitione
inordinate ea attingente, non est impotens existere: q^o tale aggregatum non est chymicum
q^o hoc constituitur per aliquid distinctum ab eo complexo. Constat 2^o ubi possunt exis-
tere ex boema, et eorum identitas, totum ex eis resultans n^o est chymicum: sed 2^a
adversarios ex boema hircocervi sunt hircus, et cervus, qui existere possunt; et eorum
identitas est formaliter cognitio eos adunans, quae etiam existere valet: q^o totum ex
eis resultans chymicum non est; ac proinde hircocervus non est chymicum.

Constat 3^o
occurrente solutione ad veranionem: licet possit de complexo vere affirmari predicatum
aliquod, quod de partibus seorsim falso diceretur, ut esse complexum, esse totum, aut com-
positum; alia tamen s^o predicata, quae de complexo n^o dicuntur vere, quam vere dicun-
tur de partibus seorsim, aut saltem de aliqua; ut esse substantiam esse producibile exis-
tens, genitum, et alia. Sed huius secundi generis est predicatum impossibile: q^o nequit
hoc de aliquo complexo vere dici, nisi de omnibus aut de aliqua saltem eius parte
vere dicatur. Et minorem: impossibile idem est, ac impotens existere; sed si de nulla
parte complexi vere dicatur, quod est impotens existere, id n^o dicatur vere de illo com-
plexo; q^o nihil dabitur in ipso, ratione cuius predicatum impotentis realiter existere
eodem conveniat. q^o predicatum istud impossibile est secundi generis nunc nunc
expediti.

Constat 2^o hoc proo alter Deus est impossibilis affirmat vere de aliquo subto im-
possibilitatem: sed eam non affirmat de aliquo ente possibili; cum de tale ens veram
possibilitatem habeat; neque eam affirmat de complexo ex omnibus possibilibus, et cogni-
tione falsa: nam vel hoc complexum veram possibilitatem obtinet: q^o illa propositio af-
firmat impossibilitatem de subto quod ab omni ente possibili, et a cognitione falsa
realiter distinguatur. Respondent adversarii, predictam proonem equivalere huic,
actus negans unitatem Dei, nullatenus potest esse verus. Hae autem propositio,

Et patet nihil distinctum ab omni possibili continet.

Sed contra 1^o q^a illa propositio alter Deus est impossibilis aliquid dicit tamquam de subto de altero Deo; alterius vero propositionis, huius nempe actus negans unitatem Dei, nullatenus potest esse verus, alter Deus subiectum non est; quoniam solum est subiectum actus id quod per illud representatur, quod certe non obtinet alter Deus relate ad 2^{um} actum. 2^a altera propositio alteri non equivaleat. Contra 2^o quia, gratis admittitur ea equivalentia, adhuc non videtur, per hanc proonem actus negans unitatem Dei, nullatenus potest esse verus, cognosci aliquid ab omni possibili distinctum. Et q^u per hanc proonem cognosci sit veritas actus negantis unitatem Dei; alias quo pacto dicere possent adversarii, talem veritatem impossibilem esse? Sed veritas actus negantis unitatem Dei distinguitur ab omni possibili; alioqui possibilis esset veritas talis actus, qui proinde posset aliqua vera proa verus evadere, quod merito negatur. 3^o aliquid distinctum ab omni possibili potest ab intellectu cognosci.

Atque hinc per 2^o eadem affirmativa resolutio: cognitio obiecti distincti ab omni possibili esse adversario est chymera; sed ea cognitio distinguitur ab omni possibili. 4^o aliqua chymera ab omni possibili distinguitur. Et primum: cognitio obiecti distincti ab omni possibili cum nullo possibili identificatur. 5^o ab omni possibili distinguitur. Et ante: ea cognitio non identificatur cum cognitione possibili. 6^o cum nullo possibili identificatur: nec enim apparet possibile aliquod, cum quo ea cognitio identificetur, nisi cognitio possibilis, ac proinde, si cum hac non identificatur, nullum erit possibile cui identificetur.

Confrat. 2^o ad versarios hoc iudicium est verum obiectum adquate distinctum ab omni possibili non potest cognosci: 7^o adversarii ipsam cognoscunt illius iudicii subiectum, de quo affant, non posse cognosci; alias iudicium ferrent de subto, quod prorsus ignorant. Nunc interrogo: subiectum illius iudicii distinguitur ne ab omni possibili, non distinguitur? si sum q^u quod ab omni possibili distinguitur, cognoscitur ab adversariis, qui proinde falso dicunt, tale distinctum non posse cognosci. Si 2^{um} q^u illud iudicium erit falsum; q^u de subto non distincto ab omni possibili falso dicitur cognosci non posse; cum re vera tale subiectum cognosci valeat. Alia videri possunt apud L. Prynado loco citato disp. 3. sect. 2. Sectio 2^a.

Sectio 2.

Argumenta contrariorum solvuntur.

1^o et potissimum obiciunt advenant: ens rationis n̄ distinguitur ab omni cognoscibili; aliud cognoscibile n̄ foret, nec posset habere esse obiective in intellectu: q̄ nec ab omni possibili distinguitur: de enim cognoscibile est possibile, siue ens reale; cum cognoscibilitas sit entis realis attributum. 1^o cum P. Reynado, ens rationis distinguitur ab omni cognoscibili intra sece, atque adeo ab omni possibili; n̄ tamen distinguitur a cognoscibili extrinsece; ac proinde esse tantummodo extrinsece cognoscibile. q̄ nullam habet cognoscibilitatem passivam, et intra sece, quae entis realis attributum est; habet tamen cognoscibilitatem pure extrinsecam, quae consistit in pot̄a intellectus, ut sibi obiciat ens rationis, et in possibilitate cognitionis, quae ad illud terminetur.

Sed contra hanc solutionem acriter et multipliciter inurgunt advenant. 1^o q^a aliud n̄ continet, quam meram principii positionem: quæritur enim, utrum ens rationis pure chymicum importet aliquod esse obiectivum distinctum ab omni ente reali; quod est idem, ac inquirere, utrum id quod ab omni ente reali distinguitur, cognosci valeat? q̄ dicere cognoscibilitatem extrinsecam convenire enti distincto ab omni ente reali, nihil aliud est, quam ipsa quæ respondere, et vitiose principium petere. 2^o q^a impossibile est cognitio circa obiectum, quod ex parte sui capacitatem passivam n̄ habeat, ut cognitionem terminet. Ens autem ab omni possibili distinctum eam capacitatem n̄ obtinet. 3^o q^a ens rationis suscipit denominationem cogniti; q̄ est subiectum capaci talem denominationis. 2^o q^a ea capacitas est intrinseca enti rationis; alia n̄ est a capacitate, quæ sit in pot̄a intellectiva ad illud cognoscendum? si sum q̄ ens ratio nis habet intrinsecam cognoscibilitatem, quæ aliud n̄ est quam intrinseca capacitas ad terminandam cognitionem. Si sum q̄ denominatio cogniti n̄ cadit supra ens, sed solum supra pot̄am cognoscitivam: nam denominatio cadit supra capacitatem, quæ datur in subto; et hæc capacitas non est in ente rationis, sed solum in pot̄a cognoscitiva.

2^o q^a ens spirituale n̄ habet in se capacitatem passivam, ut corpoream visio nem terminet, videri n̄ potest: q̄ si ens chymicum n̄ habeat in se passivam capacitatem terminandi cognitionem, hanc terminare n̄ poterit. 5^o et ultimo: ratio fortis

Subque intellectus, est veritas transcendentalis, sive intrinseca obiecti cognoscibilitas:
o, si intellectus, dum cognoscit ens rationis, cognoscit obiectum, quod veritate transcenden-
tali, et intrinseca cognoscibilitate non gaudet a sua ratione forli extrahitur.

Existimant
adversarii, sententiam nostram et solutionem argumento prestitam propositis impug-
nationibus omnino labefactari. Eius tamen non obstantibus, nec a sententia communi, nec a
solutione data recedendum est. Non ab illa, propter ea, quae in ipsius comprobationem ad-
ducta sunt. Nec item ab ista: quoniam denominationes pure extrinsecas non semper requi-
runt intrinsecam subiecti capacitatem, saltem positivam. Et id est a priori: quod ex terminis
talis debet esse capacitas, qualis est effectus forlis, seu denominatio suscipienda: quod si de-
nominatio sit mere extrinseca sufficit capacitas mere extrinseca, nisi aliud aliud
de probetur. Et est ab exemplis: nam creatura denominatur infinite cognita, et ama-
ta a Deo; et tamen increatura non regitur infinita cognoscibilitas, et amabilitas
intrinseca. Item Antichristus modo suscipit denominationem cognitivi: quod quidem cogni-
tio, quam de ipso habemus modo illum denominat; et tamen Antichristus utique
qui modo nihil est, nullam modo habet intrinsecam capacitatem, ut cognoscatur:
quod effectus formalis extrinsecus suscipi potest a subiecto, in quo nulla sit intrinseca capa-
citas illius.

Sed ad 1am impugnationem fateor, nostram resolutionem continere petitionem
principii; nego tamen, hanc esse vitiosam: nec enim vitiosa est petitio principii, quod
principium efficaciter impugnatum, non est, uti in presenti non esse, ex resolutione ad
alias impugnationes ignoscet. Ad 2am nego 1am propositionem: quoniam cognitio ter-
minari potest ad obiectum, in quo positiva, et intrinseca capacitas terminandi cogni-
tionem non regitur; sicut cognitio modo terminari valet ad obiectum quod modo
non gaudet positiva, et intrinseca capacitate, ut cognoscatur. Cognosci quoque valet obiectum
illud; quod licet non habeat in se, modo cognoscatur, efficitur tamen cognoscibile, ab intellec-
tu; et in quantum intellectus facit illud cognoscibile, cognoscatur, ut ait Aristoteles. Metaphysica 1. p.
q. 16 artic. 3. ad 2um.

Ad 3am concessio anti, disquatur cons: quod est subiectum capacitate
gative denominationis cognitivi, concedatur, positive capacitate, negatur: quod ut in ente chymico
nihil est, quod positive mereatur cognitionem, ita nihil est, quod positive resistat cogni-
tionem; atque adeo illud non est incapax positive ut cognoscatur, quod est esse negative capacitate
denominationis cognitivi. Nunc ad interrogationem 2am capacitatem entis chymici

et cognoscatur, esse ei extrinsecam. Quo circa illud non obtinet cognoscibilitatem intrinsecam, ac proinde cum ente reali non confunditur; Quoniam ens reale habet cognoscibilitatem, et positivam, et intrinsecam, quae talis entis passio censetur. Nunc, licet ens chymicum de nominetur extrinsece capax a potentia intellectus, denominatio extrinsece cogniti non cadit supra potentiam cognoscitivam, sed rursus supra ipsum ens.

Ratio est; quod denominatio cadit supra subiectum, quod est capax eam recipiendi; non vero supra subiectum quod est capax alterum denominandi. licet autem intellectus capax sit, et enti chymico bibuat de nominationem cogniti; non tamen est capax eam recipiendi saltem relatus ad cognitionem, quia cognoscit ens chymicum. Vnum quod hoc est capax et cognoscatur, quatenus intellectus valet illud cognoscere, et quatenus ex consequenti non repugnat cognitio ad illud terminata, supra ens chymicum cadet denominatio cogniti, licet simul supra intellectum cadat denominatio cognoscentis. Unde illa pro denominatio cadit supra capacitatem quae datur in subiecto, sic disqui potest: cadit denominando in indolem, et conditionem super denominantis, concedatur. aliter denominando, negetur. Indoles autem et cognitio cognitionis ab intellectu obsequi exigit denominare obiectum cognitum, intellectum vero cognoscentem.

Ad primam impugnacionem ratiō ens spirituale identificare secum spiritualitatem, quae est positiva repugnantia, et corporaliter videatur. Unde est intrinsece invisibile non solum negative, sed etiam positive; quae positiva invisibilitas in causa est, ut tale obiectum visionem corpoream terminare non valeat. quod non ideo videri nequit, quod utcumque caret capacitate passiva, ut videatur, sed quod ea caret, et simul identificat secum spiritualitatem quae est, ut dicebam positiva repugnantia, ut tale obiectum visionem corpoream terminet. At ens chymicum non ita est intrinsece incognoscibile, et positive resistat cognitioni. Ad ultimam impugnacionem; ratio foris primaria, sub qua intellectus tendit, est veritas transcendentalis, et cognoscibilitas intrinseca positiva; cognoscibilitas autem negativa, est veritas apparentis et quae ratio foris secundaria. Sic ratio boni est ratio foris primaria voluntatis, quae tamen per actus odii tendere potest sub ratione mali. quo circa, quod ens chymicum habet cognoscibilitatem negativam, et veritatem apparentem, ideo, dum ab intellectu cognoscitur, iste a sua ratione formali non extrahitur.

Explicit adhuc: ens chymicum excludit positive a sui identitate rationem entis realis: quod et cognoscibilitatem intrinsecam: quod cognitioni resistit positive. Nego autem: quod ens chymicum nunc et de

5
Dicendum q̄ cum eodem Leynado duas contradictorias absolutas, aut conditio-
natas sub hypotesi possibili, nunquam verificari simul posse; posse tamen, si sint
conditionales sub hypotesi aut conditione chymica, saltem q̄o verentur circa
illam contradictionem obivam, que in chymica fortiter importatur. Ratio est. q̄
ipsa hypotesis existentis alterius Dei inibit falsitatem illius principii impossi-
bile est, rem simul esse et n̄ esse, cui principio nititur oppositio contradictorianum:
q̄o inibit cessationem oppositionis contradictorie. Quid q̄o minus, si duplex contra-
dictoria sit simul vera sub hypotesi quod cesset contradictoria oppositio?

Secundum quomam
dixi, in propositionibus contrariis cessare oppositionem contradictoriam, addo cum
eodem Audore, eas propositiones n̄ esse contradictorias eo sensu, quo propositiones appellari solent
in scholis contradictorie. Profecto, sic appellantur illę, quantum altera est affirmativa, et
altera negativa: et ulterius pugnant quoad simultaneam veritatem, aut falsita-
tem, repugnantia orta eadem proxime memorato principio. At circa obivam impossi-
bile, in quo sub hypotesi existentis ipsius falsificatur principium illud, tam pro
affirmativa, quam negativa eiusdem partis contradictionis vera est, imo veritas
unius inferit necessario veritatem alterius: q̄o contradictorie n̄ opponuntur. Minor
est certa: nam illę propositiones mutuo se quoad veritatem inferunt, que ita habent, ut
verificativum unius inferat verificativum alterius. ita vero habent propositiones af-
firmativa, et negativa verentes circa existentiam obivam impossibilis: nam cum
huius existentia necessario coniuncta sit cum n̄ existentia, et vice versa; exis-
tentia que est verificativum affirmativę necessario inferit non existentiam, que est
verificativum negativę; et n̄ existentia, que negativam verificat, inferit existentiam,
que affirmativę verificativum est.

Obiiciunt 3.º hęc pro copulativa Petrus et eius carentia
simul existunt facit ens rationis; sed n̄ attingit obivam distinctum ab omni possibili:
q̄o pro min: illa copulativa convenit in obivo cum hac disiunctiva, Petrus existat Petrus
carentia existat; sed hęc n̄ attingit obivam distinctum ab omni possibili: q̄o nec illa
nego minorem et in eius probatione nego maiorem: nam, ut bene observat Leynado,
tunc solum copulativa debet convenire in obivo cum disiunctiva, quando copulata eadem
n̄ essentialiter incompatibilia, minime vero, q̄o copulata eadem essentialiter incompati-
bilia, qualia s̄ eadem illius copulativę, que nobis obiicit.
Ratio est. q̄o quando eo

exordium, quæ per præonem disiunctivam affertur, non sunt essentialiter incompati-
bilia, capacia sibi coexistere; atque adeo coexistentia, quæ est prædicatum affirmativum
per copulativam, non distinguitur ab extremis disiunctivæ affatis per disiunctivam;
at vero, quando exordium propositionis disiunctivæ sunt essentialiter incompatibilia,
sunt incapacia sibi coexistere: & copulativa ea exordium coniungens attingere debet
coexistentiam chymicam, quæ ut talis ab extremis seorsim paribilibus non potest
non realiter distinguere. Unde copulativa, et disiunctiva convenire non debent in ob-
iecto. Sectio 3. alia argumenta solvuntur, et questio quædam deciditur.

Sectio 3.

Alia argumenta solvuntur, et questio quædam deciditur

Obiiciunt 2.^o hæc præ Ariana Filius in Amritate est inæqualis Patri attingit ob-
iectum impossibile, sed non attingit distinctum a Filio vero: 1.^o præ attingens obiectum
impossibile, non attingit aliquid distinctum ab omni vero. Minor præ 1.^o q. alioquin ea
præ esset vera, q. de filio distincto a Filio vero vere dicitur quod sit inæqualis
Patri. 2.^o q. de eo Filio dicebant Ariani esse inæqualem Patri, de quo Catholici fa-
temur, Patri æqualem esse; sed Catholici de solo vero Filio fatemur, esse æqualem
Patri: & de solo vero Filio aiebant Ariani, Patri inæqualem esse, ac proinde ea præ-
positio Ariana non attingit filium distinctum a Filio vero.

Distinguo minorem
argumenti: non attingit ex parte subiecti filium distinctum a Filio vero, concedo
minorem: non attingit talem filium ex parte prædicati, nego minorem; q. dum
vero Filio affingit identitatem cum inæqualitate, ex parte prædicati attingit
Filium, cui talis identitas affingitur, atque adeo Filium a vero Filio distinctum.
Deinde nego consequentem: ad 1.^{am} minoris probationem neganda est sequela: q. sensus
illius præonem Arianae est, Filius verus actu identificatur cum Filio inæquali
Patri; qui sensus (cum affert, verum Filium de facto habere identitatem chymici-
cam) ultra dubium est falsus; imo et hæreticus: q. virtualiter negat rem, Filio æqualita-
tem cum Patre, quam fides docet. Minor 1.^o foris hæresis Arii consistebat in hac præone
Filius non est æqualis Patri, quæ est contradictoria veritati fidei, et nihil attingit ab im-
possibili distinctum. Unde 2.^o (ut ad 2.^{am} minoris probationem respondeam) idem est

Subiunctum propositio Arianae, ac Catholicae; adhuc tamen Ariana ex parte predicati
concordabat Filium Chymericum. Unde concessio integro syllogismo, negatur subillatio:
quoniam illa pro Ariana Filius est inqualis Patri attingit Filium secum idem
tificantem iniquitatem, ac proinde attingit Filium a vero Filio distinctum.

Obiiciunt
tandem (si argumentis maiori ex parte sophisticis, quoniam questio proposita feracissi-
ma est, finem imponere sibi) hęc pro homo est equus idem obiectum habet ac ista
homo non est equus alioqui altera non contradiceret alteri. sed hęc propositio negativa non attingit
obiectum distinctum ab eo possibili: quod nec illa affirmativa, cum tamen ista ens rationis
efficiat. Nego minus: quod illa negativa negat identitatem hominis cum equo, quę idem-
tatis chymica est, et ab omni possibili distincta. Si autem predictam identitatem
negat, illam concordat. Non tamen ideo debet esse falsa; quod videlicet non adstruit, sed pro-
prie remouet talem identitatem quę re vera non datur.

Sophisticatur: quod prior illa propositio homo
est equus erit vera: reddet enim hunc sensum, homo identificatur chymice cum
equo; qui sensus verus est. Nego contra. Ad probationem adiunctam, si homo identificatur
chymice idem sonet, ac chymicum est, hominem identificari cum equo, nego pro-
teritiam equivalem. Si vero idem sonet, ac homo de facto habet identitatem chy-
mericam cum equo, tunc propositio eradet falsa; quod falsum citra dubium est, de facto repe-
riri in homine identitatem chymicam.

Sed et hoc argumentum, et alia melius ca-
leas, et facilius disrobas, adverte v.º, subiunctum et predicatum, quando proponuntur ea
expressione, quę si sola existeret, attingeret per modum apprehensionis obiectum possi-
bile, tunc etiam in se proponem esse obiecta secundum se possible. Unde subiunctum et pre-
dicatum huius propositio homo est equus sunt homo et equus possible, et ea propositio so-
lum facit ens rationis, qua parte cognoscit, et affat per verbum est identitatem
hominis cum equo; quę identitatis chymica est, et per eam propositio affari bene
probat a Deynado loco cit. sect. 1. et Texco constat, quod ea propositio affat, hominem
identificari cum equo, atque adeo identitatem vtriusque affirmative representat. Quia
tamen identitatis, quę in ea et similibus propositio affari, se tenet ex parte predica-
ti; ideo dum dicimus, predicatum esse possibile secundum se, loquimur de ipso pre-
dicato, prout distincto ab identitate, quę per verbum est exprimitur. Quando vero
subiunctum et predicatum ea expressione proponitur, quę etiam sumpta per modum appe-

217

apprehensionis proponeret obitum impossibile, tunc etiam intra proonem erunt obita
chymica. Exemplum habet in his actibus mendacium Divinum est possibile; Sedus
est chymica ubi expressiones illi mendacium Divinum, chymica etiam in appren-
sione facerent ens rationis.

Adverte 2^o. n^o omnem proonem essentialiter falsam facere ens
rationis: hyc enim Deus n^o existit quamvis essentialiter falsa (q^uia cum Dei existentia
essentialiter connectitur, est enim creatura; atque adeo connectitur cum eo, quod illam
falsificat) n^o habet obitum distinctum a Deo et eius existentia (cum debeat convenire
in obito cum hac eius contradictoria Deus existat) q^uia nihil impossibile attingit
que adeo ens rationis n^o facit. Dices: concipit obitum aliter ac est in se. Diquo: illi ad-
cendendo predicatum impossibile nego: illi negando verum predicatum, concedo. Ve-
rum hyc arietas se tota tenet ex parte modi tendendi proonis; n^o vero ex parte ob-
iti representati. Dices insuper: obitum proit ab illa proone cognoscitur, est impossibile: q^u
est ens rationis. N^o ita terminis adrotationum: est impossibile impossibilitate ver-
tutatis nego: impossibilitate veritatis, concedo ans; sed nego concomi: q^uia ex hac conce-
sione tantum p^ot, obitum predicti proonis eam verificare n^o posse; minime vero es-
se ens rationis.

Adverte 3^o. entia rationis cognosci ab intellectu humano per species
entium realium, quz titulo contrarietatis ducere possunt in cognitionem entis impos-
sibilis; sicut species virtutis quodammodo iurant, ut ritii fides melius cognoscatur.
Adverte 2^o. (Et aliis questionibus respondeas) ens rationis fieri n^o posse proprie a vo-
luntate cum ab ea accipere nequeat esse cognitum. Nunc ens rationis fieri n^o potest
a sensibus externis, aut internis: q^uia sensus nequeunt illud cognoscere per species
proprias, quas nullas habent; et aliunde cognitio per species alienas, cum discur-
sum quemdam imponet, sensuum inaptitatem excedit. Unde cum phantasia in som-
nis fabricatur montem aureum, aut quid simile, nihil impossibile representat, cum n^o
obiciat sibi identitatem eorum substantiarum, quarum nullas habet species. Solum q^u si
ibi obivit et contigua eorum substantiarum accidentia externa, hyc autem figura acci-
dentium possibilis est; q^uia possunt illa sic contigua p^oinoi.

Remanent duz alij quzi; sed
ma tantum hic breviter decidenda est; et decisio alterius (quz inquirunt Anm. Deus
concordat et speciat entia rationis.) videri potest apud Leynad. sect. 3. q^u decidenda
questio inquirunt, Anm. dari possit conceptus mixtus enti reali, et chymico? et

ex hoc et alibi dictis constat, ens reale, et chymenicum non posse mirroce convenire in
ulla ratione ipsis intrinseca: quoniam ens chymenicum nihil intrinsecum habet, aut
habere potest. Unde difficultas est an illa aliqua ratione ipsis extrinseca mirroci va-
leant. Assentit ceteris SS. Nri cum L. Quirio, et Leynado; et nos cum ipsis partem
assentem tenemus.

Ratio est, quod ens reale, et chymenicum conveniunt mirroce in hoc
conceptu cognoscibile extrinsece; sed hic conceptus exprimit rationem obtram eis ex-
trinsecam: quod ens reale et chymenicum in aliqua ratione eis extrinseca mirroci possunt.
maior sola dubia pro: predictus conceptus exprimit extrinsecam cognoscibilitatem, quae en-
ti reali et chymenico convenit; aliunde eorum entium diffas non exprimit; est quod mi-
roci respectu eorum, quae proinde in eo mirroce conveniunt. Contra inde constat, quod
si conceptus ille habet expositas condiciones, ratio per eum significata, et per eum
significata, est omnino eadem respectu entis realis, et chymenici; quod certe, et non ali-
ud, ad conceptus mirrociationem requiritur. Sectio I. de ente negativo, seu de caren-
tiis.

Sectio I.

De ente negativo, seu de carentiis

De his inquiritur, quid sint, aut in quo consistant? de carentiis, inquam for-
malibus, et rerum contingentium; hoc est de non esse, aut non existentia illarum re-
rum, quae et existere et deficere valent: carentiae enim illarum omnes consistunt
in quovis eventualiter incompatibili cum existentia rei, sive illud sit positivum, ut
decretum divinum de non existentia Petri; sive negativum, ut pura omisio, si Deus
est possibilis, qua omittat decretum circa existentiam Petri. Ad hoc, propeque dis-
putari solet de carentiis rerum contingentium, qualis est Petrus, Antichristus, et
quaevis res creata: quod de his, dicatur, proportionem servata dici debet de caren-
tiis formalibus rerum impossibilium, et necessario, deficientium, qualis est hircos-
cervus, et non deerunt Aristoteli, qui non eodem modo de istis, atque de illis philoso-
phantur.

1. in opposita quod sententia carentiae identificat cum aliquo positivo,
quod sit impedimentum incompatible cum existentia rei negat. Hoc impedimentum
censetur esse, Divinum decretum, aut scientia visionis, aut revelatio Divina, aut actus
fidei supernaturalis de non existentia rei. Unde carentia alterius mundi? Id. consistet

in notione Divina de illius existentia, in sciencia visionis, revelacione Divina, et actu fidei supernaturalis de non existentia alterius mundi. Ita plures S. Th. non secuti S. Antonium Lopez; eandem que sententiam illustrat S. Gaspar de Villadencera; nonum hęc sententia impugnatur: q^a Divina notio (idem dicitur de aliis) non est foris carentia alterius mundi, sed radicalis, et illativa. Sum q^a volitio alterius mundi, si daretur, non esset foris existentia illius, sed mere radicalis: q^o e contrario. Sum etiam: q^a carentia foris, et immediata excluditur immediate per existentiam rei; at Divina notio non excluditur immediate per existentiam obiecti creati, sed immediatius per Divinam volitionem: q^o Divina notio non est carentia formalis, et immediata rei create.

2^a sententia carentias distinguit ab omni positivo, sed illis tribuit quoddam esse negativum, quod suis intrinsicis predicatis contrariis suo modo reperitur a parte rei, ante omnem operationem intellectus, accedat que et recedat, recedente et accedente esse positivo opposito. In hac sententia referri solent Ex. D. S. Murad. Anaya Oriedo et alii. Quoniam notant plures apud S. Reynado lib. de gen. tract. 2. disp. 9. sect. 1^a, predictos S. Th. revera non adscribere carentiis rerum aliquod esse obiectivum, licet ex modo loquendi id apparere videantur. Et certe huic sententia fauet eorum modus quo de carentiis passim loquuntur S. Th. extra presentem questionem, sed q^a cœs locutiones temperato sensu accipi debent, predicta sententia non iacet, reiicienda est.

Primo q^a esse, quod independenter ab intellectu ponitur in re, non nata, et proprie incipit esse non est cur non dicatur ens, et esse positivum: nam hoc nomine significatur quidquid potest esse positum a parte rei: q^o carentia habebit esse positivum. 2^o q^a hanc sententiam carentia vere existit, dum deficit res, excludit ex parte obiecti suum contradictorium, et terminat libentem decretum Dei ut existat: quid q^o illi deest, ut sit ens positivum? Nec dicas, ideo carentiam non esse positivum ens, q^a proposita predicata ei non competunt proprie, sed per alienationem. Interrogo enim, cur ea predicata dumtaxat per alienationem competunt carentiis? q^a ista (respondetur) nec terminat actionem, nec actionem elicit. Sed contra: q^a absque fundamento nequabitur carentiis terminare actionem, si semel ei concedantur predicata assignata: quo enim pacto non terminabit actionem id, quod esse incipit, dum res destruitur, et id, quod terminat libentem

decretum Dei et existat?

3.^o eadem sententia verificatur: q.^a ex ea inferitur existi-
tiae ab aeterno actu, et a parte rei infinitas carentias proprie distinctas inter se,
et proprie constituentes multitudinem entium negativorum, et imperfectorum. Ede-
nim per eternitatem a parte ante defecerunt infinita entia positiva, quorum prae-
ter carentias ab aeterno existissent. Unde infinitum aliquod categorematicum vere
existerit ab aeterno. Et certe, vel talia entia negativa, et imperfecta sunt primum in
h^{il}.? Et ita praesens sententia deservit, et in sententiam propugnandam inciditur;
q. habent suam, licet imperfectam, existentiam, et sic iam conceditur infinitum ca-
thegorematicum a parte ante entium quae talem existentiam sortiantur. Cur q.^o
absurdum reputatur infinitum categorematicum positivum entium?

Tandem veri-
ficatur: q.^a illud ens negativum, in quo carentia collocatur, si esset perpetuum, q.^a Le-
tus. q.^a n. fuit ab aeterno, adeo quae ab aeterno fuit carentia illius. 2.^o esset immensum;
q.^a nulla est ratio, ut in hoc pro illo loco intelligi debeat, dum esse positivum, cui opponitur
in rebus non collocatur. Cuius demum necessarium quoad existendum, si de carentia ne-
cessaria impossibile sermo habeatur: ea enim carentia non minus necessaria est,
quam sit Deus. Unde negativum esse, quod eam constitueret, equalem cum Deo ne-
cessitatem haberet, atque adeo necessarium esset quoad existendum.

3.^a sententia ait
